
3 1761 07962893 9

IOSEPHI SCALIGERI

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ

PROLEGOMENA DE OLYMPIADUM RECENSU UNIVERSO ET DE AUCTORE EIUS IOSEPHO SCALIGERO SCRIPTA PRAEMISIT, NOTAS TUM MAURICII DITTRICHII TUM SUAS, VETERUM SCRIPTORUM LOCIS, ET SCALIGERIANI HUIUS OPUSCULI ET TOTIUS FERE HISTORIAE ANTIQUAE FONTIBUS, INSTRUCTAS SUBIECIT, DENIQUE INDICES OLYMPIONICARUM, ARCHONTUM, SCRIPTORUM LOCUPLETISSIMOS ADDIDIT

EVALDUS SCHEIBEL

Ph. Dr.

BEROLINI

TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI

MDCCCLII.

VIRO ILLUSTRISSIMO

AUGUSTO BOECKHIO

VINDICI GRAECAE CHRONOLOGIAE INGENIOSISSIMO

MAGISTRO SUMME REVERENDO

SACRUM.

LECTORI

S.

EVALDUS SCHEIBEL.

Nonum prematur in annum.
HORATIUS.

Novem fere anni effluxerunt ab eo inde tempore, quo primae huius libri plagulae typis sunt exscriptae. Has cum deinceps reliquae prope omnes, exiguis disiunctae temporum intervallis, essent subsecutae, iamque solae superessent eae, quibus tertium contineretur caput PROLEGOMENON: subito moram iniecerunt varia eaque pleraque tristissimae plena recordationis impedimenta, quorum continua fere serie se excipientium impetus sero mihi otium fecit ad intermissa studia et ad schedas in scriniis haerentes redeundi. Iam etsi de domesticis calamitatibus dicendi non hunc locum esse sentio: tamen quid caussae intercessisset, quominus prius, quam hoc anno, operi dudum inchoato extremam manum admoverem, totumque librum ad umbilicum adducerem, paucis indicandum esse arbitratus sum. Interea libro ipsi morae eius interpositae diuturnitas, licet non sine incommodo quodam, aliquid videtur attulisse utilitatis. Inde enim fieri potuit, ut, cum haud pauci interim prodissent libri, argumenti similitudine cum hoc libro arctissime coniuncti, horum quoque scriptorum ratio ea, quam par esset,

haberetur, quamquam non per aliam ullam, nisi per solemnem ADDENDORUM licentiam. Cadit hoc inprimis in AUGUSTI BOECKHII ***Oeconomiae Civitatis Atticae editionem secundam***, in GODOFREDI BERNHARDII ***Litterarum Graecarum historiam***, in AUGUSTI MEINEKII ***De Scymno Chio et Dionysio commentarios***, denique in MAURICII MEIERI ***commentationem epigraphicam:*** quos ob libros nonnulla ad calcem opusculi aut definienda accuratius aut levius immutanda fuerunt. Equidem enim, cum per universam IOSEPHI SCALIGERI Recensionem non modo veterum auctorum — quorum unus inter Olympionicarum scriptores primum nostris in NOTIS suam nactus sedem in partes constanter vocatus est, ***Eusebius Armeniacus*** — testimonia proferenda, verum etiam recentiorum de rerum antiquarum temporibus sententias diligenter excutiendas existimarem, nostro sive consensu sive dissensu simul indicato: hoc spectavi potissimum, ut, chronologiae in veterum populorum historiis versantis qui hodie status, quae conditio esset, perspicue ubivis posset intelligi. Quod quidem consilium si nobis perfecisse contigerit — qua de re iudicabunt alii — simul pretiosae illius historiarum collectionis, tria volumina complectentis, quam Oxoniae annis 18^{24}_{27}. 1830. 1834 in lucem edidit chronographorum, qui nunc sunt, princeps HENRICUS CLINTO, si non expletas vices, at certe desiderium quodammodo sublevatum fore speramus apud eos, qui in nostra hacce acquiescere voluerint lucubratione. Praeterea si quid est, quod sive ad excusandum sive ad commendandum hoc genus scripturae dicendum esse videretur, dictum est in PROLEGOMENIS pagg. LX et LXXVIII: quos ad locos hic satis habeo lectorem ablegasse.

Neque tamen finem facere possum praefandi, quin debitum antea persolverim memoriae MAURICII DITTRICHII, viri singulari industria et eruditione haud mediocri insignis, quem, libri huius edendi consilio coniunctissimum, multo ante absolutam editionem eius, in ipso flore aetatis, quinque fere abhinc annis, mors et suis eripuit et litteris. Sed hoc, quod superest officii mei, ut iuste perfungar, mente mihi redeundum est ad solemnitatem illarum commissionum, quae in Universitate Berolinensi ad alenda et incendenda litterarum studia quotannis institutae, utrique nostrum et scribendi copiam et mutuae consuetudinis initium attulerunt. Cum enim anno 1839 per occasionem illorum sole-

mnium amplissimus philosophorum Ordo litterarum antiquarum cultores iussisset *De Iosepho Scaligero Olympiadum Descriptionis auctore* commentari: allectus, ni fallor, et gravitate et iucunditate huius argumenti, uterque nostrum in arenam certaminis descenderat, uterque palmam abstulerat. Scilicet tam aequo Marte alter cum altero decertaverat, ut utrique nostrum, et mihi quidem extraordinarium, adiudicaretur praemium. Sic et fortunae et studiorum communione, quae eadem mox extitit familiaritatis parens, cum coniuncti essemus et consociati: non multo post, auctoritate eius viri, cui universam hanc operam sacram esse voluimus, de duabus commentationibus nostris in libri unius formulam conflandis redigendisque et communi consilio publicandis cogitare coepimus. Operis digerendi componendique curam mihi impositam lubenter suscepi. Mox tamen alterum libellum cum altero comparans intellexi, in positis istis primitiis consisti non posse, omnemque quaestionem denuo instituendam atque longius persequendam mihi persuasi. In NOTIS Dittrichianis Recensui subiectis novissimorum quidem aliquot de rebus chronologicis aut Olympicis librorum — quos auctor passim adeo, quam fontes ipsos, adire maluerat — iniectam vidi mentionem, quamquam ne hanc quidem aut constanter aut satis ubique accurate factam; in re summa autem non quidquam reperi, quod non ipse repertum antea haberem, imo nonnihil desideravi. Primum enim minus ille quam par erat operam dedisse videbatur, ut SCALIGERUM e SCALIGERO interpretaretur, cuius ad celeberrimas de doctrina temporum disputationes, quemadmodum etiam ad IOANNIS MEURSII, DIONYSII PETAVII, EDUARDI CORSINI disquisitiones chronologicas, aut nusquam aut rarissime descenderat. Praeterea — id quod aegrius etiam ferendum dicas — ei non contigerat, ut aut veterum locos, e quibus hausisse SCALIGER videretur, omnes investigaret, aut ea ubique afferret, quae ad Viri Summi animadversiones e fontibus ipsis accurate deducendas et ex eo, qui nunc obtinet, antiquae historiae statu aestimandas, mea quidem sententia, non potuerunt praetermitti. Verum enim vero cum fieri vix aliter potuisset, quam ut identidem in eosdem veterum locos simul incideremus, de ea parte libri nostri, quae in fontibus SCALIGERI demonstrandis versatur, sic, uti in titulo libri factum est, pronuntiandum duxi. Quam vero PROLEGOMENA exhibent disputationem, tri-

bus illam capitibus, quidquid de Olympiadum Recensu et de eius auctore SCALIGERO generatim dicendum videretur, complexam: ea, sive materiam spectaveris sive disserendi rationem, tota mea est, neque quidquam ex DITTRICHII Introductione delibavit praeter sententias aliquot Virorum Doctorum, in litis de hac Olympiadum Descriptione agitatae historiam pertinentes pp. III. seq. IV. seq. VII. seq. XIII: quarum etsi post, cum inchoatum opus secundis curis perficere conarer, maximam partem ipse deprehendi, primam tamen notitiam me DITTRICHIO debere grato animo profiteor. —

PROLEGOMENA.

Cap. I.

Eusebius Pamphili, Caesareae Palaestinae Episcopus, cum contra protervam ethnicorum superbiam et sese efferentem philosophorum audaciam doctrinam Christianam defendere, et ab adversariorum calumniis vindicare singularibus commentariis constituisset: Danaidum tamen laborem suscepturus sibi visus est, nisi prius Mosaicas origines et libros sacros omnibus cum fabulosorum deorum natalibus tum veterum regnorum initiis longe antiquiores esse argumentis iis ostendisset, quae nulla prorsus ratione convelli possent vel retundi. Collocaverant quidem hac in re haud contemnendam operam Timotheus chronographus, Cedreno laudatus, item Theophilus Antiochenus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, alii, nec tamen copiose satis aut accurate propositum suum executi erant. Horum igitur naevos sublaturus Eusebius, eandem telam retexere diligentius et per universum historiarum orbem deducere in Chronicorum Canonum[1]) libris duobus aggressus est, quorum priori[2]) omnem singulorum populorum regnorumque historiam, in unum temporis intervallum congestam, deinceps (*καθ' ὁμάδα*)[3]) exposuit, posteriori vero[4]), initio ab Abraamo sumpto, earundem gentium res gestas per annos expansos ac series suas (*κατὰ πλάτος*)[3]) ita digessit, illis ut qui quoque anno imperasset,

---

1) Sic scilicet Eusebii opus, praeeunte in Thesauro Temporum Ios. Scaligero, vocarunt Editores Mediolanenses, Ang. Maius et Io. Zohrabus a. 1818. 4. Interpres Venetus, P. Io. Bapt. Aucherus, Chronicon bipartitum simpliciter inscripsit. Eusebius ipse nunc (Comment. ad Iesaiam cp. XIII, 17) *χρονικὰ συγγράμματα*, nunc (Chron. ed. Med. p. 67) *χρονογραφίαν*, Georgius Syncellus modo p. 40 D. *χρονικά*, modo p. 168 C. *χρονικὴν συγγραφὴν* appellat. Feruntur etiam alii universi operis tituli, et apud Graecos quidem scriptores *χρόνων ἀναγραφή*, *χρονογραφίαι*, *χρονικόν*, apud Latinos vero chronica historia, temporum canones, chronicorum canonum multiplex historia, temporum liber, chronicon, chronographiae historia, de cunctis temporibus historia. Samuelis denique, Presbyter ille Aniensis, cuius Temporum ratio primum ab Ang. Maio et Io. Zohrabo Latinis litteris reddita est Mediol. a. 1818. 4., opus Eusebianum p. 30 chronographiam, pp. 9. 15. chronicos canones, p. 42 chronicos libros nuncupat. Quorum nominum quo Eusebius libros suos insignirit, haud facile dixeris: quamquam hoc mihi certum est, Hieronymum De Viris Illustr. cap. LXXXI. Eusebii chronicorum canonum omnimodam historiam et eorum *ἐπιτομὴν* laudantem, opus nostrum describere potius in universum, quam diserte nominare voluisse. Vid. Suid. s. v. *Εὐσέβιος* coll. Mai. Praef. ad Euseb. p. XXI sq.

2) *Πρώτῳ λόγῳ*, secundum Syncell. p. 67 B. Priorem hunc Eusebii librum inter Scaligeri somnia refert Dominicus Vallarsius Praef. ad Euseb. Chron. Veron. a. 1740. Fol. Redarguit eius criminationes singulari de Chronicis Eusebii Caesariensis dissertatione Hieronymus de Prato, Oratorii Veronensis praepositus, a. 1750. Nunc res omni dubitationi exempta est codicis Haicani suffragio, qui Saligeri sententiam egregie confirmavit. Vid. Aucher. Praef. ad Eus. Chron. p. XXXVII.

3) Vid. Syncell. p. 36 A. C. D.

4) Alterum hunc Chronicorum librum Eusebius ipse Chron. Prooem. p. 5. Hist. Eccles. I, 1. Praep. Evang. X, 9. chronicos canones *κατ' ἐξοχὴν* dictitat. Eundem tamen Chron. p. 216 etiam chronologiam, deinde p. 222 *χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν*, denique p. 319 *κανόνα* simpliciter vocat. Syncello nunc p. 66 B. *χρονικὸς κανών*, nunc pp. 63 C. 65 C. 67 D. 335 C. *κανών*, nunc p. 36 A. C. *τὸ κατὰ πλάτος* audit. Vid. Scalig. Animadvv. ad Euseb. p. 4 a. b.

5) Utrumque Eusebii Chronicorum librum Latine convertisse Hieronymum, Ios. Scaligeri opinio est, in

quid accidisset, uno obtutu simul appareret. Haec igitur de temporum rationibus egregia Eusebii lucubratio, cum saeculo eodem fere labente, quo fuerat scripta, hoc est Theodosii Magni aetate, ab Hieronymo, sive tota[5]), sive ex posteriori tantum, quae aetatem tulit, parte[6]) in Latinum sermonem esset translata: temporum iniuria mox disparuit, eius ut laciniae tantum relinquerentur, nec nisi disiecta in diversis scriptoribus membra, quantam Eusebio amisso omnis res chronica iacturam fecisset, testarentur. Quae ipsa licet nunquam potuisset penitus reparari, nisi novissimis temporibus ex Haicano codice tanquam redivivus prodisset Eusebius, tanta tamen non fuit, ut non aliquatenus sublevari posse viro cui, in Graecis scriptoribus probe versato, videretur. Quemadmodum enim in rerum natura evenire videmus, ut ex uno fonte multi deriventur rivuli, defluant amnes: ita etiam Eusebii Chronologia, ut primum apparuit, tanto omnium eruditorum studio excepta et lectitata, tanta concertatione compilata et excripta est, ut haud exigua sit reliquiarum copia, quae ex aliis temporum scriptoribus collecta in Eusebium redundet. Quod cum perspexisset eruditissimus ille Iosephus Scaliger, ex fragmentis, quae ex Eusebio deprompta a Georgio Tarasii Patriarchae Constantinopolitani Syncello, a Georgio Cedreno monacho, in Fastis Siculis, ab Isaaco Casaubono acceptis, denique ab anonymo quodam Eusebii eclogario, quem idem cum ipso Casaubonus communicaverat, afferri viderentur, si non verum, certe aliquod Eusebii Chronicon confecit, idque praefixo Chronico Hieronymiano, cuius partem priorem e posteriori suppleri posse iusto audacius coniecerat, adiectisque Chronicis Prosperi Aquitani, Victoris Episcopi Tununensis, Ioannis Abbatis Biclariensis, Idatii, Marcellini, aliorumque, qui Eusebii opus continuarunt, et vero annexis Isagogicorum chronologiae Canonum libris tribus, Thesauri Temporum nomine inscripsit[7]). In hac igitur veterum librorum fragmentorumque colluvie statim post Nicephori Patriarchae Chronographiam, quae Chronicon Paschale, Graecis Eusebianis annexum, excipit, simul edita est Olympiadum Descriptio (*Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή*), primam illa et praecipuam partem constituens Historiarum Collectionis (*Ἱστοριῶν συναγωγῆς*). Quem librum nullo auctoris nomine insignitum cum in commentariis ad Eusebium Scaliger aliquoties[8]) vetusti instar codicis laudare videretur, quamquam aliis ille locis[9]) sese auctorem eius ingenue professus: plerique anonymi cuiusdam, sed antiqui et ipsum scriptoris opusculum esse arbitrati sunt. Quae quidem opinio licet quam falsa esset et temeraria, ab hoc illo Viro Docto et sentiretur obscure, et diserte diceretur: sensim tamen sensimque ita inveteravit, ut ne nostris quidem temporibus extirpata penitus et ex orbe erudito amandata sit. Quemadmodum vero libri cuiusque auctoritas scriptoris aetate et ingenio censetur: sic nec hanc Olympiadum recensionem, utrum Scaliger composuerit an antiquus auctor, perinde esse contendet, qui quidem haud paucas sententias, in vetustis historiis celebratas, una cum fundamento illo et stare et concidere reputarit. Quum enim multi, decepti nescio qua libri illus elegantia, ipsamque Graecam linguam, quam induit, antiquitatis testem admirati, omnem fere temporum notationem inde haurirent: non semel factum est, ut pro veris falsa, pro genuinis spuria, pro certa veteris scriptoris auctoritate dubiam docti renatarum litterarum parentis coniecturam venditarent.

Prolegomenis Temporum Thesauri demonstrata. Quam adoptavit G. G. Bredovius de Georgii Syncelli Chronographia p. 7. Vol. II. ed. Bonn.

6) Hoc Auchero Praef. ad Euseb. pp. IV. XXVIII. et Maio Praef. ad Euseb. p. XVII. coll. p. 219 persuasum est.

7) Edidit eum primum quidem Scaliger ipse Lugd. Bat. a. 1606. Fol., deinde mortuo Scaligero Alexander Morus denuo excudendum curavit Amstelod. a. 1658. Fol. Est altera editio priori auctior et emendatior.

8) Cf. Addend. Notis in Graec. Euseb. p. 428 a. Animadvv. ad Euseb. p. 37 a. num. DLXXXIX, al.

9) Tales locos in limine cap. II. indicavimus.

Princeps erroris, duobus amplius propagati saeculis, auctor extat Ioannes Meursius, qui libri istius suffragio non solum ad illustrandos, sed ad corrigendos interdum veterum codices abutitur[10]. Eiusdem culpae reus reperitur Ioannes Gerardus Vossius, qui in commentariis, quos de Graecorum et Historicis et Poetis exaravit, caeteroquin accuratissimis, auctorem Olympiadum libri anonymum saepissime excitat, eumque auctoribus vere antiquis parem aestimat, ne uno quidem loco augurans, quid valeat eius suffragium, quid non valeat. Hi duoviri, de bonis litteris optime meriti, opinionem praeierunt, ut ignominiosam sibi, sic perniciosam litteris: cui tamen eidem nec proximis duobus saeculis vel exquisita illustres eruditione homines indulgere dubitarunt, neque nostra aetate qui patrocinarentur defuerunt. Ne autem nescias, quantos viros nostra tangat oratio, nominamus Cluveros[11], Petitos[12], Allatios[13], Ionsios[14], Reinesios[15], Berkelios[16], Perizonios[17], Baylios[18], Gronovios[19], Dukeros[20], Wolfios[21], Burettos[22], Lessingios[23], Biagios[24], Schellenbergios[25], Sancto-Crucios[26], Heynios[27]. Sturzios[28], Astios[29], Goelleros[30], Graefenhanos[31], Gerlachios[32], Bernardos[33], Muelleros[34], Heysios[35], Voemelios[36], Kaise-

10) Mira illius hominis *ἀκρισία* cum sexcentis monstrari possit documentis, unum satis sit attulisse paullo luculentius. Notissimum est Scholion ad Pind. Pyth. VII., his verbis conceptum: *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, νικήσαντι τὴν πη' Πυθιάδα τεθρίππῳ.* In quo verba *τὴν πη' Πυθιάδα* temporum rationibus adversari manifestum est. Animadvertit hoc mendum Olympiadum Scriptor, simulque duplici ratione tolli posse vidit hac, ut pro *τὴν πη' Πυθιάδα* aut *τὴν κη' Πυθιάδα* aut *τὴν πη' Ὀλυμπιάδα* reponeretur. Utramque coniecturam suo loco, alteram ad Olymp. LXXV, 3, alteram ad Olymp. LXXXVIII. proposuit, scilicet non quo eundem Megaclem quadrigis et Pythia et Olympia vicisse, aut Pythionicam ab Olympionica diversum esse ostenderet, sed ut oblita Scholiastae vestigia sequentibus illam Megaclis victoriam aut Pythiis Olymp. LXXV, 3, aut Olympiis LXXXVIII. ascribendam esse indicaret. Meursius vero postquam ad Olymp. LXXV, 3. (De Archontt. Athen. lib. II. cap. IX. p. 70) Pindari Scholion e priori Anonymi ratione corrigi voluit, delatus paullatim ad Ol. LXXXVIII., eiusque iterum Megaclem quadrigis victorem ab Olympiadum Auctore notatum deprehendens, coeco eius amore adeo abripitur, ut, prioris coniecturae suae penitus oblitus, eadem Interpretis Pindarici verba ad alteram normam, ab Anonymo indicatam, emendari iubeat, lib. III. cap. IV. p. 102 seq. Sed est hoc temeritatis specimen, uti diximus, unum de multis, quibus scatent isti Meursii libri.

11) Phil. Cluver. Ital. Antiq. Lugd. Bat. a. 1624. Fol. T. I. pp. 283. 603. 635. T. II. pp. 976 seq. 1015 bis, 1040 item bis. 1245. 1246. 1269.

12) Sam. Petit. in Miscell. Paris. a. 1630. 4. Lib. III, 14. Legg. Att. Paris. a. 1635. Fol. I, 1. p. 79.

13) Leo Allat. de Scriptt. Socratis in Edit. Epistol. Socrat. Paris. 1637. 4. p. 113 seq.

14) Ioh. Ions. in Scriptoribus Historiae Philosoph. Nunc denuo recogn. I. C. Dorn. Ien. a. 1716. 4. Lib. I. cap. 3. p. 23, cap. 4. p. 26, cap. 5. p. 33, cap. 6. p. 36, al.

15) Thom. Reines. in Epistolis ad Hoffmannum et Rupertum, Professores Noricos. Lips. a. 1660. 4. Epist. LXVI. p. 585 seq.

16) Abrah. Berkel. ad Stephanum Byz. Lugd. Bat. a. 1684. Fol. ad v. *Ταρραχίνη* p. 695.

17) Iac. Perizon. ad Aelian. VV. HH. Lugd. Bat. a. 1701. Lib. III, 21. XI, 1. XII, 35.

18) Peter Bayl. in Dictionnaire historique et critique, revue etc. par Ms. de Maizeaux. V. Edit. a. 1740. Fol. T. I. p. 296 s. v. Archiloch. (B) (3). T. IV. p. 514 s. v. Xenocrat. (k), al.

19) Iac. Gronov. in Nott. ad Gell. NN. AA. Lugd. a. 1706. 4. Lib. XVII, 21. p. 790 sqq. al.

20) Car. And. Duker. ad Thucyd. Amstel. a. 1731. Fol. Lib. V, 49.

21) Io. Chr. Wolf. in Novem illustrium foeminarum Fragmentis et Elogiis. Hamburg. a. 1735. 4. p. III.

22) Burett. in Mémoires de l'Academ. Royale des Inscript. Tom. XV. p. 324 seq.

23) G. Ephr. Lessing. Opp. ed. C. Lachmann. Tom. VI. Vit. Soph. pp. 295. 324. 347—350. 351. 356. 358. Laocoon. p. 545 not. 1.

24) Clem. Biag. de Decretis Atheniensium. Rom. 1785. 4. cap. XIX. §. 7. p. 233. §. 8. p. 234.

25) Car. Ad. Gottl. Schellenberg. De Antimach. Coloph. Vita et Opp. etc. Hal. Saxon. a. 1786. 8. p. 9.

26) Sancto-Crucius De civibus inquilin. Atticae in Mémoires de l'Academ. Royale des Inscript. Tom. XLVIII. p. 164.

27) Chr. Gottl. Heyn. in Apollod. Fragm. Gotting. a. 1803. 8. p. 412.

28) Fr. G. Sturz. in Empedocl. Lips. a. 1805. p. 320.

29) Fr. Ast. ad Plat. Legg. Lips. a. 1814. 8. Lib. VIII. p. 840 B. Animadvv. p. 412.

30) Franc. Goeller. De Situ et Origine Syracusarum. Lips. a. 1818. 8. p. 126.

31) Ern. Aug. Guil. Graefenhan. ad Aristot. de Poet. Lips. a. 1821. 8. cap. III. p. 39.

32) Fr. D. Gerlach. de C. Salustii Crispi Vita et Scriptis p. 5. not. 3. in T. II. Edit. Sal. Basil. a. 1823. 4.

ros[37]). Qui viri omnes aut simpliciter, tanquam ad testem locupletem, ad Olympiadum recensionis auctorem provocant, aut etiam qua is aetate vixerit, quod nomen habuerit, adeoque gentilisne fuerit an unius dei cultor, rimantur religiosius. Qua de re prorsus singularis neque inficeta disquisitio est Reinesii, cuius capita primaria quin referremus, animo non potuimus temperare. Scribit autem haec[38]): „Ὀλυμπιάδων ἀναγραφεὺς ἢ ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας τεθεικώς, a Scaligero editus, excerptor Aelii Phlegontis est, non Phlegon ipse, et, quia ignotus, ideo recte anonymum adpellant. Phlegontis enim Ὀλυμπιάδων καὶ χρονικῶν libri fuere XVI, teste Suida et hoc ipso exscriptore. Quintus terminabat in Ol. CLXXVII, quod patet e Photio: quorum narrationi si conferas istam ῥαψῳδίαν, epitomen esse operis amplioris deprehendes. Expende etiam notam de Olymp. VI. ad fragmentum, quod post Xylandrum publicavit Meursius: videbis plurima e Phlegontis πραγματείᾳ resecuisse istum ἐπιτομητήν. Imo quod Eusebius in canone Chronico sub a. 4. Ol. CCII. ipsa Phlegontis verba e XIII. alleget, quae etiam duobus locis repetivit ante Chronicon Alexandrinum, ea vero non extent in hac collectione, adparet verum esse, quod de contractione dicebam. Existimem quoque gentilem fuisse, nisi verba sub a. 4. Ol. CCXXVII, de templo dei Hierosolymis aliud suadere possint, et Eusebio priorem, quia in Ol. CCXLIX. desiit, et ob ea quae f. 354 [edit. I. = p. 350 ed. II.] leguntur de M. Aurelio ἐπὶ Σεβήρου, etc." Vides errorem, errore firmatum, errori superstructum. Primum enim quod Reinesius Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν Aelii Phlegontis ἐπιτομὴν appellat — non tamen, ut falso sibi persuasit Io. Alb. Fabricius[39]), illam dicens, teste Suida[40]), a Phlegonte ipso factam Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλίοις β' ἐπιτομήν, sed aliam ex eius Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγῇ[41]) delibatam compilationem — hoc quidem aeque absurdum est, ac si quis oceanum dicat ab uno aliquo fluvio nutriri. Est sane Olympiadum liber epitome, non tamen e solo Phlegonte illa, sed e multis vetustis libris, suo loco afferendis, concinnata. Singulorum autem auctoritatem librorum si quis rerum, in Olympiadum Recensum ex ipsis transcriptarum, copia metiri velit, tantum non ultimus locus tribuendus fuerit Phlegontis Chronicis, quae licet inde a prima Olympiade usque ad Olymp. CCXXIX. pertinuerint, tota tamen interciderunt, duobus tantum exceptis fragmentis, quorum alterum, ex antiquissimo Palatino codice primum a Guil. Xylandro[42]) editum, et procul dubio introductionis instar libris Ὀλυμπιονικῶν a Phlegonte praefixum[43]), Olympiades VI. et VII., alterum, a Photio[44]) servatum, Olympiadem CLXXVII. Descriptionis nostrae egregie[45]) illustrat: profecto ut mirandum esset, auctorem eius, quisquis est, non aliarum quoque Olympiadum latercula ex praeclaro isto libro complevisse, si eo integro licuisset uti. Sed etiam aetatem Anonymi sui tibi definit Reinesius, priorem eum fuisse dicens Eusebio, scilicet quia ultra Olymp. CCXLIX. non procedat. Verum si quos unquam, qui finem spectantes operis historici de aetate

---

33) Ph. Bernard. de Archontibus Reipubl. Athen. in Actt. Acad. Lovanens. a. $18\frac{23}{24}$. p. 26. not. 73.
34) Car. Od. Mueller. in Dorienss. Vratisl. a. 1824. 8. Sect. II. Lib. IV. p. 350 not. 2.
35) Car. Guil. Lud. Heys. De Herodot. Vit. et Scrippt. Dissert. inaug. Berol. a. 1826. 8. p. 64.
36) Io. Th. Voemel. in Prolegg. ad Demosth. Philipp. Francof. ad M. a. 1829. 8. Or. I. p. 50 not. 2.
37) Vid. Kayser. in Censura Krausiani de Olympiis libri Annalibus critico-litterariis Berolin. a. 1840. N. 94. inserta, quem vetustum errorem denuo retractare potuisse tanto magis mirum est, quanto saepius Krausius errores, a Scaligero in Olympiadum Descriptione commissos, castigavit.
38) In Epist. ad Hoffmann. etc. p. 585.
39) Bibl. Gr. Lib. IV. cap. XIII. III, 3. T. III. p. 401 ed. Hamb. a. 1717. 4.
40) s. v. Φλέγων.
41) Sic Phlegontis opus inscribit Photius Cod. XCVII. p. 146. Hoeschel. p. 83 Bekk.
42) Basil. a. 1568. 8.
43) Vid. Cl. Salmas. ad Spart. Hadr. cap. 16. et Fabric. Bibl. Gr. Lib. IV. cap. 13, 3.
44) Cod. XCVII.
45) Vid. notas Olympiadibus, quas diximus, subiectas.

scriptoris coniecturam facerent, fefellit ratio, Reinesium fefellit certissime. Neque enim opus nostrum in Olymp. CCXLIX. finitum reperimus propterea, quod auctori eius per aetatem non licuerit progredi altius, sed quod illa ipsa Olympiade Africanus catalogum terminavit stadionicarum[46]). Quorum nominibus cum tota Graecarum rerum memoria contineatur[47]): Olympiadum Scriptor desinendum putavit eo ipso loco, quo Olympionicarum nomina, temporum illuvie oblita, cessarent et ipsa. Denique Reinesius, ne ullam aliis de Olympiadographo bene merendi copiam relinqueret, etiam quam is secutus fuerit rerum divinarum formulam, data opera inquisivit. Eo enim tendunt profecto verba illa: „Existimem quoque gentilem fuisse, nisi verba sub a. 4. Ol. CCXXVII. de templi Dei Hierosolymis aliud suadere possint." En hominem, mirifice oculatum, quippe qui paganum et Iudaeum ipsis umbris dignoscat. Idem tamen multum intelligendo fecit, ut nihil intelligeret. Qui si verba, maiusculis expressa litteris: *ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΑΘΟΣ ΣΩΤΗΡΙΟΝ*[48]), paullulo accuratius considerasset, non commisisset, ut ipsam tanquam tesseram ignorasse videretur Christianae fidei.

Missis igitur Reinesii nugis, ad castigandum alium errorem accedimus, in quem pellexit Viros Doctos mota de Olympiadum recensionis auctore dubitatio. Quum enim nonnulli non satis discernerent *Ὀλυμπιάδων* inter et *σταδιονικῶν ἀναγραφήν*, factum est, ut, qui ad illius scriptorem pertinent, scrupuli, eos inscite referrent ad hanc. Cuius confusionis imprimis accusandi sunt Steph. Clavierus Gallus et A. Maius Italus. Quorum prior dum in enarranda Graecorum historia antiquissima ad seditionem, Athenis motam a Cylone, delatus, hunc Cylonem eundem videri dicit cum eo, qui Olymp. XXXV. diaulo palmam meruerit secundum Olympionicarum catalogum, huius tamen libri adeo suspectam sibi finxit auctoritatem, ut in nota disertis verbis vindicandam censuerit[49]). „La date, inquit, de sa victoire ne se trouve que dans la liste des Olympiades, que Ios. Scaliger a inserée dans son Eusèbe Grec pag. 40. Mais comme il a donné cette chronique grecque d'après beaucoup de recherches, qu'il avoit faites tant dans les livres imprimés, que dans les manuscrits, elle mérite toute notre confiance." Vide quantas, quamque sine ulla caussa sollicitudines sibi struxerit Vir Doctus, quasi vero quisquam, qui quidem bene saperet, accuratissimum illum et ex ipsis, ni fallor, primariis harum rerum fontibus haustum stadionicarum catalogum, in suspicionem vocare *τῆς νοθείας* posset. Constat enim particulam esse Chronici Eusebiani, a Iulio Africano, qui rursus ex Eleorum tabulis profecisse videtur, depromptam, eamque genuina forma adhuc servatam in codice Parisino, cuius apographum quoddam et Scaliger olim nactus erat Casauboni beneficio[50]), et nuper in Anecdotis suis iterum publicavit Cramerus[51]). Clavierus autem cum quibus verbis Scaliger[52]) *Συναγωγὴν ἱστορικὴν* se partim ex editis partim ex nondum editis libris collegisse affirmat, ea in Africani catalogum dicta putaret, ad notatam a nobis diversissimarum rerum commutationem adductus esse videtur. Quid? quod etiam Maius ille, cuius indefesso studio nova in dies veterum fragmenta e bibliothecarum Italicarum pulvere in lucem prodeunt, nescisse videtur, qui esset litis sat agitatae cardo. Etiam enim atque etiam laetatur[53]), quod reperto Eusebii codice Armeniaco tandem ali-

---

46) Vid. notas infra n. 1. 69. 1651. coll. Scal. in Add. Nott. ad Graec. Euseb. p. 426 b.
47) Vid. Scaliger l. l.
48) Sub Olymp. CCII, 4.
49) Hist. des premiers temps de la Grèce. Ed. I. a. 1809. 8. T. II. p. 295 not. 2.
50) Vid. Scal. Prolegg. ad Thes. Tempp. p. 24 et in Add. Nott. ad Graec. Euseb. pp. 426 a. 430 a.
51) in Anecd. Paris. Vol. II. Oxon. a. 1839. 8.
52) in calce Add. Nott. ad Graec. Euseb. p. 431.
53) In Praef. ad Euseb. p. X.: „Olympiadum liber a Scaligero olim editus suspicionem aliquam fictionis contraxerat [Huic sententiae quod in nota 2. inprimis indulsisse dicit Vallarsium, falsum et ipsum est. Vallarsius enim, uti infra videbimus, non de Africani stadionicarum indice, sed de

quando futurum sit, ut ille stadionicarum index pro Scaligeri foetu haberi desinat. Non invideremus suum meritissimo Viro gaudiolum, modo quisquam reperiretur, qui indicem illum aut negaret vetustum aut Scaligeri lucubrationem esse contenderet[54]). Nunc vero de hoste mere ficticio triumphat. Peperit autem Maii errorem ipse, ut videtur, titulus, paullulum ambiguus: *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή*, quippe quo et Eusebius[55]) ad designandum Africani stadionicarum catalogum, et qui vulgo Anonymus circumfertur ad inscribendam suam per Olympiades digestam historiam utatur.

Sed nolumus amplius detineri in castigandis erroribus, qui ut sunt manifesti, ita nec potuerunt, quin animadverterentur et perstringerentur, diu perdurare. Primus autem recte de Olympiadum Recensu iudicavit eumque Ios. Scaligero auctori vindicavit Dionysius Petavius, qui simul Meursii veteres libros ex Anonymo suo corrigentis ineptias diserte reprehendit[56]). Repetiit fere Petavii verba Philippus Labbeus[57]), notans et ipse Meursii Vossiique hariolationem. Sensit verum Aegidius Menagius, qui tamen cum Olympiadographum nunc Anonymum nunc Scaligerum appellet, Meursii inter et Petavii sententiam videtur fluctuasse[58]). Quarum utram praestaret amplecti, nec Iacobo Palmerio[59]) aut T. Winstanleio[60]) satis con-

---

Scaligeri Olympiadum recensu locutus est]. Nunc vero et vetus esse confirmatur, et codicum mendis lacunisque spoliatur." Item ad finem Africani stadionicarum p. 163 not 4.: „Librum hunc Olympiadum quum Graece olim Scaliger in Eusebio suo edidisset, docti homines alii quidem veteris auctoris lucubrationem, alii vero ipsius Scaligeri foetum iudicaverunt. Nunc pervetustus arm. noster interpres, qui nihil fere praeter ipsum Scaligerianum libellum exhibet, scripturam hanc et ab omni *νοθείας* suspicione liberat, et sine dubio antiquam atque eusebianam esse confirmat." Castigavit errorem Maii etiam B. G. Niebuhrius in Scriptt. Phil. et Histor. Min. Collect. I. Bonn. a. 1828. 8. p. 212. Nihilominus repetitus legitur in altera Eusebii Armeniaci, Hieronymianis additamentis aucti, editione, quam idem Maius in Scriptorum Veterum Novae Collectionis Tomo VIII. publicavit. Rom. a. 1833. 4. p. 165 seq. not. 3.

54) Unus, quantum scimus, de ea re paullo quam par est dubitantius locutus est Casp. Valckenarius Annott. in Theocrit. Adoniaz. Digress. III. p. 260 C. [ed. L. F. Heindorf. Vol. II. p. 94]: „Ut verum forte sit, in Codice quodam Regiae Bibl. repertum brevem quemdam Olympionicarum catalogum, quem habuerit Scaliger." Concedit igitur tantummodo, quod caeteri omnes pro certo et ponunt et posuerunt; sed concedit tamen.

55) p. 45, 9 ed. Scal.

56) De Doctrin. Tempp. Paris. a. 1627. Fol. Lib. XIII. p. 300: „Hinc apparet falsum esse, quod lib. I. de Archontibus Atheniensium C. 8. et 9. perhibetur, Tlesiam non annuum archontem fuisse, et ante Creontem, qui primus annuus est, exstitisse. Unde et Pausaniam frustra corrigit, unius Anonymi auctoritate nixus. Atqui Anonymus iste non alius est, quam Scaliger."

57) De Scriptorr. Eccles. Dissert. Paris. a. 1660. 8. Tom. I. p. 30.

58) Aeg. Menagius in egregiis ad Diogenem Observationibus, quae primum Londini a. 1663. Fol. prodierunt, libello nostro saepius usus, auctorem eius nunc (I, 42) Anonymum in Descriptione Olympiadum, vel (VIII, 90) Anonymum *ἐν Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῇ*, nunc (I, 101. II, 106.) Auctorem Descriptionis Olympiadum sive (V, 35.) *τῆς Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῆς*, nunc Olympiadum aut Auctorem (I, 68. II, 11. III, 3) aut Scriptorem (II, 28. 43. 45. III, 4.), nunc denique (I, 119) Olympiadographum dicit, eumque eadem, qua veteres codices, lance pensitat. Uno tantum et altero loco, quae vera esset opusculi istius ratio, persensisse videtur, eam tamen sententiam ad dilucidam sibi omnique scrupulo liberam veritatem non perduxit. Sic I, 62. Descriptionem Olympiadum a Scaligero collectam ait, II, 44. *Ἀναγραφὴν Ὀλυμπιάδων* Scaligerianam appellat, ipsumque VIII, 52. Scaligerum in Descriptione Olympiadum excitat. Cf. id. etiam ad I, 74, ubi: „Idem legas, inquit, in Descriptione Olympiadum, Olympiade *ΜΘ.*: *περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος — τὸ χωρίον*, quae ex Diogene nostro exscripsit sine dubio Scaliger."

59) Iac. Palmerius Exercitt. in optimos fere auctores Graecos. Lugd. Bat. a. 1668. 4. p. 365.: „Si recensio Olympiadum aliquid fidei meretur (et meretur quidem, sive eius compilator fuerit Scaliger, sive ex quadam antiqua scheda eam publicaverit), nostra coniectura veritate nititur."

60) T. Winstanleius in edit. Aristot. de Poet. Oxon. 1780. 8. ad cp. III. Annott. p. 274: „(Chionides) ab anonymo Scaligeri Olympiadum descriptore vel Scaligero ipso male, ut videtur, collocatur ad Ol. LXXX. [leg. LXXIII.]."

stitit. Alii, velut Io. Alb. Fabricius[61]), Dominicus Vallarsius[62]), Lud. Caspar Valckenarius[63]), Fr. Th. Welckerus[64]), Ernestus Poppo[65]), Simon Karstenius[66]), licet prius deteriorem caussam essent secuti, retractata tamen sententia, meliori se patronos addixerunt certissimos. Omni autem, non dico erroris commisi culpa, sed etiam palinodiae cantatae acerbitate carent ii, qui Olympiadum libri indolem subtilius rimati, a Scaligero eum e diversis auctoribus Graecis et Latinis compilatum esse statim ab initio et sine ulla animi dubitatione intellexerunt. Atque horum chorus, cuius dux Petavius, amplissimus gravissimusque est, coeuntibus eo Thoma Stanleio[67]), Claudio Salmasio[68]), Ricardo Bentleio[69]), Ludolpho Kuestero[70]), Eduardo Corsino[71]), Petro Wesselingio[72]), Davido Ruhnkenio[73]), Io. Iac. Reiskio[74]), Fr. Aug. Wolfio[75]), G. Ch. Harlessio[76]), God. Henr. Schaefero[77]), Friderico Creu-

61) Io. Alb. Fabricius, quamquam in Bibl. Gr. sub Sositheo ἱστοριῶν συναγωγὴν a Scaligero editam dicit, ac sub Chionide etiam apertius Anonymum Scaligeri Olympiadum descriptorem laudat, idem tamen et aliis eiusdem operis locis, veluti lib. II. cap. 15. lib. IV. cap. 13., et in Bibl. Antiquar. Hamb. 1713. 4. p. 168. unice veram de Olympiadum Recensionis auctore sententiam pronuntiat.

62) Dom. Vallarsius in Praef. ad Chron. Eusebio-Hieronym. Opp. S. Eus. Hieronym. Veron. a. 1740. Fol. Tom. VIII. p. XVII: „Denique alia Collectaneis illis suis Graecis infarsit, quae nec Veteris alicuius Scriptoris sunt: illam, inquam, ἱστοριῶν συναγωγήν, et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφήν, quam recte pridem animadverterunt eruditi viri fuisse ab ipso Scaligero collectam digestamque ex variis cum editis, tum ineditis Scriptoribus, non Graecis modo, sed etiam Latinis, quorum loca Graece convertit." Haec acute sane et accurate Presbyter ille, modo et modeste nec ita magnifice protulisset, quasi eam rem ipse nescisset nunquam. Et tamen nesciit eam, cum non multo ante notam ad p. 392 ascriberet. Quid enim his verbis apertius: „De aliorum Auctorum in definiendis Aeschyli annis [add. sententiis aut tale quid] diximus paulo ante: quamquam et vetus Auctor Anonymus, qui Olympiadum ἀναγραφὴν composuit, secundo illius praetoris anno cum Eusebio adscribit?"

63) Lud. Casp. Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. Franequerae a. 1755. 4. Praef. p. VI.: „Alius etiam error hic corrigi poterit, quem, a multis propagatum, alicubi secutus sum. Euripidis Phoenissae primum commissae fuisse dicuntur anno primo Olympiadis LXXXVII. Meursio ceterisque, qui hoc tradiderunt, praeivit in Collectaneis historicis Ios. Scaliger." Eandem sententiam post etiam distinctius exposuit in illa X. Theocrit. Idyll. Edit. p. 269 B. C. 270 A. ed. Lugd. Bat. Vol. II. p. 94 seq. ed. Heind.: „Haec scilicet leguntur in Ἱστοριῶν Συναγωγῇ, quam publicavit Vir Maximus, Ios. Scaliger." Et paullo post: „— laboriosae istius Ἱστοριῶν Συναγωγῆς sine dubio Scaliger ipse auctor est, qui veterum a se lecta in istum ordinem disposuit."

64) Fr. Th. Welckerus in Fragm. Alcmanis Lyr. Giss. a. 1815. 4. de Olympiadographo caute quidem, nec tamen ita, ut error non eluceat, in hunc modum scribit p. 8: „Contra ea is, a quo consarcinata est ἡ ἱστοριῶν συναγωγὴ ad calcem Chronici Eusebiani in editione Scaligeri, cum Suida consentit." Sed duobus annis post cum in Hipponactis et Ananii Iambographorum Fragm. Gotting. a. 1817. 4. p. 10 seq. Collectionem illam Scaligerianam nitide appellat, tum Scaligeri inde sententiam quandam profert in Fr. Creuzeri Melett. Part. II. Lips. a. 1817. 8. p. 8 not. 6.

65) Ern. Poppo primum quidem in Notis ad Marcellinianam Thucydidis vitam Prolegg. ad Thuc. Vol. I. P. I. p. 327 a. iterumque p. 331 z. lectores ad Anonymum ἐν Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῇ ablegat, post tamen ad Thuc. V, 49. Vol. III. P. II. p. 570 sensit et correxit errorem.

66) Sim. Karstenius in Empedocle Opp. Philos. graec. vet. Amstel. a. 1838. 8. Vol. II. P. I. p. 9. not. 19. ad anonymum provocat auctorem, pro quo tamen in Parmenide Vol. II. P. II. p. 6 ipsum recte substituit Scaligerum.

67) Th. Stanleius in Historia philosophiae (Anglice. Lond. a. 1655. 4.) Lat. vert. God. Olear. Lips. a. 1711. 4. p. 110. Vid. id. ad Aeschylum Lond. a. 1663. Fol. p. 706. et ad Choephoros v. 1.

68) Cl. Salmasius in Exercitt. Plinian. Traiect. 1678. Fol. p. 247 C. et 256 B., qui tantum in eo peccat, quod Ὀλυμπιονικῶν appellat pro Ὀλυμπιάδων aut συναγωγῇ aut ἀναγραφῇ.

69) Ric. Bentleius in Dissertat. de Epistt. Phalar. Lond. a. 1699. 8. p. 158. 214. 282.

70) Lud. Kuesterus ad Suidam Cantabr. a. 1705. Fol. s. v. Λᾶσος Vol. II. p. 417.

71) Ed. Corsinus in Fastis Atticis. Florent. a. 1744. 4. T. I. p. 8 not. 2. T. II. p. 4, al.

72) Pet. Wesselingius ad Diod. Amstel. 1745. Fol. Lib. XIII, 42. XV, 71. Excerptt. Peiresc. T. II. p. 553, 67.

73) Dav. Ruhnkenius ad Timaei Lex. Plat. Lugd. Bat. Ed. II. a. 1789. 8. s. v. Ἀλευάδαι.

74) Io. Ia. Reiskius ad Dionys. Halic. Dinarch. Opp. Dionys. Lips. a. 1774 — 1777. 8. Vol. I. p. 649.

75) Fr. A. Wolfius in Epistola ad Schellenbergium suum, huius ipsius Antimachi Edit. annexa, p. 124 seq. Id. in Prolegomenis ad Homer. Hal. 1795. 8. p. LXIX. not. 34.

76) Gottl. Chph. Harlessius ad Io. Alb. Fabric. Bibl. Gr. Vol II. p. 322 s. v. Sositheus, p. 428. s. v. Chionides.

zero[78]), Augusto Boeckhio[79]), Ignatio Liebelio[80]), Aug. Ferd. Naekio[81]), P. I. B. Auchero[82]), M. H. E. Meiero[83]), G. F. Schoemanno[84]), Godofredo Bernhardio[85]), B. G. Niebuhrio[86]), Aug. Meinekio[87]), Henrico Clintono[88]), G. Suevernio[89]), Fr. Nevio[90]), Io. Henr. Krausio[91]), Car. Henr. Lachmanno[92]), Antonio Westermanno[93]). Attamen cum Viri illi plerique Scaligerum Recensionis nostrae auctorem esse simpliciter affirmarint, vel solo operis laudandi modo sententiam innuerint, eius autem sententiae aut nullam aut certe non sufficientem reddiderint rationem: fieri non potuit, quin error, sexcenties explosus, hic illic denuo emergeret, suosque inveniret amatores, qualem nuper nactus est Vargesium[94]). Qui, ut tandem aliquando desinat redire, novasque in litteris turbas excitare, refutandus potius, quam reiiciendus est, et refutandus quidem argumentis iis, quae Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφὴν Scaligeri opusculum esse certissime evincant. Illa autem argumenta plurima sunt, et firmissima, quae hac dissertatione complecti conabor.

Cap. II.

Iam vero qui de auctore libri alicuius ignoto disputat, eum testimonium de illo anquirere consentaneum est eiusmodi, cui non sit cur diffidatur. Quo invento qui traditur scriptor, eius ingenium cum scripturae indole accurate debet ita comparari, ut conspiretne altera cum altero necne, appareat. Age: nos quoque illam sequamur viam, ipsa quaestionis nostrae ratione commendatam. Videtur autem de Olympiadum Recensionis auctore

---

77) G. H. Schaeferus ad Dionys. de Compos. Verb. Lips. a. 1808. 8. cap. IV. p. 67.

78) Fr. Creuzerus in Histor. Graecor. Antiquiss. Fragm. Heidelb. a. 1806. 8. p. 90 not. 1., ubi Vossium ob solemnem suam in Anonymo hariolationem merito reprehendit: profecto ut mireris, quomodo idem ad Fr. Sylburg. Epist. V. p. 26 Vossii sententiam recoquere, eamque adeo Eusebii Armeniaci confirmari suffragio sibi persuadere po'uerit. Qui error prorsus similis est ei, quo supra deceptum vidimus Maium. Cognovimus autem V. S. σφάλμα e nota quadam A. Boeckhii in Act. Acad. Boruss. Berol. a. 1832. Cl. Hist. phil. p. 22. Ipsum Creuzeri librum nancisci non potuimus.

79) A. Boeckhius saepius, veluti De Graec. trag. princip. Heidelb. a. 1808. 8. p. 210, De Metris Pindar. in Pind. Edit. Vol. I. P. II. a. 1811. 4. p. 2 not. 4., in Canon. chronolog. ad Marm. Par. C. I. Gr. Vol. II. a. 1832. Fol. p. 336, De Disposit. Atthidis Philochor. in Actt. Acad. Boruss. Berol. 1832. 4. Cl. Hist. phil. p. 22, quo postremo loco eos, qui Olympiadum Descriptionem pro vetere monumento laudare perseverarent, de errore expressis verbis monuit.

80) Ign. Liebelius in Archilochi Reliqq. cum commentatione de Vita et Scriptis poetae. Ed. pr. Lips. 1812. 8. p. 8.

81) A. F. Naekius in Choeril. Sam. Reliqq. Lips. 1817. 8. p. 4.

82) P. I. B. Aucherus ad Euseb. P. I. p. 302 not. 1.

83) M. H. E. Meierus De Bonis Damnatorum et fiscalium debitorum libb. II. Berol. a. 1819. 8. p. 97.

84) G. F. Schoemannus de Comitiis Atheniensium libb. III. Gryph. a. 1819. p. 381 not. 19.

85) God. Bernhardius in Erathosthenicis. Berol. a. 1822. 8. p. 248 not. coll. eiusd. Lineament. Encyclop. philol. Halis a. 1832. 8. p. 303 not.

86) B. G. Niebuhrius in Comment. Actt. Acad. Boruss. Berol. a. 18^{19}. 4. inserta, quae iterum typis descripta extat in eiusdem Scriptt. Philol. et Hist. Min. Coll. I. Bonn. a. 1828. p. 211 seq.

87) Aug. Meinekius De Vita et Scriptis Euphorionis. Gedan. a. 1823. 8. [Vid. eiusd. Analecta Alexandrina. Berol. a. 1843. 8.] p. 40.

88) Henr. Clintonus Fast. Hell. Tom. II. Oxon. 4. (Edit. I. a. 1824.) Edit. II. a. 1827. Introd. p. XXIV seq. [Vert. ex Angl. in Lat. C. G. Kruegerus. Lips. a. 1830. 4. Prooem. p. XXV. seq.] Is omnium accuratissime de libello nostro agit, litisque de eo agitatae brevem quandam historiam exhibet.

89) G. Suevernius in Actt. Acad. Boruss. Berol. a. 1824. 4. Cl. Hist. phil. p. 38.

90) Frid. Nevius ad Soph. Tragoed. Lips. a. 1831. 8. p. XI.

91) Io. Henr. Krausius in Theagene Hal. a. 1835. 8. p. XII, in Olymp. Vindob. a. 1838. 8. p. XIV sq.

92) Car. Henr. Lachmannus De Republ. Laced. Vratisl. a. 1836. 8. p. 312 not. 2. p. 314 not. 1.

93) Ant. Westermannus ad Voss. de Histor. Graec. Lips. a. 1838. 8. p. 10 not. 26.

94) Varges. in Spec. Quaest. Lucilian. in Mus. Rhen. Cycl. III. Fasc. 1. a. 1835. 8. p. 49. Deceptus is sine dubio a Cluvero est.

documentum nullum posse gravius disertiusve inveniri, quam ipsius sua sibi hoc modo vindicantis Scaligeri[95]): „Postremo *Συναγωγὴν Ἱστορικήν*, a nobis partim ex editis partim ex nondum editis scriptoribus collectam (adiecimus), quae non solum ad Eusebiana, sed etiam ad memoriam veteris historiae illustrandam magno praesidio erit, si quis neque negligenter eam legere, neque nostros labores maligne interpretari volet." Eadem fere verba etiam in Thesauri fronte extant, ubi, quae contineantur in eo, expositurus auctor ultimo loco ponit *Ἱστοριῶν Συναγωγήν*, his additis: „Collectanea historiarum partim ex iis scriptoribus, qui nondum editi sunt, partim ex iis, qui editi. Penus antiquae memoriae locupletissimum, totum fere Eusebium illustrans." Auget fidem etiam brevis notula, Olympiadum Descriptioni ab Alexandro Moro pag. 313 praemissa, ut doceret lectorem, quanta diligentia curasset Scaliger, ut altera eius operis editio priori amplior et emendatior prodiret. Scribit enim haec: „Quae in his Collectaneis historiarum proximis aliquot paginis alio charactere aut Notis expressa sunt, ea in Exemplari adiecta erant manu Scaligeri. Quaedam praeterea ab eodem leviter interpolata, et quaedam penitus sublata memineris. Quae illa, diligens et studiosus lector, facta collatione novae huius editionis cum priore, facile deprehendet." Accedit, quod Scaliger etiam in annotationibus ad Eusebii Graeca et Latina *πολυθρύλλητον* illam *Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφὴν* suam Olympiadum Collectionem Graecam[96]), vel sua Olympiadum Collectanea[97]), vel denique sua simpliciter Collectanea[98]) innumeris locis appellat, eorumque adeo fontes passim indicat[99]): profecto ut non intelligamus, quomodo multi Viri Docti tam nitida et manifesta documenta negligere potuerint. An fortasse non tam neglexerunt, quam contempserunt, scilicet Scaligerum aliena sibi vindicasse fraudemque Annio illi Viterbiensi contrariam commisisse criminantes? Qua tandem, obsecro, caussa motum? Videlicet laudis comparandae insatiabili quadam cupiditate. Nolo ego ad illud confugere, quod de Scaligero dici verissime potest, excellentem virtutem non indigere, quo cernatur, gloriae speculo. Potest enim de gloriae illecebris alia esse aliorum sententia. Quin vereor quoque uti argumento, quod primum mea mihi suppeditabat Scaligeri admiratio, talem scilicet fraudem a tanto viro alienam fuisse instillans — vereor, quia de Scaligeri moribus non una semper atque consentiens vox fuit. Ne multa: Scaligerum utique prudentem fuisse unusquisque concedet. Prudens autem, credo, non eo procedit temeritatis, ut pro suo foetu vetustum venditet codicem, cuius praeter exemplum a se collatum, atque, ne falsarium prodat, flammis commissum, alterum aliquando plane simile dies in lucem proferre facillime possit. Praeterea, quandoquidem de gloria dici semel coeptum est, Iosephus Scaliger nomen suum ad immortalitatis memoriam aliis monumentis firmius certiusque consecravit, quam Olympiadum ista Descriptione, quae laudes eius aeque non auget, uti nec gigantis humeris invectus pumilio gigantem ipsum maiorem reddiderit. Mihi quidem Vir Summus infra se descendisse videretur, si e centonis illius ementita auctoritate se creturum esse credidisset.

Quum igitur nihil caussae sit, cur Scaligero semet ipsum cum Historiarum Collectionem, tum, quae primaria eius pars est, Olympiadum Descriptionem confecisse testanti fides denegetur: ille, quomodo ad exarandum eiusmodi opus deduci potuerit, deinceps quaeritur. Ac postulat huius loci ratio, quemadmodum libri, sic auctoris sibi imaginem.

---

95) In calce Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 431 init.
96) Nott. in Graec. Euseb. p. 418 b. Animadvv. p. 123 a.
97) Nott. in Graec. Euseb. p. 419 b.
98) Ibid. p. 421 b. Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 428 b. 429 a. Animadvv. p. 85 b. 124 a.
99) Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 429 a. ad *Ὀλ. ρξ´*.

quo possit alter cum altero contendi: nec nos deessemus rationi, nisi intelligeremus, in tanta re defuturam nobis orationem. Quum enim similis cognoscatur simili: qui sperare licet fore, ut parem summis virum aequiparet nostrum praeconium[100])? In hac igitur inopia nostra opportune accidit, quod libri nostri indoles ita comparata est, ut, quantopere Scaligero conveniat, cum e studiorum eius ratione in universum notissima subsidiisque facillime definiendis, tum e primariis quibusdam, quas in historia et chronologia antiqua scriptorumque veterum censura secutus sit, sententiis satis superque demonstrari possit. Quae sint istae sententiae, post exhibitam libelli nostri descriptionem apparebit.

Est autem *Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφὴ* nihil aliud, nisi succincta quaedam rerum, quae ad memoriam antiquam pertinent, recensio, e diversissimis petita veterum libris, eaque per Olympiadum annos digesta sic, ut in stadionicarum titulis Olympiades ipsae, in Archontum vero Atticorum nominibus singuli Olympiadum anni, quoad eius fieri posset, suspensi sint. Orsus autem auctor ab ipsa prima Olympiade, qua Coroebus Eleus stadio palmam meruit, caeterorum populorum historiam passim tantummodo nec nisi data occasione attingens, res Graecorum usque ad Olymp. CXIX, 3. praecipue persequitur. Cuius quae prioribus LXXIV. Olympiadibus pars continetur, tyrannidis, a Lydis in Graeciam indeque in Siciliam et Italiam propagatae, initia et incrementa singulari cum diligentia recenset, nixa illa Dionysii[101]), Plutarchi[102]), Memnonis[103]), Phlegontis[104]), Pausaniae, Diogenis Laertii, Africani[105]), Tatiani, Clementis Alexandrini[106]), Scymni Chii, Strabonis, Ptolemaei[107]), Stephani Byzantini, Athenaei, Solini, Homeri Pindarique Scholiastarum, Harpocrationis, Suidae, Tzetzae[108]) auctoritatibus. Eusebius, uti in hac, sic in caeteris libri sectionibus, nusquam, aut rarissime in auxilium vocatus reperitur. Sed etiam detracto eo magnam istam admiraberis auctorum huic loco adhibitorum copiam, quacum magnopere pugnat rerum traditarum tenuitas. Verum ecce! ab Olymp. LXXV. usque ad Olymp. CXIX, 3. quam multus, quam disertus est auctor, quam referti gravissimarum rerum notitia singuli adeo anni! Scilicet novus inde historiarum fons, isque, cum per Olympiadum annos defluat, Olympiadum Descriptori commodissimus, ei apertus est, Diodori Bibliotheca, cuius liber undecimus amissis iis, qui proxime praecedunt, ab illa ipsa Olympiade orditur. Ita locupletem testem nactus, testis aeque locuples evadit. Quae res et ipsa nonnihil ad eludendam eorum opinionem confert, qui librum nostrum veteris auctoris foetum iudicarunt. Quid enim? Egone ut veterem aliquem scriptorem admirer eum, qui nihil sciat, quod non idem testentur veteres auctores reliqui, cum iis parce loquatur, multus sit, conticescat? Profecto enim ubi apud Diodorum biennii res gestae[109]) litterarum naufragio interierunt, etiam in Olympiadum Recensu duorum annorum latercula vacua reperiuntur, ut si hic ab antiquo aliquo scriptore compositus esset, mira, hercle, ea fortunae constantia videri deberet, qua, tanquam ad Mithridatis litteras, una apud duos diversos scriptores

---

100) Sufficiat de Viro laudato iudicium Viri aeque laudati B. G. Niebuhrii apposuisse, qui in Hist. Rom. ed. II. Berol. a. 1827. 8. T. I. p. 250 not. 610.: „Scaliger, inquit, stand auf dem Gipfel universaler lebendiger philologischer Gelehrsamkeit, wie keiner nach ihm: und so hoch in Wissenschaft jeder Art, dass er mit eignem Urtheil, was ihm auch vorkommen mochte, fassen, nuzen und richten konnte. Was ist gegen ihn der buchgelehrte Salmasius? Und warum nennt Frankreich nicht Scaliger gegen Leibniz?"
101) in Antiqq. Rom.
102) in Vitis.
103) ap. Phot. cod. CCXXIV.
104) Fragm. de Olymp. ed. I. G. Fr. Franz. Ed. I. a. 1775. 8. Ed. II. Hal. a. 1822. 8.
105) ap. Euseb. Scal. p. 39 seqq.
106) in Stromatis.
107) in *Μεγάλῃ Συντάξει*.
108) in Chil. Hist.
109) Vid. nott. ad Olymp. CXV, 1. 2.

ruina eiusdem memoriam temporis obrui voluisset. Praeter Diodorum et plerosque, quos supra laudavimus, veterum libros[110]) auctor in hac Descriptionis suae serie, quae et ipsa in Graecorum maxime fatis enarrandis occupata, nonnulla ex Aegyptiorum, Persarum, Romanorum historiis delibare pergit, Poenorumque rebus passim memoratis Macedoniae regnum addit, et cessantibus antiquiorum civitatum dominationibus Syracusanam tantummodo altius persecuta, Pherarum, Molottorum, Bospori, Phrygiae, Cariae, Heracleae, Cypri regulos et tyrannos assumit, Thucydidis potissimum, Xenophontis, Arriani, Dexippi[111]), Plutarchi personati Historica contulit, poetarum etiam Graeciae scenicorum Scholia et Didascalias compilavit, unamque et alteram notulam e Theophrasto[112]), Aeliano[113]), Plinio[114]), Seneca[115]) transcripsit. Qui cum inde ab Olymp. CXIX, 4. Diodori Bibliotheca orbus factus esset denuo, priori silentio atque inopiae redditus, Polybio, Dionysio[116]), Strabone, Diogene, Africano, Orosio, Suida, unicis fere utitur testibus. Hinc Recensus noster cum per IX. Olympiades, quarum decursu Pergameni et Parthici regni initia annotantur, nullam fere populi alicuius praecipuam habuisset rationem, quasi sponte sua ad res a Romanis gestas delabitur, qui quomodo, licet iactati domesticis bellis et tumultis, nec raro victi a Parthis et Germanis, postremo tamen totum fere terrarum orbem sibi subiecerint, deinceps exponit. Profluxerunt autem res, ab Olymp. CXXVIII, 3. usque ad Olymp. CXLIV, 4. enarratae, non omnes quidem, at plurimae ex Polybio. Praeterea illorum aliquot, quos diximus, recurrunt, ac primum obviam fiunt Cornelius Nepos et Iustinus. Appianum plerumque spretum, certe eius auctoritatem, si de duobus locis decesseris, nusquam solam adhibitam esse videbis[117]). Quod de Appiano, idem fere valet de Zonara[118]). Quorum quod nihilominus suo utrumque loco a nobis appositum reperies, factum eo puta, non quo fons Olympiadum Descriptionis ostendatur, sed ut auctorum, qui de quaque re tradiderint, numerus compleatur. Inde auctor noster ad Latinos scriptores, quos etiam in superioribus quibusdam Olympiadibus compilaverat[119]), saepius confugere coactus in Graecum eos sermonem transtulit, ita ut, detractis nonnullis a Plutarcho, Pausania, Africano, Suidaque depromptis annotationibus, plerasque aut Livio aut Velleio aut Plinio aut Eutropio aut Orosio acceptas referre videatur: donec ad Olymp. CLXXVII. perventum est, ubi egregium Phlegontis fragmentum, quod a Photio[120]) servatum cupide arripuit, largissimam ei excribendi copiam suppeditavit. Hinc aut potius inde ab Olymp. CLXXXIII, 2. usque ad finem, praeter Suetonium et Spartianum, primarius ei dux extitit Dio Cassius, cuius quidem testimoniis ita usus est, ut, quotiescunque ex eo non satis appareret, cui anno res quaeque assignanda esset, verbis eam illustraret Dionis, annum ei, aut ex Eusebio[121]), aut e Tacito[122]) vel Seneca[123]), aut e nummis[124]) definitum,

110) Dionysii tamen non Antiquitates, sed Opuscula Rhetorica.
111) Fragm. ab Eusebio servata.
112) De Lapidibus.
113) Var. Hist.
114) Nat. Hist.
115) Epist.
116) in Dinarcho.
117) Vid. not. ad Olymp. CXXXI, 1. de Romanorum, et ad Olymp. CXLIII, 2. de Poenorum strage: quo utroque loco numerus caesorum Appiano debetur.
118) Vid. nott. ad Olymp. CXXXII, 1. de Atilii Reguli morte et Carthaginiensium ad Panormum clade.
119) Vid. ad Ol. XXVI, 4. XXIX, 1. not. 93. XXXI, 1. not. 103. XLI, 1. XLV, 1. not. 143. XLIX, 1. not. 162. LVIII, 1. nott. 199. 202. C, 2. not. 716. CXVIII, 1. 1042. CXXXIII, 1. not. 1126. CXLIII, 2. not. 1164.
120) Cod. XCVII. p. 146 seq. Hoeschel. p. 83 seq. Bekk.
121) Vid. ad Olymp. CCXX, 1. 2. nott. 1584—1586. ad CCXXIII, 4. not. 1598. CCXXV, 1. not. 1605. CCXXVI, 1. not. 1609. CCXXVII, 1. 2. 3. 4. nott. 1611—1614. CCXXVIII, 1. not. 1616.
122) Olymp. CCVII, 1. nott. 1496. 1498. CCX, 1. not. 1514.
123) Olymp. CCVI, 2. not. 1490.

ascriberet. Explicit opus, cuius postremae parti illustrandae, praeter aliquot Dionis, Taciti, Pausaniae Phlegontis[125], Clementis Alexandrini, Stephani testimonia, Iosephus, Philostratus, Chronicon Paschale, veteresque nonnullae Inscriptiones[126], quarum unam et alteram etiam prioribus partibus adhibuimus[127], inserviunt, in Olymp. CCXLIX, ad quam usque Africanus stadionicas descripserat[128].

Hi fontes, hic ambitus, haec facies libri universi est. Cuius tamen propositum ut accuratius perspicias, pauca addenda sunt de singulis quibusdam locis, ad quos lector attendere animum ob singularem, qua ab auctore pertractati sunt, diligentiam debet. Videtur autem ille in conficiendo opusculo triplici maxime ductus fuisse consilio, primum in publica, quam dicunt, civitatum vita, ut praeter bella, proelia, victorias, clades, inprimis regum et tyrannorum auspicia et decessus, urbiumque et coloniarum origines recenseret, deinde in litterarum notitia, ut praeter poetarum, philosophorum, historicorum, rhetorum vitas, quidquid ad emendandam definiendamque temporum rationem pertineret, collectum afferret, denique in artium historia, ut praeter extructa templa aliaque id genus excitata monumenta et inventas machinas, rei agonisticae apud Graecos progressus ostenderet. In earum vero collectione rerum, quae ad triplex illud genus referuntur, vicit oblatam nonnunquam temporis assignandi difficultatem rei gravitas: in aliis, licet nullius, aut saltem parvi admodum momenti sint, temporum ratio, certis praesertim Archontum vel Olympiadum nominibus definitorum, pondus addere visa est ipsi rerum levitati. Hac mente cum caetera miracula, tum portentosos illos partus insertos esse existimes, quos si deessent nemo sane desideraret, qui tamen ut in Olympiadum laterculis locum adipiscerentur, certi, quo excellunt, anni natalis praerogativa effecit.

Demonstratis iam fontibus libri, rerumque ex iis haustarum delineata ratione, restat ut quo scribendi genere conceptum sit opus, verbo moneatur. Ut autem ab eo proficiscamur, quod maxime in censum venit, universus Olympiadum Recensus e p i t o m e est, non e Graecis tantum, sed etiam e Latinis scriptoribus, quorum verba Graece reddidit, sed quorum nomina aeque ac Graecorum tacuit, compilata. Hinc qualem orationem relaturus sit, facile licet augurari. Excerpentis est enim, omnes particulas, quibus auctor ipsius ad nexum alterius rei cum altera significandum utitur, in suo opere, quippe quod res nexu plerumque destitutas simpliciter recensat, exulare, ordinem verborum, si in fontibus propter oppositionis rationem aut nescio quam aliam caussam inversus fuerit, vulgarem reddere naturaeque consentaneum, summatim complecti fuse declarata, prorsusque omittere ad intelligendum non omnino necessaria. Atque his ipsis officiis optime perfunctum dices Olympiadum Descriptorem, quandoquidem excerptos veterum libros oratione plerumque *ἀσυνδέτως καὶ συλλήβδην καὶ συντόμως* composita repraesentare solet[129]. Stilum igitur, quem proprio nomine appellamus, in tali scriptore, qualis est noster, tot ille tamque diversa referens orationis genera, quam diverso ii, e quibus profecit, stilo utuntur, sponte intelligitur aeque frustra quaeri, quam formae in Proteo constantiam. Nolumus tamen hoc cum reprehensione viri illius dictum putari, qui, exuta penitus propria sua et peculiari scribendi ratione, testes antiquos, quantum fieri posset, ipsos loquentes[130] inducens effecit, ut quo limpidiores de fonte rivos

---

124) Olymp. CCXXIII, 2. not. 1593. Cf. CCXXIV, 1. not. 1602.
125) Mirabb.
126) Olymp. CCXXI, 2. CCXXX, 1. 3. CCXL. CCXLIII, 2.
127) Vid. Olymp. XXVI, 4. de Interamna, CIX, 3. CXXIII, 2. de Menandro.
128) Vid. not. 69.
129) *Λόγου ἀσυνδέτου καὶ ἁπλοῦ* innumerabilia sunt exempla. Orationem *συλλήβδην* enuntiatam habes Olymp. LXIV, 1. coll. not. 232., ubi auctor pro Dionysii *Ὀμβρικοῖς τε καὶ Δαυνίοις καὶ συχνοῖς τῶν ἄλλων βαρβάρων* posuit *Ὀπικούς*, Olymp. XC, 1. in *ἀναζωπυρεῖται*, Olymp. CXVIII, 2. in *εὐημέρησεν*. De *συντόμῳ* dicendi genere vid. Olymp. CIII, 3. not. 773., Olymp. CXVII, 3. not. 1030., al.
130) *αὐτολεξεί*, inquit Kuesterus ad Suid. s. v. *Λᾶσος*.

deduxerit, tanto sit dignior fide historiae auctor. Sic qui scriptori vitio datur stili defectus, historici virtus extitit.

Est igitur libellus noster recensus rerum, ad memoriam antiquam pertinentium, chronologicus, isque, si auctoritatem spectas, e genuinis fontibus haustus, si materiam, Olympiadum annis applicatus, et ad regnorum successiones urbiumque primordia, ad historiae antiquae aeras, ad rei agonisticae initia et incrementa digerenda inprimis conversus, postremo si formam addis, ipsis plerumque veterum auctorum verbis illustratus. Tale vero opusculum congruitne cum Ios. Scaligeri studiorum ratione? Qui si — id quod statim ab initio manifestissimum est — opera sua, chronologiae praecipue addicta, ad condendum libellum nostrum facillime potuit deduci: eluceetne etiam e fontium, rerum, verborum delectu Scaligeri imago, et temporis illa, quo vixerit, condicione, et criticis, quibus in pertractandis litteris indulserit, opinionibus circumscripta?

Videamus singula, orsique a fontibus inquiramus, primum quidem num omnibus iis, quos supra iudicavimus, antiquitatis scriptoribus Scaligero uti licuerit, deinde num quid insit opusculo nostro, ex iis petitum monumentis, quae demum post illius aetatem in lucem protracta sint, denique num tres, quos ab Olympiadographo contemptos diximus, auctores Graecos, contemnendos etiam Scaliger duxerit.

Atque ad primam quidem quaestionem facilis responsio. Quippe in omnibus illis, e quibus consuta est Olympiadum Descriptio, vetustis codicibus, ne unus quidem reperitur, quin aut ante Scaligerum aut ab ipso Scaligero publici sit factus iuris. Id quod intelliget, quisquis vel levissimam antiquissimarum editionum notitiam contraxit. Dubitari dumtaxat de monumentis potest — Inscriptiones dico et Nummos — quae in auxilium vocanda esse supra indicavimus. Sed haec quoque sufficit monuisse omnia et in Inscriptionum corpore, ipsius Iosephi Scaligeri ac M. Velseri auspiciis a Iano Grutero Antverpiensi edito[131]), aut in Onuphrii Panvinii Veronensis Operibus antiquariis[132]), consignata legi, et a Scaligero partim in libris, quos de Temporum Emendatione scripsit, partim in suis ad Eusebium Animadversionibus diserte allegari[133]). „At," dixerit quispiam, „nonne continentur in Olympiadum Descriptione, quae scire Scaligero per sua litterarum subsidia non licuerit, quorumque notitiam nostra aetas monumentis iis acceptam referat, quae mortuo dudum Scaligero innotuerunt?" Hanc rem dignam esse, in quam inquireretur, iam Augustus Boeckhius[134]) significavit, magnum in ea instrumentum situm esse asserens ad libellum nostrum Scaligero vindicandum. Putidum quidem sit, incrementa recensere cuncta, quae e fontibus post Scaligeri mortem apertis memoria ceperit rerum antiquarum. Nec tamen, si quid video, talem requirit operam expensum prudenter caussae nostrae patrocinium. Sufficiet enim, unum et alterum locum, in Recensu nostro singulari cum diligentia pertractatum, ita examinasse, ut num quid ei insit, quod Scaliger e suis litterarum admi-

---

131) Heidelbergae. a. 1601. Fol. Adhibitae sunt Gruteri Inscriptiones Olymp. XXVI, 4. in Interamna, Olymp. CIX, 3. et CXXIII, 2. in Menandro, Olymp. CCXXI, 2. in L. Valerio, Olymp. CCXXX, 1. in Embe, Olymp. CCXXX, 3. in xystico, Olymp. CCXL. in M. Aurelio, Olymp. CCXLIII, 2. in Batone: quibus singulis locis vide quae annotavimus. Ipso de Grutero quomodo iudicarit Scaliger, cognosces ex Animadversionibus eius ad Eusebium p. 173 a. et 224 a.

132) Onuphrii Panvinii [De Imp. Rom. Venet. a. 1558. Fol. cap. 15. Thes. Graev. T. I. p. 523] nummorum ratio quaedam habita est Olymp. CCXXIII, 2. Vid. not. 1593. Idem Panvinius De Ludis circensibus Ed. Paris. a. 1600 Venet. 1602. Thes. Graev. T. IX. p. 305. una cum Grutero duas etiam Inscriptiones illas affert, quarum alteram Olymp. CCXL. (not. 1638.), alteram Olymp. CCXLIII, 2. (not. 1644.), expressam diximus. Fuit autem Panvinius familiari Scaligero, a quo etiam laudatur frequentissime. Vid. Add. Nott. in Graec. Euseb. calc. p. 430. Animadvv. ad Euseb. pp. 8 b. 157 a. 168 b. 201 b. 207 b. 211 b. 218 b. 223 a. 233 a. 234 a. 237 a. 250 a. De Emend. Tempp. V. p. 482 seq.

133) Vid. Scal. De Emend. Tempp. V. p. 385. Animadvv. p. 131 a. n. MDCCXXIX. De Emend. Tempp. V. p. 482. V. p. 454. V. p. 476. 483.

134) De Dispos. Atthid. Philoch. in Actt. Acad. Boruss. a. 1832. p. 22 not.

niculis cognitum habere non potuerit, diiudicari queat. Nec diu quaeri debet eiusmodi locus, repertus et ipse a Boeckhio est et indicatus, Archontum nempe Atheniensium, quos quam posset accuratissime recensere conatus est Olympiadum Descriptor[135], catalogus. In quo ullusne comparet Archon, qui nomen et situm suum in Fastis Atticis non tam e scriptoribus, quam e monumentis, post Scaligerum luci redditis, nactus sit? Ut nihil dicam de Inscriptionibus Atticis, quarum nonnullas in concinnanda Eponymorum serie primus adhibuit Corsinus, beatissimam autem copiam nostro tempore in Corpore Inscriptionum congessit Boeckhius, nuperrime ab eodem in Monumentis Navalibus etiam magnifice auctam — quamvis enim et hi tituli nonnulla Archontum nomina aut soli contineant, aut accuratius certe expressa repraesentent, eorum tamen, qui novi offeruntur, tantum non omnium incerta sedes est — obviam fiunt in Marmore Arundeliano, primum anno MDCXXVIII. a Ioanne Seldeno Londini publicato[136], quod nec ipsum videre Scaligero contigit, haud pauci Atheniensium Archontes, quorum qui aliunde penitus ignoti, aut demum Chronici illius suffragio suum quisque annum sortiti sunt, hi recensentur:

Ep. 34. Boeckh.	Dropilus[137] . . .	Olymp.	XXXIV, 1.
Ep. 37.	Simon	Olymp.	XLVII, 2.[138]
Ep. 38.	Damasias II. . . .	Olymp.	XLIX, 3.[139]
Ep. 47.	Pythocritus . . .	Olymp.	LXXI, 3.
Ep. 49.	Aristides	Olymp.	LXXII, 4.[140]
Ep. 50.	Philocrates . . .	Olymp.	LXXIII, 4.
Ep. ann. . . .	Diognetus	Olymp.	CXXIX, 1.

Omisimus in hoc indice eos, quorum nomina, in saxo deleta aut certe mutilata, coniecturis restituere studuerunt Viri Docti. Cuiusmodi sunt Ep. 40. Comias, Ep. 43. Alcaeus I. vel Athenaeus, Ep. 45. Clisthenes, Ep. 48. Phaenippus. Item Ep. 35. Aristoclem et Ep. 36. Critiam I. seclusimus, quippe quorum temporum notae in Marmore aut omnes aut plurimae interierint. Isti enim quid nos adiuvent, qui si offerrentur in Olympiadum Recensu, verendum sane esset, ne caussam nostram in periculum deducerent: nunc vero, cum desint, nihil aliud comprobent, quam cautum fuisse et consideratum auctorem libri, utpote qui nollet incertos sive Eponymos annis sive annos Eponymis assignando ansam dare reprehensionis? Illorum contra Atticae principum, quos a neutra nec nominis nec situs ratione laborantes supra in stemmate proposuimus, quanto maius profecto ius est Olympiadum latercula concelebrandi, tanto pluris erit, si apparuerit, aestimandus defectus. Atqui desiderantur revera, neque eorum quisquam e Descriptione nostra emergit. Immo quicunque ibi afferuntur Eponymi, eos omnes, uno excepto Philippo, quem Gruteri quidam titulus suppeditaverat[141], e solis scriptoribus haustos apparebit[142], quorum hic illic

---

135) „Aptissime Archontas recensuit:" CLINTONUS Prooem. FF. HH. T. II. p. XXVII. ed. Krueg.

136) Marmora Arundeliana s. saxa Graece incisa publ. et Commentariolos adiecit I. S. Typis et impensis Guilielmi Stanesbeii. 4nis. In nonnullis tamen exemplis legitur: „Apud Ioannem Billium typographum. MDCXXIX."

137) *Δροπίλου* in *Δρωπίδου* mutavit Boeckhius ad Marm. Par. Ep. 34. in Corp. Inscr. Gr. Vol. II.

138) Refert quidem chronicon hos tantummodo numeros: *HH . . ΠΙΙΙ.* Sed unam *H* excidisse apertissimum est. Vid. not. 114.

139) De hoc altero Damasia cf. not. 114.

140) Huic epochae nonnisi numeri .... *ΔΙΙ.* appositi sunt, qui quomodo in fronte suppleri debeant eae, quarum in medio ipsi sunt positi, temporis notae: *HHΔΔΠΙΙ* et *HHΔΔΙΙ*, ne sinunt quidem dubitare. Harum prior simul docet, in fine si quid deletum sit, nihil deletum esse posse praeter unitatem. Atque hanc profecto addi Anchises iubet Archon, qui Olymp. LXXIII, 1. sibi vindicat ex Dionysio AA. RR. VIII. p. 480, 38.

141) Ad Olymp. CXXIII, 2., ubi vid. not. 1079. coll. 1075.

142) Cf. fontium catalogus, a nobis infra exhibitus, in quo quod nihilominus praeter scriptorum loca

vel scripturae menda repetita sunt, facillime et ipsa Marmoris sananda beneficio. Sic e. g. Olymp. LXXIX, 4. Archontem non Euippum, sed Euthippum[143]), Olymp. XCIV, 3. non Micionem, sed Miconem[144]), Olymp. C, 4. non Calliam, sed Calleam[145]) appellatum, aut certe eam lectionis varietatem, id quod alias factum haud raro animadvertimus[146]), disertis verbis notatam, neque denique Aphepsionem Olymp. LXXIV, 4., sed Apsephionem Olymp. LXXVII, 4. ascriptum[147]) repraesentaret Recensus noster, si Marmora Arundeliana consulere auctori eius fuisset concessum. Qui caruit proinde illo temporum teste uberrimo, quemadmodum constat eius videndi copiam denegatam fuisse Scaligero. Atque — ut alterum exemplum inventi post Scaligerum vetusti codicis adiiciam — caruit idem etiam Diodori *Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας* titulo, cuius exemplar, e Cypro insula a Nic. Fabr. Peirescio redemptum, a. MDCXXXIV. publici iuris fecit Henricus Valesius. E quo fragmento et ipso Archontem quendam, T h e r i c l e m dico Olymp. LXI. Eponymum[148]), proficere licuit. Atqui illum quoque frustra quaesieris in nostra Recensione. Sic ipsae in Archontum serie lacunae testes pro Scaligero exurgunt disertissimae.

Versatur alius locus Descriptionis nostrae, singulari et ipse diligentia tractatus, cum in historia Graecarum litterarum delineanda, tum in digerendis poetarum Graecorum commissionibus. Quem pariter atque illum de Archontibus e Chronico Pario magnifice supplere et amplificare potuisset Olympiadographus, si aditum ad illud monumentum habuisset patefactum. Sed taedet messem illam uberrimam, solo e Marmore isto colligendam, ideo tantum hoc loco cumulare, ut in Olympiadum Recensu dici queat collecta non esse. Respiciamus potius alia quaedam monumenta, minus illa quidem copiosa, sed quibus et ipsis huic parti historiae aliquanto plus lucis affusum sit, quam qua Scaligero licuit eam illustrare. Didascalias illas dico, nostris demum temporibus in Eruditorum usum allatas, in iisque maxime Argumentum Sophoclis Oedipi Colonei gravissimum, quod a Friderico Thierschio inventum[149]), fabulam istam Olymp. XCIV, 3. actam esse docuit; item Scholion illud Aristophaneum, primum a Guilelmo Dindorfio publicatum[150]), e quo annus actae Pacis Olymp. LXXXIX, 3. apparuit, denique Euripidis Didascaliam, quae eundem principem nacta editorem[151]), Cressas, Alcmaeonem Psophidensem, Telephum, Alcestidem a poeta illo Ol. LXXXV, 2. in scenam deductas esse probavit. Quid? Ullumne harum rerum in Recensu nostro deprehenditur vestigium? Nullum profecto. Itaque qui alias in notandis temporibus, quibus doctae essent Graecorum poetarum fabulae, quidquid e Scholiis et Didascaliis erui potuit, diligenter contulit Olympiadum Scriptor, idem nitidissima illa testimonia non contulit? Nimirum conferre ea nondum potuit, quia idem non potuit amplius.

Iam vero ex iis, quae proximis hisce paginis disputavimus, quid simul sequatur,

---

passim etiam Inscriptiones appositae sunt, factum hoc ideo est, ut libellus noster nostrorum temporum usui accommodatior fieret.

143) Vid. not. 392.

144) Vid. not. 630.

145) Vid. not. 720.

146) Vid. Olymp. LXXVII, 2. LXXXVI, 1. LXXXVIII, 3. XCI, 4. XCIV, 4. XCVIII, 1. CVI, 4. CVII, 2. CXI, 1. CXII, 1. CXIII, 1. CXIV, 3.

147) Vid. not. 305.

148) In L. Dindorf. Edit. Vol. II. P. II. p. 84. Hunc T h e r i c l e m cum H e r c u l e, Olymp. LXI, 4. Eponymo, quem corrupta haud dubie scriptura offert Dionysius AA. RR. IV. p. 244, eundem esse eumque Dionysio restituendum, haud inepta Valesii suspicio est. Vid. not. nostr. 218.

149) In Actis Philologg. Monacc. T. I. Fasc. III. p. 322—326 a. 1812. 8. Post Thierschium Peter Elmsleius in sua Eurip. Bacch. Edit. Oxon. 1821. 8. p. 14 not. b. iterum descripsit Argumentum illud, cui sane multos Viros Doctos fidem denegare minime nescimus. Vid. Ed. Wunder. ad Soph. Oed. Col. Goth. et Erford. a. 1832. 8. p. 12.

150) In Poet. Scen. Graec. Lips. a. 1830. 4. m. p. 620. Et iam ante ap. Meinek. Quaest. Scen. Spec. II. Berol. 1827. 4. p. 76 [Hist. Crit. Com. Graec. Berol. a. 1839. 8. p. 130 seqq.]

151) Oxonii a. 1834.

vide. Nae hoc ipsum, ni fallor, scriptum esse Olympiadum Recensum inter annos MDCI. et MDCXXVIII., quorum illo Gruteri Corpus Inscriptionum, hoc Seldeni Marmor Oxoniense in lucem prodiit. Hanc autem aetatem quis non intelligit optime quadrare in Iosephum Scaligerum? Qui centonem istum sine dubio, decurrente primo saeculi septimi decimi quinquennio, cum Animadversiones ad Eusebium scribenti omnes historiarum fontes diligenter essent excutiendi, pedetentim elaboravit, annoque eiusdem saeculi sexto confectum primum ipse Lugduni Batavorum in Thesauro Temporum edidit. Adiecit deinde pauca et emendavit: ultimam tamen operi manum admovere morte, quam a. MDCIX. obiit, prohibitus fuisse videtur. Digessit δευτέρας illas φροντίδας, a Viro Summo margini ascriptas exempli sui, digestasque secundae Thesauri editioni inserendas curavit Alexander Morus[152]): qui tamen quam inscite munere suo functus, quam parum Scaligeri mentem assecutus sit, hic illic[153]) data occasione monebimus.

Sed haec in transitu. Ad institutam supra disquisitionis nostrae rationem redeamus. Superest enim, ut de iis videamus historiarum auctoribus, qui, licet Scaligero minime denegati, ab Olympiadum tamen Recensu tantum non exclusi reperiuntur: quam fortunam quod praeter Hieronymum (Eusebium), etiam Appianus et Zonaras experti sunt, tanto magis mireris, quanto gravius ipsam, qua utuntur, Graecam linguam eos commendare debuisse existimaveris. Qui nisi idoneis caussis iisque ex ipsa Scaligeri mente repetitis repudiati esse visi fuerint, verendum erit, ne vim eorum, quae e Chronico Pario aliisque monumentis in libello nostro non adhibitis supra collegimus, magnopere infringant. Atqui eiusmodi caussae in promptu sunt gravissimae. Et Eusebius quidem cur penitus fere intactus relinquendus fuerit, vel ex ipso, quod Scaliger in condendo Recensu suo secutus est, consilio perspicuum fit. Qui cum eum tanquam pro commentario Eusebii Chronicorum critico aut pro norma quadam chronologica, qua et Eusebii fidem[154]) et ipsa singularum rerum tempora metiri posses, haberi vellet[155]), committere sane non potuit, ut inter iudices qui iudicaretur sederet. Item Appianum amandavit, quia Appianus ipsi alienorum laborum fucus, et, ni multa eius Syriacis assuta sumpseris, admodum in historia infans esse visus est[156]). Ac revera Appianum multa Polybio debere, et Plutarchum ad verbum excribere solitum esse constat[157]). Reiecit denique Zonaram Vir Summus, ut Graeculum ineptissimum[158]), et quia sine dubio ipsos adire fontes limpidos maluit, quam delatum inde lutulentum sequi torrentem. Nec tamen propterea triumviros illos adeo ab Olympiadum Descriptione alienos habuit, ut, ubi de re aliqua aut soli prodirent testes, aut narrationes suas auctoribus deberent fide dignissimis, in fidem recepti non sint[159]). Contra e Chronici Parii conditore, uno omnium longe praestantissimo temporum teste, ne una quidem notula in Recensum nostrum transmigravit.

---

152) Vid. supra p. II. not. 7.

153) Vid. infra nott. 101, 116. 315.

154) Videlicet de hac ipsa Eusebii fide historica magnifice sentire non potuit is, qui ἀλογιστίας et hariolationes ei familiares esse iudicavit, Nott. in Graec. Euseb. Animadvv. p. 16 b. Cf. etiam p. 12 b. 55 a. 177 a. b. — Eusebii errores iam olim cum stomacho insectatus erat Georgius Syncellus p. 20 C. 62 A. B. C. 63 C. D. 67 A. B. C. 68 C. 69 C. 79 D. 116 C. 121 B. 150 B. 153 D. 164 D. 165 B., nec tamen raro ille inique cum eo expostularat. Vid. Scal. Nott. in Graec. Euseb. p. 410 a. Animadvv. p. 13 a. coll. Bredov. Dissert. de Georg. Sync. Chronogr. p. 8 seq. Vol. II. ed. Bonn.

155) In elencho eorum, quae in Thesauro Temporum contineantur, collectanea sua Scaliger penus vocat antiquae memoriae locupletissimum, totum fere Eusebium illustrans. Iterumque in calce Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 431. Collectionem istam non solum ad Eusebiana, sed etiam ad memoriam veteris historiae illustrandam magno praesidio futuram esse praedicat.

156) Ipsa Scaligeri verba sunt in Animadvv. p. 177 b. et p. 212 b. Cf. eiusd. Can. Isag. III. p. 346: delirium Appiani. Animadvv. p. 54 a: balbutit Appianus. p. 168 b: nugatur Appianus.

157) Vid. Voss. de Hist. Gr. lib. II. cap. 13. p. 223.

158) Animadvv. p. 114 b.

Accedimus ad materiem libri, ex hac quoque Scaligeri num emergat iudicium, inquisituri. Atque emergit illud profecto adeo in ipso anni Olympici, cui Descriptionem suam applicaret, delectu. Fuit enim in deliciis Scaligeri Olympias, de cuius in notandis temporibus momento ipsum audi gloriantem[160]): „O bene, quod illis veteribus Graecis in mentem venerit, hoc ludicrum summa religione quinto quoque anno instaurare. Salve veneranda Olympias custos temporum, index veritatis historicae, frenatrix fanaticae Chronologorum licentiae. Absque te foret, omnia etiamnum atro tenebrarum tegmine operirentur, quum etiam hodie inveniantur, qui noctuinis oculis ad fulgorem tuum caligent. Per te non solum ea, quae post te, sed et quae ante te gesta sunt, explorata sunt, Ilii excidium, Heraclidarum reditus, Ionica migratio, alia non pauca, quae nosse tui divini beneficii est. Per te epochas sacrae historiae deprehendimus. Quod si fungos fatuos et Catharos audiamus, sine sacris literis tuam epocham erui non posse dicendum erit. Qua stultitia quid prodigiosius excogitari potest?" Quid? Nonne hymnum tibi audire videris, velut in laudes cantatum Promethei, de genere mortalium immortali beneficio meriti? Et tamen inest Scaligeri declamationi aliqua veri particula, inest, quod maxime quaerimus, perspicuum Viri Summi de Olympiade Chronologiae quasi anima iudicium, cui quidquid certum esset in notatione temporum, totum acceptum referendum esse, idem alibi quoque significavit[161]). Atqui, quod Olympiadi historia debet, idem ipsa Olympias debet Scaligero, qui quantam quamque egregiam operam definiendo anno Olympico consecrarit, facunda testis illa Temporum Emendatio est, in qua licet calculi semel subducti necessitate paullo audaciori interdum argumentandi modo indulserit, primus tamen omnium viam ad rationem anni Graeci popularis ineundam patefecit[162]). Sic illa, a Scaligero e latebris ruderibusque vetustatis eruta Olympias, vindex temporum, eadem vindex est Scaligeri Olympiadum Recensus auctoris, qui si ullam temporum, Olympiadum profecto condere debuit Descriptionem.

Quid vero dicemus de rebus ipsis, in opusculo nostro oblatis? Et primum quidem de r e g i b u s, aliisque veterum civitatum, quoquo insigniti nomine erant, principibus, e quibus cum eligendis tum digerendis haud parum agnoscatur Scaligeri auctoritas? Ac de Atheniensium Archontibus quae ansa peti posset libelli nostri Scaligero vindicandi, supra vidimus. Addantur illis hoc loco ii potissimum rerum publicarum rectores, quorum de aetate accuratum ferre iudicium primo post renatas litteras Scaligero contigit. Qui quo huius quoque Olympiadum loci et patronus et interpres optimus deprehendatur manifestius: hoc uti stemmate placet, cuius dextrum laterculum sinistro respondet, velut textui commentarius.

---

159) Sic universum Africani stadionicarum catalogum, item Dexippi nonnulla (vid. not. 671) et Porphyrii (vid. not. 1197, 1209) ab Eusebio sumpsit. Offertur Eusebius etiam not. 1107, 1200, anonymusque eius eclogarius not. 1340. Aut ipse aut potius Hieronymus in notandis Sallustii natalibus not. 1290 et in assignanda Virgilii morte not. 1407 expressus est. — Praeterea locos nonnullos partim ab Eusebio partim a duobus caeteris scriptoribus depromptos p. XI nott. 121. 117. 118. indicavimus.

160) In Animadvv. p. 70 b seq.

161) De Emend. Tempp. lib. V. p. 355.

162) Opus de Emendatione Temporum primum prodiit Paris. a. 1583. Fol. Qua editione principe plenior et emendatior est ed. Lugd. Bat. a. 1598. Fol., sed locupletissima, qua et nos plerumque usi sumus, ed Colon. Allobr. a. 1629. Fol.

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ.	IOSEPHUS SCALIGER.
ΟΛ. Α', α'. Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου Λακεδαιμονίων βασιλέως ἔτος λδ'.	Animadvv. ad Euseb. p. 71 b: „In temporibus etiam et annis regni multum peccatum esse [ab Eusebio] oportet, quandoquidem Nicostratus Charilli filius regnare coeperit numero MCCVIII, Charillus autem Polydectae filius numero MCXLIV. Polydectes vero erat sextus a Procle auctore alterius familiae. Quare hoc tempore [MCCXLI. = Olymp. I, 1.] octavus rex Nicandrus, qui aliter Nicostratus, regnabat."
ΟΛ. Η', β'. Ἐντεῦθεν τὰ Ναβουνασάρου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως ἔτη ἀριθμεῖται.	Emend. Tempp. V. p. 391 seq.: „Nabonassar igitur, quem Nabonazaron vocat Censorinus, Babyloniae rex coepit imperare anno . . . . . Iphiti [Debebat scribere Coroebi. Vid. infra not. nostr. 1.] 29."
ΟΛ. ΙΔ', γ'. Μαρδοκεμπάδου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως ἔτος πρῶτον. ἔκλειψις σελήνης.	Ibid. V. p. 394: „Initium Merodach consurgit ex anno 27. Nabonassari, cuius Thoth in XX. Februarii . . . Luna autem defecit 29 eiusdem Thoth, nocte, quae secuta est 19 diem Martii."
ΟΛ. Ιϛ', α'. Ἡλίου ἔκλειψις. Ῥωμύλος ἠφανίσθη.	Ibid. p. 395: „Fuit vetus opinio ab ultima memoria ad posteros transmissa, Romnlum excessisse e vivis defectione solis.....Ea vero defectio proculdubio contigit anno 33 Nabonassari." Cf. Can. Isag. III. p. 345.
ΟΛ. Ιϛ', β'. Annus vacuus, Numae auspiciis anno demum insequenti assignatis.	Eodem modo Scaliger etiam in Diagrammate regum Romanorum, Canonibus Isagogicis II. p. 171 inserto, annum Romuli mortem proxime insecutum Interregno totum expleri vult.
ΟΛ. ΙΗ', α'. Γύγης τὴν Λυδῶν βασιλείαν ἐξεδέξατο. ἱστορεῖ Εὐφορίων.	Animadverte verba: „*ἱστορεῖ Εὐφορίων.*" Nam e Scaligeri sententia error est apud Clementem. Can. Isag. III. p. 328: „Itaque initium Gygis concurrit cum anno primo Olympiadis XVII, non autem XVIII, ut est apud Clementem: qui fortasse est error librariorum."
ΟΛ. ΜΗ', δ'. Περίανδρος ὁ Κυψέλου Κορινθίων τύραννος ἐτελεύτησε.	Ibidem: „Obiit autem Periander, teste Laertio, exitu Olympiadis XLVIII." Et pag. 342: „Quum igitur Periander obierit extrema Olympiade XLVIII, ergo eunte XLIX. Olympiade liberata est Corinthus Cypselidarum tyrannide."
ΟΛ. ΝΕ', α'. Κῦρος Περσῶν βασιλεύει.	Emend. Temp. lib. V. p. 401: „Quotquot temporum rationes disputarunt, vetustissimi et eruditissimi scriptores, nemo non eorum Cyri annum primum in primum Olympiadis LV. confert, Diodorus Siculus, Thallus, Castor, Polybius, Phlegon, ut scribit auctor priscus et eruditus Tatianus."
ΟΛ. ΝΘ', α'. Κροῖσος ἐτελεύτησεν.	Ibidem p. 328: „Croesus obierit anno periodi Iulianae 4170." i. e. Olymp. LIX, 1.
ΟΛ. ΞΔ', β'. Ἡ σελήνη ἐξέλειψεν ζ' ἔτει Καμβύσου.	Ibidem pag. 402: „Itaque annus 219 Nabonassari est initium Cambysae. Quod et confirmatur observatione deliquii Lunaris apud Ptolemaeum, anno octavo (voluit septimo) Cambysae, Nabonassari autem 225."

Itaque non Olymp. LXIV, 2, sed LXIV, 1. Scaliger assignare voluit septimum Cambysae annum.

ΟΛ. ΞΗ', α'. Πρῶτοι ὕπατοι ἐν Ῥώμῃ κατέστησαν, βασιλέων καταλυθέντων.

Ibidem p. 405: „Polybius ait *διάβασιν Ξέρξου* esse posteriorem funere Bruti et Regifugio annis 28. vertentibus: qui de 297 annis Iphiti [intell. Coroebi], quae est epocha *διαβάσεως*, deducti relinquunt annos 269, epochen consulatus Bruti et Regifugii."

ΟΛ. ΞΘ', γ'. Ἡ σελήνη ἐξέλειψεν ἔτει κ' Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου.

Ibidem p. 403: „Cambysae annos septem, menses V. attribuit Herodotus: qui putati a 219 Nabonassar desinunt in 226 eiusdem Nabonassar. Quod verum esse et observatio eclipsis Lunaris apud Ptolemaeum convincit, anno XX. Darii, Nabonassari vero 246."

ΟΛ. ΟΕ', α'. Διάβασις Ξέρξου εἰς Ἑλλάδα.

Ibidem p. 405. Vid. p. 407 seq.: „De transitu Xerxis."

ΟΛ. ΟΗ', δ'. Ἀρτάβανος τὸν Ξέρξην ἀναιρεῖ.

Ibidem p. 408: „Anno quarto Olympiadis 78..... Xerxes ab Artabano interficitur,..... anno periodi Iulianae 4249." i. e. Olymp. LXXVIII, 4.

ΟΛ. ΟΘ', α'. Ἀρταξέρξης βασιλεύει Περσῶν ἔτη μ'.

Pergit paullo post: „Septem mensibus a caede patris, Artaxerxes *ὁ μακρόχειρ,* occiso Artabano inivit imperium, cuius initium ex anno periodi Iulianae 4250. Ex Diodoro."

ΟΛ. ϞΓ', δ'. Δαρεῖος τελευτᾷ ἄρξας Περσῶν ἔτη ιθ'. Ἀρταξέρξης υἱὸς τὴν βασιλείαν διαδέχεται.

Ibidem p. 412: „Finis imperii [Darii Nothi] colligitur ex Diodoro Siculo, qui eius mortem in annum IIII. Olympiadis XCIII., circiter exitum belli Peloponnesiaci, ponit. . . . . Imperavit igitur annos XIX." Et p. 413: „Artaxerxes, vel, ut est apud Plutarchum, Artoxerxes, ab altero Artaxerxe cognomine *Μνήμονος* distinguitur. . . . . Eius initium sumitur ab obitu Darii patris, anno periodi Iulianae 4309."

ΟΛ. ΡΙΑ', α'. Πυθόδημος [ἄρχ.]. . . Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ἀναιρεῖται.

Ibidem lib. V. p. 416: „Philippus Macedo Amyntae F. interfectus est anno primo Olympiadis CXI., *Πυθοδήμου ἄρχοντος,* auctoribus Diodoro et Arriano."

ΟΛ. ΡΙΔ', α'. Ἀλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι ἐτελεύτησε.

Isag. Can. lib. III. p. 299: „Alexander obiit anno primo Olympiadis CXIIII. Nabonassari 425." Cf. Emend. Tempp. p. 423.

ΟΛ. ΡΚΗ', α'. Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος κρατήσας τῆς ἀρχῆς καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐκβαλὼν Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν. ἔνθεν Ἀρσακίδαι ἐκλήθησαν οἱ Περσῶν βασιλεῖς.

Ibidem lib. III. p. 323: „Obstrigillat Suidas: *Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος τοὺς Μακεδόνας — ἔτει σϞγ' ἐκβαλών, Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν κτλ.* Nam unde illi CCXCIII. anni deducendi? Non dubium ab initio Cyri. Sed absunt a consulatu Vulsonis et Reguli annis XVII., post mortem Alexandri LVII." Vid. not. infra 1104.

ΟΛ. ΡΛΒ', α'. Τότε καὶ Ἀρσάκης ὁ Πάρθος κατά τινας τῶν Μακεδόνων ἀπέστη.

Ibidem l. l.: „Arsaces a Macedonibus defecit, primo bello Punico, L. Manlio Volsone, M. Atilio Regulo Coss. Auctor Iustinus." Vid. not. infra 1121.

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ.	IOSEPHUS SCALIGER.
ΟΛ. ΡΝΑ΄, β΄. Ἔκλειψις σελήνης ἑβδόμῳ ἔτει Φιλομήτορος.	Emend. Tempp. p. 435: „Apud Ptolemaeum observatur defectio Lunae, septimo anno Philometoris, Nabonassar 574 ..... Ex his igitur colligitur, annum primum Philometoris incidere in annum Nabonassari 568. ... hoc est in annum quartum Olympiadis 149."
ΟΛ. ΡΞΑ΄, δ΄. Ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος τελευτῶν τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῆς αὐτοῦ βασιλείας κληρονόμον ἐν ταῖς διαθήκαις κατέστησε.	Can. Isag. lib. III. p. 328: „Attalus autem *Φιλομήτωρ* sextus in ordine regum obiit P. Mucio Scaevola, L, Calpurnio Pisone Frugi Coss." i. e. Olymp. CLXI, $\frac{3}{4}$.
ΟΛ. ΡΠΕ΄, α΄. Ἡρώδης ὑπὸ τοῦ συγκλήτου βασιλεὺς Ἰουδαίων ἀνηγορεύθη. *ΟΛ. ΡΠΕ΄, δ΄. Ἡρώδης καὶ Σόσσιος τὰ Ἱεροσόλυμα πολιορκίᾳ παρεστήσαντο.*	Emend. Tempp. p. 450: „Initium Herodis dupliciter sumitur, quemadmodum Augusti. Aut enim ab anno periodi Iulianae 4674, cum a Senatu rex declaratus est, Cn. Domitio Calvino, C. Asinio Pollione Coss. [i. e. Olymp. $\frac{\text{CLXXXIV, 4.}}{\text{CLXXXV, 1.}}$]. Aut a captis Hierosolymis .... anno periodi Iulianae 4677, anno 4 Olympiadis 185."
ΟΛ. ΡΠΖ΄, β΄. Ἐμφύλιος πόλεμος κατελύθη ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, μεσούσης τῆς ρπζ΄ Ὀλυμπιάδος, Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας κατὰ τὸ Ἄκτιον ναυμαχίᾳ καταπολεμηθέντων.	Ibidem p. 453: „Initium victoriae Actiacae sumitur ab eo tempore, quo pugna navali Antonius et Cleopatra victi, anno Iuliano XV, C. Caesare Octaviano III, M. Valerio Messalla Coss." i. e. Olymp. CLXXXVII, $\frac{1}{2}$.
ΟΛ. ΣΔ΄, α΄. Τιβέριος ἐν Μισηνῷ τῆς Καμπανίας νόσῳ μετήλλαξεν.	Ibidem p. 466: „Decessit (Tiberius) anno aetatis 78. XVII. Kal. April. Pharmuthi IIII, feria VII, anno a Nabonassaro 784." i. e. Ol. CCIV, 1.
ΟΛ. ΣΔ΄, δ΄. Γάϊος ὑπὸ Χαιρέου ἀναιρεῖται.	Ibidem p. 466: „Numerus enim desivit in a. d. IX. Kal. Febr. anni Iuliani 86, qui erat 788 a Nabonassar, Mechir XV, quo die interfectus Caligula, et caepit regnare Claudius."
ΟΛ. ΣΗ΄, β΄. Κλαύδιος ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης ἐπιβουλευθεὶς φαρμάκῳ μετήλλαξε.	Ibidem p. 468: „Quare recte apud Eusebium decessus Claudii confertur in annum II. Olymp. CCVIII.
ΟΛ. ΣΙΑ΄, δ΄. Νέρων ἑαυτὸν διεχρήσατο.	Ibidem p. 469: „Igitur periit (Nero) anno cycli XII. et proinde anno Iuliano 113. Si Xiphilino credimus, Nero perierit die IX. Iul. anni Christi 68."
ΟΛ. ΣΙΔ΄, β΄. Οὐεσπασιανος... μετήλλαξεν.... Τίτος ὁ αὐτοῦ υἱὸς τὴν ἀρχὴν διεδέξατο.	Ibidem p. 475: „Itaque obiit (Vespasianus) anno Iuliano 124. Christi Dionysiano 79. . . . Unde consurgit imperium Titi."
ΟΛ. ΣΙΕ΄ α΄. Τίτος μετήλλαξεν.	Ibidem p. 475: „Obiit igitur (Titus) cyclo Lunae sexto, et proinde Christi 81. Unde initium imperii Domitiani."

Proxima iam sunt Domitiani et Nervae exempla, in quibus non dissimulandum est inter se dissidere Olympiadum Descriptionem et Temporum Emendationem, si quidem alter liber in annorum numero Domitiani regno ascriptorum Dionem sequitur[163]), alter Dioni, ut minus prudenter tradenti, Suetonium praefert[164]). Cuius tamen inconstantiae caussae sunt certissimae, e diverso utriusque operis consilio repetendae, de quibus suo loco dicetur. Nunc non curamus singula, ubi universum spectamus. Porro Recensus noster etiam in Nervae assignanda morte peccavit[165]). Sic sane factum est, ut claudicet aliquantulum tot ille nominibus commonstratus utriusque libri *παραλληλισμός*, qui tamen ecce! statim denuo emergit. Ascriptis enim in Emendatione Temporum et Traiani obitu et Hadriani auspiciis anno Nabonassari 864.[166]), simul cum Eusebio Scaliger et cum Descriptione sua, quae illius calculos expressit[167]), in concordiam redit. Sed negligamus adeo t e m p o r u m concentum, rebus ascriptorum: r e s loquuntur ipsae. Etenim perlustra mihi quintum Temporum Emendationis librum, eiusque solos perlustra titulos, qui quidem ad priores CCL. Olympiades pertineant: easdem ibi epochas investigatas reperies et computatas, quas etiam in Olympiadum Descriptione agnitas memineris atque digestas. Quae animadversio et ipsa haud contemnendum documentum opinionis eius esse videtur, qua auctorem Olympiadum libri eundem dicimus cum illo, qui de Temporum scripsit Emendatione.

Aliud genus observationum, quae in libello nostro repraesentantur, singulari et ipsum ubertate conspicuum in describendis c o n d i t a r u m u r b i u m d e d u c t a r u m q u e c o l o n i a r u m t e m p o r i b u s versari diximus. Descendenti autem tibi inde a superiori quaque aetate ad inferiorem obviam deinceps fiunt *κτίσεις* Thasi, Sybaris (Thuriorum), Astaci (Nicomediae), Crotonis, Interamnae, Cyllenes, Messanae (quae prius Zancle), Abderorum, Selinuntis, Cyrenes, Massiliae, Camarinae, Aetnae (quae antea Catana), Buxenti, Amphipolis, Hestiaeae, Ardeae, Heracleae (quae prius Trachin audiit), Rhodi, Megalopolis, Messenes, Co, Crenidum, qui mox Philippi denominati, Alexandriae, Thebarum, Pontiarum insularum, Antigoniae, Arimini, Beneventi, Brundisii, Philippopolis (quae antea Thebae Phthiotidis), Bononiae, Carthaginis, Marcii Narbonis, Corinthi, Caesareae (quae prius Stratonis Turris dicta), Neroniorum (quae antea Artaxata), Adrianotherarum, Antinoeae, denique Aeliae Capitolinae (quae prius Hierosolyma)[168]). Atqui hae urbes, quarum aliae quidem recens conditae, aliae restauratae, aliae e pluribus pagis in unam civitatem collectae, aliae denique colonis amplificatae, in libello nostro assignantur, pleraeque tanquam ad natalium suorum inventorem referri dicendae sunt ad Ios. Scaligerum, quippe haud raro illum et in Eusebio interpretando et in Emendanda Temporum ratione ad urbium primordia investiganda deductum[169]): quem proinde cum huic

---

163) Ad Olymp. CCXVIII, 4. coll. not. 1574.
164) Lib. V. p. 487.
165) Ad Olymp. CCXIX, 2. coll. not. 1580.
166) Lib. V. p. 488.
167) Ad Olymp. CCXXIII, 4. coll. not. 1599.
168) Olymp. XIV, 1. XV, 1. — XV, 1. coll. LXVII, 3. LXXXI, 4. LXXXII, 2. LXXXIII, 1. 3. LXXXIV, 1. 2. — XVII, 1. CXXIX, 1. — XVII, 3. — XXVI, 4. coll. CXVII, 2. — XXVIII, 1. — XXX, 1. — Ibid. — XXXI, 3. coll. XCII, 4. — XLI, 1. — XLV, 1. coll. LVII, 1. LXXIX, 4. LXXXII, 1. LXXXV, 1. — LXXVI, 1. — LXXVII, 2. — LXXIX, 1. LXXXV, 4. — LXXXIII, 4. — LXXXVI, 2. — LXXXVIII, 3. — XCIII, 4. XCIV, 4. — CII, 2. CIII, 3. — CII, 4. — CIII, 3. — CV, 1. CV, 3. — CXII, 1. 2. — CXVI, 1. coll. CXI, 2. — CXVII, 1. — CXVIII, 2. — CXXVI, 4. — Ibid. — CXXXII, 4. — CXL, 3. — XLIX, 2. CLXIV, 1. CLXXXIV, 1. coll. CLVIII, 3. — CLXV, 1. — CLXXXIV, 1. coll. CLVII, 4. CLVIII, 3. CLX, 1. — CXCII, 1. — CCIX, 2. coll. CCXI, 2. — CCXXIV, 3. — CCXXVII, 1. — CCXXVII, 4.
169) Vid. de T h a s o Animadvv. ad Euseb. p. 37 a. b. n. DLXXXIX, de S y b a r i p. 79 a. n. MCCCXIV, de A s t a c o p. 77 b. 78 a. n. MCCCVII, de C r o t o n e p. 78 b. n. MCCCXIV, de I n t e r a m n a Emend. Tempp. V. p. 385, de M e s s a n a (Zancle) Animadvv. p. 21 b. n. CCLVI, de A b d e r i s p. 82 b. n.

quoque historiae parti tam frugiferum studium consecrarit, eius proventu consentaneum est etiam Olympiadum sulcos consevisse.

In historia litteraria viam sequamur ab ea, quam modo amplexi sumus, paullulum diversam. Neque enim tam in res ipsas, quibus digestis litterarum antiquarum memoriam illustravit Olympiadum Auctor, quam in tempora rebus ascripta, inquirere placet. Temporum igitur notatio, qualem in hoc genere offert Recensus, num a Scaligero profecta esse queat, disputabimus. Vela autem huius quoque disputationis, scilicet ne nimis longa fiat, ita contrahamus, ut eas dumtaxat res examinemus, in quibus constituendis chronologia, quam dicunt, mathematica inprimis vel astronomica versatur. Cuiusmodi sunt cycli illi, ad definiendos globorum coelestium in priscas sedes suas reditus ab antiquis anni descriptoribus computati, aerae deinde, quae proprio nomine appellantur, unde veteres populi deducebant tempora, denique primaria illa cyclos simul et aeras eruendi instrumenta, utriusque sideris deliquia. In hoc igitur triplici rerum genere quae Olympiadum laterculis cum chronologicis Scaligeri disquisitionibus intercedit ratio? Consentiuntne altera alteris an refragantur? Huius vero quaestionis ratione quantum sententiae nostrae aut addi ponderis aut demi queat, statim ab initio patet, praesertim cum res, quas diximus, pleraeque tales sint, ut nisi matheseos et astronomiae auxilio, quippe non omnibus concesso, neque ab omnibus eodem eventu adhibito, inveniri non possint: de quibus proinde si qui inter duos libros consensus apparuerit, is tantum abest, ut fortunae ludibrio imputandus, ut veritatis habendus esse vindex videatur. Egregia igitur caussae Scaligerianae fautrix observatio est, etiam in hoc loco Olympiadum Recensum tantum non ad amussim respondere aliunde notis Scaligeri calculis. Sed videamus singula. Periodi notantur Metonis et Calippi sive Callippi (utrumque enim reperitur). Eorum prior Apseude Archonte heliotropium in comitio Athenarum dicasse, et ab eiusdem anno exeunte Enneadecaëteridis, hoc est periodi ducentas triginta quinque complectentis syzygias, quibus peractis lunam ad idem punctum solis redire arbitrabatur, exordium derivasse refertur, Olymp. LXXXVI, 4. Metonica autem periodus illa et quam parum cognita fuerit ante Scaligerum et ipsi quid potissimum debeat Scaligero, notissimum est[170]). Itaque eos tantummodo locos ex Temporum Emendatione huc transcribamus, qui illustrandae Olympiadum Recensioni praecipue inserviant. „Videtur, inquit[171]), non solum a solstitio caput Enneadecaëteridis suae derivasse, sed etiam ab eo tempore, quo Heliotropium suum dicavit." Et paullo post: „De tempore, hoc est anno observati a Metone solstitii, item de tempore et epocha ipsius solstitii, habemus plene apud Ptolemaeum, libro III, quo

---

MCCCLXVII, de Selinunte ibid., de Cyrene p. 83 b. n. MCCCLXXXVI, de Massilia p. 86 b. n. MCCCCXVII, de Camarina ibid. n. MCCCCXIV, de Aetna (Catana) p. 76 a. n. MCCLXXXIII, de Heraclea (Trachine) p. 108 a. n. MDXCVI, de Messene in Peloponneso restaurata p. 83 a. n. MCCCLXXIX, de Philippis p. 235 a. n. MMCCLXIII, de Thebis Boeotorum p. 126 a. b. n. MDCLXXXIII, de Alexandria p. 126 a b. n. MDCLXXXVII., de Carthaginis fatis p. 50 b. sq. n. DCCCIV. p. 63 b. n. MCLXVII. p. 145 a. b. n. MDCCCLXXI. coll. Prolegg. ad Emend. Tempp. p. XXXVIII, de Marcio Narbone p. 148 b. n. MDCCCXCVI, de Caesarea (Turri Stratonis) p. 172 a. n. MMIV, de Antinoi urbe p. 214 a. b. n. MMCXLV, de Aelia Capitolina p. 215 b. n. MMCXLVII. p. 217 a. b. n. MMCLII. In Marcio tamen Narbone, quemadmodum etiam in caeteris Romanorum coloniis, quarum principia digessit Recensus noster, mirum quoddam accidit Scaligero, videlicet ut a Livio et Velleio, qui soli fere locupletes harum rerum testes sunt, constanter dissideat. Solam excipio Carthaginem et Corinthum, in quibus assignandis alios quidem, at fide non minus dignos secutus est auctores. Praeterea in Ardea, in Pontiis insulis, in Interamna certe Diodoro utitur patrono. Vid. nott. 480. 1021. 1024. Sed de Arimino, Benevento, Brundisio, Bononia prorsus singulares eius calculi sunt, iique toti vetustati reluctantes. Quae discrepantia cum turbatis V. S. adversariis, aut calami a recta linea declinantis erroribus imputanda esse videatur, magna tamen negotia facessivit Viro Eruditissimo Philippo Cluvero, qui quantopere laborarit in Anonymo suo, passim monuimus. Vid. nott. 1092. 1129. 1194.

170) Emend. Tempp. II. p. 75.

171) pag. 75 seq.

ait diserte solstitium a Metone et Euctemone observatum anno Nabonassari 316, Phamenoth XXI, mane. Tempus congruit XXVII Iunii, cyclo Lunae VII, cyclo Solis XXVI, feria prima, anno quarto Olympiadis 86 desinente, praefecto Athenis Apseude, T. Verginio, Proculo Geganio Macerino Coss., qui erat tertius annus periodi Atticae. Scirrhophorion III. Iulii. Ergo Neomenia Hecatombaeonis Metonici *σκιρροφοριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα*[172]). Diodorus libro duodecimo: *ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων — ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεαδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις σκιρροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης.* Proinde *Θαργηλιῶνος πέμπτῃ φθίνοντος* observatum solstitium a Metone." Quae eadem fere etiam duobus aliis locis repetiit[173]). Intelligis igitur Olympiadum Descriptori cum Temporum Emendatore accuratissime convenire. Hunc tamen concentum non tanti faciendum esse fortasse dices propterea, quod de anno primo periodi Metonicae ob diserta satis atque inter se congrua Ptolemaei et Diodori testimonia vix ulla detur disceptatio. Video igitur res proferendas esse eiusmodi, de quibus aut in diversas partes disputari possit aut in singularem adeo sententiam ipse abierit Scaliger. Proinde orbis ille prodeat annorum sex et septuaginta (*ἑκκαιεβδομηκονταετηρίς*), quo absoluto de scrupulis lunae cum rationibus solis nihil reliquum fieri putavit Callippus. Huius enim epocha cycli cum nisi matheseos ope elici non possit, maximo, opinor, in nostra argumentatione momento aestimanda erit. Assignata autem ea reperitur in Olympiadum Recensu Olymp. CXII, 2: *Ἐντεῦθεν αἱ Καλίππου Κυζικηνοῦ περίοδοι ἄρχονται.* Atqui eodem anno eadem etiam in Emendatione Temporum fixa est. Ibi enim haec leguntur[174]): „Haec . . . . nobilis periodus Calippica, dierum 27759, mensium Tetraëtericorum 921, dierum 129, syzygiarum autem Lunarium 940. Tetraëtericorum quidem appellationibus Macedonum Olympicis, syzygiarum autem appellationibus prytaniarum Atticarum . . . . Annus 4384 periodi Iulianae est primus periodi prytaniae Calippicae, anno Nabonassar 418, Pharmuthi 17 [i. e. Olymp. CXII, 2.]." Rursus igitur concordant utriusque libri calculi. Est autem haec quidem concordia quam maxime urgenda ideo, quod primus periodi Callippicae annus a vetustatis scriptoribus non proditur diserte, sed eruendus demum subducta ratione est e nonnullis, quae periodo isti applicatae sunt, observationibus lunae, a Ptolemaeo consignatis, iisque ipsis secundum vulgarem astrologi illius textum inter se discrepantibus, neque ab uno omnibus exordio computatis. Ex his epocham cycli Callippici ad Olymp. CXII, 2. cum alius generis observatio[175]), tum deliquium illud deducere videtur, quod anno secundae periodi Callippicae quinquagesimo quinto contigisse traditur[176]), cuius tempus $\frac{1}{2}\frac{8}{0}$. m. Martii a. a. Chr. 200. Olymp. CXLIV, 4., proinde ut, annis centum et triginta retro numeratis, eum, quem diximus, annum deprehendas. Atque hanc ipsam defectionem et in epocha cycli Callippici invenienda du-

---

172) Scaliger igitur verba Diodori: — *τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς Σκιροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης* ita accepit, quasi dies XIII. m. Scirophorionis (e priori scilicet anni forma computatus) cum die 1. Hecatombaeonis Metonici contendendus esset. In quo erravit manifesto. Contendendus enim potius est cum die observati a Metone solstitii Olymp. LXXXVI, 4., hoc est cum XXVII. m. Iunii a. a. Chr. 432., unde Calendarium suum exorsus est Meto. Hecatombaeon autem Metonicus coepit proximo novilunio, quod secundum tabulas recentiorum astronomicas Athenis d. XV. M. Iulii Iuliani vel d. II. m. Hecatombaeonis vetustioris Attici sub ipsum solis occasum contigit. Hoc igitur die vel potius die proxime insecuto figenda est epocha cycli Metonici. Vid. Lud. Ideler. Enchirid. Chronol. mathem. et techn. Berol. a. 1825. 8. T. 1. p. 325 seqq. coll. not. nostr. 484.

173) Lib. V. p. 409 seq. Canon. Isagog. III. p. 298.

174) Emend. Tempp. V. p. 423.

175) Scilicet eam dicimus, quae ab Hipparcho ann. 52. periodi Callippicae tertiae facta refertur in *Μεγάλ. Συντάξ.* ed. Halma. Paris. 1813. 4. Lib. V. cap. 3. p. 295. Sed ibi pro *νβ'* legendum est *να'*. Vid. Ideler. Enchirid. I. p. 345 extr.

176) Ibid. lib. IV. cap. 10. p. 280.

cem sequitur temporum Emendatio[177]), et in Olymp. CXLIV, 4. nostra Recensio agnoscit[178]). Nihilominus constat in Claudii codice mendum contraxisse numerum, quo annus indicatur secundae periodi Callippicae, qui quidem necesse est quinquagesimus quartus fuerit, non quintus. Sed hoc quidem primus indagavit Idelerus[179]), ignoravit Scaliger, cuius tamen quantopere nos adiuvet et ignorantia et in ignorando constantia, non est quod moneamus. — Sed etiam in aerarum epochis, quae in Olympiadum Recensu assignantur, huius ipsius cum reliquis Scaligeri opusculis chronologicis congruentia reperitur accuratissima. Ex illis autem, utpote consilio nostro inprimis accommodatam, primo loco collocamus eam, cuius in figendo exordio Scaligerum fefellit ratio, epocham Nemeadum. Hanc scilicet notum est ab anno 1. Olymp. LIII. sic computari voluisse Virum Summum[180]), ut quae binae in quaque Olympiade celebrabantur Nemeades, earum alteras in Olympicum annum 1., alteras in annum 3. incidisse censeret. Atqui incidebant potius in annos 2. et 4. et aestivae quidem anno 4. mense Olympici anni secundo, Metagitnione Attico XII, hibernae autem hieme exeunte anni 2. agebantur. Id quod argumentis ad persuadendum idoneis docuerunt Corsinus atque Boeckhius[181]). Eundem autem Scaligeri errorem cum fideliter repetat Olympiadum Recensus[182]), auctorem huius opusculi tantum non digito monstrare videtur. Felicius Scaliger cum in aliis aeris, tum in Varroniana, in Catoniana, in Nabonassaria, in Isthmiaca, in Antiochena, in Iuliana definienda versatus est. Quarum tamen epochae omnium in libello nostro eisdem annis ascriptae reperiuntur, quibus Scaliger eas ascribendas esse ostendit[183]). Solo in Pythiadum initio quaedam Scaligeri inconstantia emergit. Illud enim Temporum

---

177) Lib. II. p. 91 C: „Anno 55 periodi secundae, Nabonassari 548, Mechir 9, feria 2, iterum Luna defecit, Sole in Piscibus collocato. Tempus 19 Martii, cyclo Lunae XI, Solis VI."

178) Ibi autem Ἔκλειψις σελήνης δίς facta notatur. Videlicet qui vulgo fertur Ptolemaei textus τῷ νε' ἔτει secundae periodi Callippicae non illud dumtaxat, de quo supra verba fecimus, lunae deliquium, sed p. 281 etiam alterum τῷ αὐτῷ νε' ἔτει observatum memoriae prodit. Qui locus quomodo corrigendus sit, disce ex not. 179. coll. not. 1170, Olympiadum Descriptioni apposita.

179) Enchirid. Chronol. T. 1. p. 344 seqq.: „Im vierten Buche des Almagest werden drei zu Alexandrien beobachtete Mondfinsternisse angeführt. Die erste ereignete sich nach dem Basler Text im Iahre 52 der zweiten Periode, wofür aber alle drei noch vorhandene, von Hrn. Halma verglichene, Handschriften richtig 54 lesen [Sic legit etiam Scaliger Emend. Tempp. II. p. 91 C.]. Die zweite wurde im 55sten Iahr der zweiten Periode oder 200 v. Chr. in der Nacht vom 19. zum 20. März, und die dritte in demselben 55sten Iahre und in demselben v. Chr. in der Nacht vom 11. zum 12. September beobachtet. Hier gibt nun die zweite Finsternifs das Iahr 331 v. Chr. [Olymp. CXII, 2.] zum Epochenjahr der callippischen Periode. Es mufs aber ohne Zweifel τῷ νδ' ἔτει statt τῷ νε' ἔτει, oder das 54ste Iahr statt des 55sten, gelesen werden, wie schon der Umstand beweiset, dafs zwei Finsternisse, von denen sich die erste im März und die andere im September ereignete, nicht auf ein und dasselbe callippische Iahr treffen konnten. Die Iahre der callippischen Periode nahmen nämlich ebenso wie die der metonischen um die Sommerwende ihren Anfang; denn Ptolemaeus erwähnt [III, 2. p. 163] die Beobachtung einer Sommerwende, die Aristarch am Ende des 50sten Iahrs — τῷ ν' ἔτει λήγοντι — der ersten Periode angestellt hat. Wenn es bei der dritten Finsternifs heifst: in demselben 55sten Iahr — τῷ αὐτῷ νε' ἔτει — so ist das αὐτῷ gewifs der Zusatz eines Abschreibers, der schon bei der zweiten die unrichtige Zahl νε' fand."

180) Animadvv. ad Euseb. p. 92 a. n. MCCCCXLIX.: „Et recte hic posita sunt [Nemea] e regione anni primi Olympiadis." Et paullo ante n. MCCCCXXXV.: „Celebrantur autem utraque [Isthmia et Nemea] primo et tertio anno Olympiadis . . . . Itaque omnino eodem anno concurrebant Isthmia et Nemea, sed non eodem die."

181) Corsinus in Diss. Agon. p. 56. FF. AA. T. III. p. 91, cuius rationes firmius stabilivit Boeckhius in Appendice Comment. de Demosth. Midian. Tempp. in Actt. Acad. Boruss. a. 1818. Cl. Hist. phil. p. 91 sq. Cf. not. 180.

182) ΟΛ. ΝΓ', α'. ἡ πρώτη Νεμεὰς ἤχθη. Redit eadem Nemeadum numerandarum ratio etiam Olymp. LIX, 3. in Sogenis Aeginetae victoria, secundum illam computata (v. not. 209), iterumque Olymp. CXL, 3., quo anno qui e Polybii accuratissimi scriptoris auctoritate (vid. not. infra 1151.) celebrati dicuntur ludi Nemeaei, eorum sane non diffitendum est singularem quandam fuisse rationem.

183) ΟΛ. Ϛ', γ'. κατά τινας Ῥώμης κτίσις. Emend. Tempp. V. p. 387.: „Palilia Varroniana incidunt in annum Iphiti [Coroebi voluit] 23, qui est annus tertius sextae Olympiadis." — ΟΛ. Ζ', α'.

quidem Emendatio perperam ab Olymp. XLIX, 3. deducit, Eusebii nimirum et Scholiastae Pindari auctoritatibus subnixa[184]), Olympiadum vero Recensus una cum Pausania recte in Olymp. XLVIII, 3. coniicit[185]). Ergo Scaliger de celeberrima illa Pythiadum epocha sententiam suam retractavit? „Quod", inquis, „credat Iudaeus Apella: non ego credam, non ego ob Recensum." Atqui cogeris. Apparet enim nominis sui vindicibus vindex Scaliger ipse, quippe qui peropportune, in Animadversionibus Eusebianis[186]), haec tam diserta ediderit verba, ut vix liceat amplius tergiversari: „Sed prima Pythia, ait, instituta fuerunt anno tertio Olympiadis XLVIII, non autem XLIX, ut hic [prodit Eusebius]." Qua quidem nota ut egregie satisfecit nostris desideriis, ita non satisfecit caussae veritatis, quae postulabat sine dubio, ut semet ipsum aliquando stetisse a partibus eius, cuius carpit errorem, lectores uno saltem verbo admoneret. Verum hac de re cum Scaligero expostulandi, non hic locus est. Intelligis autem, Olympiadum Recensum nec in isto rerum genere, quod proxime persecuti sumus, quidquam repraesentare, quod Scaligero non dico repugnet, imo vero non conveniat penitus. Atque idem postremo loco dicendum est etiam de observationibus astronomicis, solisque inprimis et lunae defectionibus, in Descriptione nostra oblatis, quarum si unam et alteram exceperis insuper additam, reliquae omnes et eaedem reperiuntur, quas Scaliger, ubi fundamenta posuit novae de rerum antiquarum temporibus doctrinae suae, in partes vocavit, et iisdem, quibus illic, annis applicantur[187]). Quamquam quid loquor de annis? Licet enim hoc loco exactiorem etiam ostendere congruentiam, licet ad men-

---

Ῥώμη ἐκτίσθη ὑπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου. Emend. Tempp. V. p. 389: „Quicunque Catonis Palilia sequuntur, ii omnes conferunt natalem Urbis in annum primum Ol. VII, cum ex iis, quibus sententiam suam adstruunt, manifesto indicent, se intelligere Romam conditam Palilibus, quae proxime initium Ol. VII. antecesserunt. Aliter sentiunt, aliter dicunt. Certe Dionysius Halicarnassensis, suavissimus simul et diligentissimus scriptor, ex iis, quae colligit, nihil aliud quam docet, unius tantum anni discrimen interesse inter Catonem et Varronem. Et tamen ait Romam conditam *ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος.*" Cf. etiam Can. Isagog. III, p. 289. — De primo Thoth Nabonassari Olympiadum Descriptionis cum Emendatione Temporum consensum iam supra ostendimus p. XVIII. — *ΟΛ. ΜΘʹ, αʹ. Τὰ Ἴσθμια — ἀνήχθη.* Animadvv. ad Euseb. p. 92 a. n. MCCCCXXXV.: „Recte quidem Isthmiorum instauratio in tertium annum Olympiadis XLIX coniecta est. Sed videtur in primo anno eiusdem Olympiadis statui commodius posse." — *ΟΛ. ΡΠΓʹ, αʹ. Ἐντεῦθεν ἀριθμοῦνται τῆς Καίσαρος αὐταρχίας χρόνοι καὶ ὁ τῶν Ἀντιοχέων χρηματισμὸς ἄρχεται.* Canon. Isagog. III. p. 301.: „Chronicon Graecum Isaaci Casauboni, quos Fastos Siculos vocant, recte quidem [p. 260. Thes. Tempp. p. 187 A. ed. Par.] in regione Olympiadis CLXXXIII. huius Epochae caput apponit, sed male in eundem annum Consulatum Lepidi et Planci coniicit." Add. Animadvv. ad Euseb. p. 156 seq. n. MDCCCCLXVIII. coll. not. nostr. n. 1364. — *ΟΛ. ΡΠΓʹ, γʹ. Καῖσαρ τὸν ἐνιαυτὸν κατωρθώσατο.* Emend. Tempp. V. p. 438.: „Proinde Kalendae Ianuarii Iulianae inciderunt in annum Nabonassari currentem 703." Vid. not. 1371.

184) Emend. Tempp. I. p. 52: „Sequente Tetraeteride, qui erat annus Olympiadis 49 tertius, *ἀγὼν* ille *στεφανίτης* factus, ut Olympicus, unde prima Pythias putari solet. Quare recte apud Eusebium anno III. Olympiadis 49 prima Pythias attribuitur. Cui adstipulatur Scholiastes priscus Pindari."

185) *ΟΛ. ΜΗʹ, γʹ. Ἔνθεν αἱ Πυθιάδες ἀριθμοῦνται.* Vid. not. 158.

186) p. 92 a. n. MCCCCXXXV.

187) Lunae quidem deliquia, quae in Descriptione nostra digeruntur, praeter unum omnia etiam alibi a Scaligero adducta offendis et computata. Confer autem Olymp. XIV, 3. cum Emend. Tempp. V. p. 394, Olymp. LXIV, 2. cum V. p. 402, Olymp. LXIX, 3. cum V. p. 403 [hi tres loci, quos modo e Temporum Emendatione laudavimus, supra p. XVIII. sq. ascripti sunt], Ol. LXXXVIII, 4. cum Canon. Isag. III. pp. 236. 242. [vid. infra p. XXVI.], Ol. XCI, 4. cum Emend. Tempp. I. p. 56, Olymp. XCIX, 2. Posideone, cum II, p. 80, V. p. 410 et Canon. Isag. I. p. 69, Olymp. XCIX, 2. Scirophorione, cum Emend. Tempp. II. p. 81, V, p. 410, Olymp. XCIX, 3. Posideone, cum eiusd. lib. ll. ll., Olymp. CXII, 2. cum I, p. 46. V. p. 420 et Canon. Isagog. III, p. 294, Olymp. CXLIV, 4. et CXLV, 1. cum Emend. Tempp. II, p. 91. [Quo loco comparato simul intelliges, Auctorem Recensus deliquium, Olymp. CXLV, 1. ascriptum, huic quidem anno ipsum ascripsisse nolentem, cum duobus iis, quae Olymp. CXLIV, 4. contigisse feruntur, anno non inferius, sed superius collocare vellet. Vid. not. infra n. 1173 et supra p. XXIV. cum not. 178.], Ol. CLI, 2. cum V. p. 435. [verba vid. supra p. XX.] et Animadvv. ad Euseb. p. 141 b. n. MDCCCXXXVIII, Olymp. CLIII, 1. cum Emend. Tempp. II. p. 186, Olymp. CLXII, 4. cum Canon. Isagog. III. p. 239, Olymp. CXCVIII, 1.

sium, quin licet ad dierum adeo progredi concentum. Dierum inquam, non quos ipsi iam notatos veteres reliquerint, sed quos primus Scaliger in Canonibus Isagogicis adhibito calculo astronomico computarit, et secundum annum Atticum popularem suum definirit, quosque illi Scaligeri computo ad amussim congruos iterum offerat Olympiadum Recensus. Conspicua quidem sunt praeclara illa et prorsus singulari indole duo dumtaxat deliquia, solis alterum, alterum lunae: verum quis non videt, hic vel unum exemplum instar esse sexcentorum? Olymp. LXXXVIII, 4. ait Descriptio nostra lunam defecisse *Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου.* Eius autem eclipseos etsi annum et mensem apud Enarratorem Comici[188]) notatos repperi, diem tamen nusquam vidi significatum. Diu quaesivi, sed frustra: donec intellexi, Scaligerum sibi ipsum plaudere. „Anno quoque," inquit[189]), „VII belli Peloponnesiaci [h. e. Olymp. LXXXVIII, 4.] Luna defecit Boedromione, IX. Octobris." Sic ipse diem, quo acciderit defectio, tibi definit. Sed d. IX. m. Octobris Olymp. LXXXVII, 4. respondetne *πέμπτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου*? Sane respondet, respondet certe e perversa periodi Atticae a Scaligero excogitatae ratione[190]). Nimirum Olymp. LXXXVIII, 4. sive annus Coroebi 352, abiectis 76, quoties fieri potest, est annus 48. periodi Olympicae quintae. De quibus si, e perpetua methodo, deducantur anni 38[191]), relinquetur annus X. periodi Atticae. Iam vero evoluta neomeniarum Olympicarum et Atticarum Tabula[192]), e regione annorum X. in area Boedromionis occurrit neomenia Boedromionis in V. Octobris. Ergo IX. Octobris fuit *πέμπτῃ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου.* Atque sic sedem IX. Octobris Iuliani in anno Attico Scaliger alio loco[193]) circumscribit ipse, nisi quod diei civili Attico etiam tempus prytaniae Metonicae addit: „Rursus," inquiens, „anno VII. belli Peloponnesiaci Luna defecit Octobris IX, *Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου, πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ πρυτανείας*[194]), Epacta tam aequabili, quam aequata XXVIII, quae est e regione XXV. Septembris." Eodem modo etiam alteram defectionem eruamus solis. Teste Thucydide[195]), anno belli Peloponnesiaci octavo, hoc est Olymp. LXXXVIII, 4., *τοῦ . . θέρους εὐθὺς τοῦ . . ἡλίου ἐκλιπές τι ἐγένετο περὶ νουμηνίαν. Νουμηνίαν* hic dicit Thucydides, quam alias[196]) accuratius *νουμηνίαν κατὰ σελήνην* appellat, quibus verbis prorsus convenienter nostrae rationi ipsum lunae cum sole coitum, non, quae vulgaris apud Graecos

---

cum Emend. Tempp. V. p. 465, Olymp. CCXXV, 4. cum V. p. 488 seq. At Olymp. CCXXVIII, 1. non, uti Recensus noster, lunae deliquium, sed brumale aequinoctium e Ptolemaeo profert Emend. Tempp. V. p. 489. — Inter solares vero defectiones, in Descriptione nostra obvias, tres sunt, quas in caeteris Scaligeri opusculis invenire non potuimus, unam Olymp. CIV, 1., alteram CXVII, 3., tertiam CXLIV, 1. assignatam. Caeteras ecce cum locis *παραλλήλοις* suis comparatas has: Ol. XVI, 1. coll. Emend. Tempp. V. p. 395. [Verba supra attulimus p. XVIII.] et Canon. Isagog. III. p. 345, Olymp. XLVIII, 3. coll. Emend. Tempp. V. p. 389 et Animadvv. ad Euseb. p. 89 b. n. MCCCCXXX, Olymp. LXXXVIII, 4. coll. Emend. Tempp. II. p. 63 et Canon. Isagog. III. p. 242. [vid. infra p. XXVII.], Ol. XCIV, 1. coll. Emend. Tempp. V. p. 411, Olymp. CXLVII, 2. coll. II, p. 186. V, p. 387, Olymp. CCVI, 1. coll. V. p. 466, Olymp. CCIX, 3. coll. V. p. 468.

188) Ad Nubb. v. 584. ed. Paris. a. 1842. 4.

189) Canon. Isagog. III. p. 236.

190) De Emend. Tempp. I, p. 40: „Periodus Attica fingitur antiquior Olympica annis 38, qui sunt duo cycli. Itaque conveniet Attica cum Olympica cyclo, non tempore: quod ad methodum Attica fingitur antiquior, Olympica posterior, et annus primus Tetraeteridis Atticae sit tertius Olympicae." Cf. Canon. Isagog. I. p. 64.

191) Vid. Emend. Tempp. I, p. 44 seq. coll. Canon. Isagog. III. p. 236 extr. Adde locos nota proxime antecedenti indicatos.

192) Canon. Isagog. I. p. 60.

193) Ibid. III, p. 242.

194) Nimirum *Πυανεψιῶνος*. Sed fuit potius *Πυανεψιῶνος τεσσαρακαιδεκάτῃ* secundum Idelerum.

195) Lib. IV. cap. 52.

196) II, 28.

νουμηνίας notio est, renovatam post coitum lunae lucem intelligit[197]. Atqui contigit deliquium illud d. XXI. m. Martii Iuliani, cui diei in anno Attico secundum cyclum, qui iam tum in usu fuisse videtur[198], Metonicum respondet neomenia Elaphebolionis, vel, uti Scaliger loqui solet[199], neomenia Elaphebolionis πρυτανείας Metonica. Itaque quid est, cur Descriptio nostra solem Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα defecisse prodat? Nimirum rursus Scaliger tempus πρυτανείας Metonicae anno Attico populari suo secundum methodum, supra a nobis demonstratam, applicavit. Quum enim neomenia Elaphebolionis XXI^mo Martii conveniat, in Tabula autem neomeniarum Atticarum[200], e regione anni X^mi periodi Atticae, sub Anthesterione, deprehendatur neomenia Anthesterionis in VI. Martii: XXI^mus Martii profecto competit XVI^mo Anthesterionis h. e. Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα sive ἕκτῃ μεσοῦντος. Atque hinc tempus solaris illius defectionis Ἀττικῶς sic plene concepisse sibi visus est Scaliger[201]. „Anno octavo [belli Peloponnesiaci] Sol defecit XXI. Martii, Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ μεσοῦντος, [Ἐλαφηβολιῶνος] νεομηνίᾳ πρυτανείας, ubi Epacta IX. tam aequabilis, quam castigata." Universam hanc Scaligeri de anno Attico populari eiusque ab anno magistratus proprio discrimine sententiam mere fictitiam esse, non attinet post Petavios et Ideleros demonstrare[202]. Imo gratum accidit nobis, quod aliqua habitae in deliciis opinionis suae vestigia, suae quasi auctoritatis documenta, etiam in Olympiadum Recensu reliquit Vir Summus. Quo fortasse argumento etiam apud eos uti licebit, qui, uti ipsi fovent amantque errorem, sic alios quoque falsa malunt, quam vera censeri sententia.

Denique ludorum certaminumque, quibus vetus delectata Graecia est, historiam diligenter exaratam repraesentat libellus. E quo rursus delectu iudicium auctoris elucet intelligentissimum. Fuit enim omnis apud Graecos virtutis, non minus illius, quae in corporis, quam quae in ingenii viribus conspicua est, publicus quidam censor et idem incitator ἀγών, cuius in arenam descendere, quisquis in litteris vel artibus praestabilius quiddam sibi praestitisse videbatur, summopere gestiebat, unde palmam referre, in maximis ponebat laudibus. Quemadmodum autem ipsorum ludorum non eadem omnium celebritas fuit caeterosque longe superabant quattuor illi sacrorum nomine condecorati, Olympici, Pythii, Nemeaci, Isthmii, et inter hos rursus, veluti sol inter minora astra[203], splendebant Olympia: sic non solum inter reliquorum ludorum victores, sed ipsos quoque inter hieronicas singulari quadam et prorsus incomparabili laude atque gratia hieronicae excellebant Olympici, quorum nomina haud inepte dicas fastos Graeciae complexa esse. Hanc de vita Graecorum agonistica atque de Olympiorum inprimis in annalibus Graecis momento opinionem, nuperrime in libro De Olympiis inscripto fuse et data opera demonstratam ab Ioanne Henrico Krausio, etsi subtilissimus quisque antiquitatis iudex superiorum quoque aetatum rectissime perspexerat, tamen inter vetustiores illos criticos haud scio an nemo sit, qui gravius aut disertius pronuncarit Scaligero. Is enim de servatis ab Eusebio Africani stadionicis verba faciens: „Sed Deum immortalem," inquit, „quanti refert, hos σταδιονίκας non periisse! Omnis enim memoria re-

197) Vid. Scalig. Emend. Tempp. II. p. 63. coll. Idelero I. p. 280.
198) Vid. Ideler I. p. 322. seqq.
199) Scalig. l. l. et p. 81. Add. Canon. Isag. I. p. 68 seq., al.
200) Canon. Isag. I. p. 60.
201) Ibid. III. p. 242.
202) Vid. Ideler. I, p. 282 seq. not. 4. 285. med. coll. 254.
203) Pindarus Olymp. I, 5. seqq.:

μηκέθ' ἁλίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος·
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν.

Caeteros veterum locos, huc pertinentes, collegit Krausius l. l. p. 16. not. 1.

rum Graecarum horum titulis continetur: ut ignorata Olympiade *τοῦ σταδιονίκου* nomen superstes, neque Olympiadem, neque tempus rei gestae perire patiatur. Nam non raro Pausanias, non quota est Olympias, sed quam quidam vicit, notare solet: *τρίτῳ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ὁ δεῖνα ἐνίκησε....* Neque vero quis miretur, tanti Olympionicas a Graecis fieri, ut ab eis, ut Romae a Consulibus, temporum ratio in Fastis notaretur. Cicero enim pro Flacco [cap. 13.] ait, Olympia vicisse apud Graecos prope maius et gloriosius fuisse, quam Romae triumphasse"[204]). Hanc igitur cum concepisset V. D. non minus re, quam iudicat, quam iudice ipso dignam de ludis Olympicis sententiam[205]): universum fere agonis Olympiae acti historiam inde a prima Olympiade, qua Coroebus Eleus in tabellas publicas victor primus relatus est, usque ad Olymp. CCXLIX plene et accurate enarravit. Ac primum quidem stadionicas collegit omnes, quotquot potuit nancisci, qui Haicani careret Eusebii suffragio[206]). Item caeterorum certaminum temporis decursu stadio additorum annos assignavit, eorumque, qui in singulis deinceps ascitis agonis generibus primi vicerunt, nomina digessit[207]), de reliquis eos tantum delibans, quos certae attributos Olympiadi invenire posset; deinde octo illos athletas, qui lucta simul et pancratio palmam meruerunt, suis locis inseruit[208]); denique ludorum praesidium, Eleis aliquoties ereptum[209]), Hellanodicarumque numerum, aliis temporibus alium[210]), indicavit: ita ut, adiunctis Iovis simulacris, e multa iis, qui fraudem fecissent ludis, irro-

---

204) In Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 426 b.

205) Poterat ea etiam amplius probari Cornelii Nepotis Praef. §. 5. auctoritate, „Magnis in laudibus," inquientis, „tota fere fuit Graecia, victorem Olympicum citari." Add. Horat. Carm IV, 2, 17. seq.: „Sive, quos Elea domum reducit Palma caelestes" etc. coll. I, 1, 3. seqq.: „Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum Collegisse iuvat, metaque fervidis Evitata rotis palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos."

206) Armeniacus Eusebii textus cum emendat Graecum, multis locis corruptum, tum complet etiam hic illic lacunosum. Ut taceam hoc loco de emendationibus, quas stadionicarum nomina haud pauca Haicani codicis auxilio experta sunt, in mutilo Africani catalogo duos ille locos (Olymp. CLXXIV et CLXXIX) restituit, qui aliunde sanari vix potuissent. Vid. nott. 1292. 1325. Sarsit item eas, quae Ol. XXXIII et CX in Graeco textu reperiuntur, lacunas, quarum tamen hanc e Diodoro iam ipse supplerat Scaliger, illam e Pausania facile potuerat. Vid. nott. 109. 901. Paulo alia ratio est Olymp. CLXXXVIII, ubi quae omittit Eusebius Scaligerianus, explente Armeniaco, ea omissa Scaligeri culpa existimes. Sic ut statuatur, certe suadent Crameri Anecdota, quae omnino congruunt cum Armeniacis. Vid. not. 1391. Omnino autem de iis, quae ex Armeniaco codice lucri fecerit Africani catalogus, conferendus est Niebuhrius Opusc. phil. min. I. p. 212 sq.

207) Olymp. XIV: *Διαύλῳ πρῶτος Ὕπηνος Πισαῖος.* XV: *Δολίχῳ πρῶτος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος* [Vid. not. 40.]. *Γυμνοὶ ἔδραμον.* XVIII: *Πεντάθλῳ πρῶτος Λάμπις, πάλῃ Εὐρύβατος, ἄμφω Λακεδαιμόνιοι.* XXIII: *Πυγμῆς πρῶτος Ὀνόμαστος Σμυρναῖος.* XXV: *Ἅρματι τελείῳ πρῶτος Παγώνδας Θηβαῖος.* XXXIII: *Παγκρατίῳ πρῶτος Λύγδαμις Συρακούσιος. κέλητι πρῶτος Κραύξίδας Θεσσαλός.* XXXVII: *Παίδων δρόμῳ πρῶτος Πολυνείκης Ἠλεῖος. Παίδων πάλῃ πρῶτος Ἱπποσθένης Λακεδαιμόνιος.* XXXVIII: *Παίδων πεντάθλῳ πρῶτος Εὐτελίδας Λακεδαιμόνιος.* XLI: *Παίδων πυγμῇ πρῶτος Φιλητᾶς Συβαρίτης.* LXV: *Ὁπλιτῶν δρόμῳ πρῶτος Δημάρατος Ἡραιεύς.* LXX: *Τῆς ἀπήνης δρόμῳ Θερσίας ὁ Θεσσαλός.* LXXI: *Κάλπῃ πρῶτος Πάταικος Ἀχαιὸς ἐκ Δύμης.* LXXXIV: *Κάλπης καὶ ἀπήνης δρόμος ἀπηγορεύθη.* XCIII: *Δρόμῳ δύο τελείων ἵππων (συνωρίδι) πρῶτος Εὐαγόρας Ἠλεῖος.* XCVI: *Σαλπιγκτὴς πρῶτος Τίμαιος καὶ κῆρυξ πρῶτος Κράτης, ἄμφω Ἠλεῖοι.* XCIX: *Πώλων ἅρματι πρῶτος Συβαριάδης Λακεδαιμόνιος.* CXXVIII [vel potius CXXIX. Vid. not. 1103.]: *Συνωρίδι πωλικῇ Βελιστίχη γυνὴ ἀπὸ τῆς Μακεδονίας.* CXXXI: *Κέλητι πωλικῷ πρῶτος Τληπόλεμος Λύκιος.* CXLV: *Παίδων παγκρατίῳ Φαίδιμος Ἀλεξανδρεύς.* Vid. Paus. V, 8, 3. seqq., 9. init. coll. Africani catalogo.

208) Vid. Olymp. CXLII, CXLVI, CLXXII, CLXXVIII, CLXXXII, CXCVIII, CCIV, CCXXXII. Conf. not. 1157.

209) Olymp. VIII, XXXIV, CIV [Anolympiades. Vid. Africani catalogus coll. Paus. VI, 22, 2. VI, 4, 1; VI, 8, 2.] Cf. etiam quae ad Olymp. XXVIII, XXX, CCXI annotavimus.

210) Primum duo fuerunt agonothetae, sorte creati Olymp. L, deinde novem ab Olymp. LXV (secundum Boeckhium in not. 1. ad Schol. Pind. Olymp. III, 22. p. 95. Secundum Scaligerum vero inde ab Olymp. CV. Vid. notam infra 797), tum decem ab Olymp. LXVII aut XCVII (e Boeckhii l. l., ab Ol. CVI, e Scaligeri not. 818 calculis), denique ab Olymp. CIII duodecim. Postremus hic Hellanodicarum numerus, tribuum numero Eliacarum congruus, Olymp. CIV, pagis nonnullis Eleorum per Arcades occupatis, ad octo redactus est: unde rursus Olymp. CVIII, duobus additis, decem facti usque ad Pausaniae tempora permanserunt. Vid. Paus. V, 9, 5. VI, 3, 3.

gata conflatis[211]), quidquid ad illustrandam Olympicorum certaminum memoriam pertinet, diligenter collegisse dicendus sit. Pythiorum, Nemeorum, Isthmiorum rarius in Olympiadum libro mentio fit, quippe quorum et claritas, quam Olympiorum, minor fuerit, et hieronicae, paucis nominibus exceptis, interierint omnes. Enotatur quidem, quando quique ludorum illorum aut instituti sint aut restituti[212]), victorumque unus et alter, eorum maxime, qui Pythiis palmam reportarunt, tradentibus Pindari Scholiastis, affertur[213]): nihil tamen huic loco inest magnopere, quod argumentationi nostrae prodesse praecipue possit. Itaque illa quidem, sicuti etiam caetera, sequiori aetate inducta, gymnica certamina mittamus. Nec de musicis aut poeticis habeo, quod hoc loco dicam. Unum illud haud abs re fuerit monuisse, accuratum, quem exhibet Olympiadum liber, certaminum scenicorum indicem e verissima fluxisse genii Graeci aestimatione, quem Scaliger recte intellexerat commissionum praemiorumque et periculis et illecebris incitatum altissima artium ac litterarum assecutum esse fastigia. — Nec vis tanta nec ratio aeque sublimis fuit ludorum Romanorum, quorum in arenam non optimus quisque liberi populi, sed servi plerumque, ab optimatibus aurae popularis cupidis conducti, plebeculae delectandae caussa, descendebant. Affert autem auctor noster Graecis rebus res Romanas coniungens binos Romanorum ludos, saeculares alteros, alteros Capitolinos. Utrisque paullo diutius immorandum est. Ludos Capitolinos, Graece et *Καπιτώλια* et *Καπετώλια* vocatos[214]), centum et quattuordecim annis post pugnam Actiacam instituisse Domitianum, auctore vetere Clementis Alexandrini[215]) chronologo, tradit Descriptio Olymp. CCXVI, 2.: *Δομετιανὸς τὸν ἀγῶνα Καπετωλῖνον ἐνεστήσατο ριδ' ἔτεσιν ὕστερον τῆς περὶ Ἄκτιον νίκης.* Idem eodem teste persequitur Scaliger Emend. Tempp. V. p. 481. D. seq., ubi simul chronologum illum uno anno minus prodentem arguit, quandoquidem ab anno primo Augustorum Actiaco ad primum agonem anni sint absoluti *ἑκατὸν πεντεκαίδεκα*, non *δεκατέσσαρες*[216]). Celebrabatur agon, quemadmodum in Elide Jovi Olympio, sic Romae Capitolino, prorsusque ut Olympicus, quinto quoque anno redibat[217]). Hinc etiam Lustri nomen traxit, cuius in notandis temporibus idem qui Olympiadis usus fuit[218]). Patet igitur ludos Capitolinos ad Olympicorum exemplum compositos, iisque tantum non ad amussim fuisse congruos. Quid ergo, si Scaligerum illos in agonum recensu eam ipsam propter similitudinem Graecorum Olympiis opponere voluisse censeas, tamquam altera quaedam Olympia Romanorum? Atque hanc quidem coniecturam nescio an Scaliger ipse videri possit his verbis adiuvare: „Nulla alia," inquit[219]), „erat nobilis corona Olympica ea tempestate, praeter Elidensem et Capitolinam." Certamen ludorum Capitolinorum, teste Suetonio[220]), triplex fuit, musicum, equestre, gymnicum. Poetarum in Olympiadum Recensu victor affertur L. Valerius L. F. Lustro VI., Olym-

---

211) Olymp. XCVIII, CXII, CXCII, CCXXVI. Vid. Olymp. CLXXVIII de Philostrati largitionibus et Olymp. CCI, 1. de Sarapionis ignavia. In universum autem cf. Paus. V, 21, 3—7.

212) Cf. supra p. XXIV seq.

213) Quid in colligendis digerendisque Pythiorum, Nemeorum, Isthmiorum victoribus Scaliger praestitisse videatur, cap. III. iudicaturus sum.

214) Vid. Scalig. Emend. Tempp. V. p. 481 C.

215) Strom. I. p. 336 C. D. ed. Fr. Sylb. Lutet. Paris. a. 1641. Fol.

216) Vid not. infra 1566 coll. Censorino De Die Nat. cap. 18.

217) Vid. Censor. l. l. coll. Sueton. Vit. Domitiani cap. 4. et Chron. Pasch. p. 249 C.

218) Vid. titulum, infra not. 1588. allatum coll. Scal. Emend. Tempp. V, p. 482 B. C. et Ideler. Enchir. II, p. 77 seq. Significatur Lustrum in inscriptionibus et nummis littera singulari *L* vel *Λ*, quemadmodum in ea, quam not. 1644 ascripsimus, columna. Vid. Scal. l. l.

219) Emend. Tempp. V, p. 485 C.

220) Vit. Domit. cap. 4. In universum vide Statium Papinium in Silvis, quo nemo de hoc ludicro dabit plura.

piadis CCXXI anno secundo[221]), athletarum autem Lustro XXVIII, Olympiadis CCXLIII anno item secundo, Bato Philonis F., aliptes, aurea corona redimitus traditur[222]), quo eodem praemio duobus etiam superioribus Lustris fuerat ornatus. Equestris tamen palma desideratur in libro nostro, qui nullum amplius de ludis Capitolinis verbum addit, nisi quod Antoninum Pium Olymp. CCXXX, 3. athletis Herculis apud balnea Traiani ostendisse annotat, ubi et sacra et fastos suos deponerent[223]). Haec res non minus quam eae, quas modo diximus, coronae Capitolinae testibus nituntur antiquis titulis iisque non aliis, quam quos Scaliger sibi iam explicandos sumpserat in Temporum Emendatione[224]). Quo opusculo quae de ludis Capitolinis traduntur, tam consona sunt iis, quae de iisdem animadvertit Olympiadum Descriptio, ut haud inepte alterum librum alterius aut epitomen esse aut continere summam dicas. — Ludos saeculares, ad quos nunc accedo, trinos annotat Scriptor noster, Augusteos, Domitianos, Severianos[225]). Cur de quaternis prioribus tacet? Aut cur transit eos, quos fecit, non dico Philippus Arabs[226]) — huius enim millenarii terminum libri nostri excedunt — sed vel Claudius, auctoribus Suetonio[227]) Tacitoque[228]), vel Antoninus Pius, referente S. Aurelio Victore[229])? Dixerit quispiam, rem Scaligero non tanti visam fuisse, ut totam exhauriret. Bene: accipio argumentum, eoque ipse sum aliquatenus usurus. Sic tamen restat, ut ratio reddatur, cur e multis ludorum exemplis ea elegerit, quae elegit. Atque huius sane rei caussam proferre posse mihi videor gravissimam maximeque idoneam. Nempe ii ipsi, quos in Olympiadum Rec. allatos esse diximus, ludi saeculares cum singulari quadam Scaligeri de anno Romanorum sententia arctissime cohaerent eamque illi disertissime sunt visi commendare[230]). Cum enim annum Romanorum post XXII. annorum periodum Mercedonii paris vel imparis, i. e. dierum XXII. vel XXIII., intercalatione ad metas solis redisse statuat: hanc quidem sententiam probare inprimis studet egregio, quem finxit, periodi illius cum Lustro et Saeculo concentu, quorum illud annos quinque, hoc annos centum et decem constanter continuisse sibi persuasit. Huiusmodi autem saeculi decursu lustrum atque periodum et inter se ipsa et cum sole ita fuisse exaequata, ut annus in solem, lustrum in annum, periodus in lustrum conveniret. Hanc igitur rationem verissimam, neque ab ulla fabularum affectatarum origine petitam, nec Varronem nec omnem senatum criticorum intellexisse gloriatur[231]). Qua in confirmanda plurimum Scaligeri interfuisse consentaneum est, ut intervallum illud centum et decem annorum a Romanis religiose observatum ostenderet. Hoc praestare ludorum saecularium voluit suffragio, quorum de temporibus cum apud Censorinum[232]) duplicem repperisset propositam opinionum seriem, alteram per certa annorum spatia procedentem, alteram nulla constanti lege moderatam, reiecta posteriori priorem, quippe suis congruam rationibus, producit eaque teste caussam suam administrat[233]). Atque huius quidem seriei membra quaedam sunt illa ludo-

---

221) Vid. not. 1588.
222) Vid. not. 1644.
223) Vid not. 1623.
224) Cf. lib. V, p. 482 B. C. D. seq. et. p. 454 D.
225) Olymp. CXC, 4. coll. not. 1408. CCXVI, 4. coll. not. 1567. CCXLV, 3. coll. not. 1647.
226) Anno U. c. 1000 (1001). p. Chr. 247 (248) secundum Cassiodorum p. 488. a. et nummos ab Onuphrio Panvinio et a Scaligero Emend. Tempp. V, p. 492. D. seq. productos.
227) Vit. Claudii cap. 21 coll. Vitell. cap. 2. fin.
228) Annal. XI, 11.
229) De Viris Illustribus cap. 15.: „Denique annis, quibus publica egit, viginti idem mansit, celebrato magnifice Urbis nongentesimo." Vid. Scal. Emend. Tempp. V, p. 495. A.
230) Exposuit sententiam illam in Tempp. Emend. II. p. 181. seqq. IV. 298. seqq.
231) Vid. lib. II. p. 182. B.
232) De Die Nat. cap. 17.
233) Vid. lib. II. p. 182. C. seq.

rum exempla, quae in Recensu nostro digesta leguntur. Horum ii, qui ab Augusto sunt editi duobus Caiis, Furnio et Silano, Coss. a. U. c. 737. a. Chr. 17, a proximis, M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste Coss. a. U. c. 628. a. Chr. 126, secundum libros Quindecimvirum[234]) factis, annorum profecto intervallo CX. distant. Alterum tantum annorum, sive anni CCXX, ab Augusteis ad Septimii Severi saecularia, L. Fabio Cilone, M. Annio Libone Coss. a. U. c. 957. p. Chr. 204 celebrata, interiectum est. Sed qui medii sunt inter Augusteos et Severianos ludi saeculares Domitiani ab hac Scaligeri ratione paullulum abludunt. Neque enim a. U. c. 847. p. Chr. 94, quo secundum illam celebrandi fuerunt, sed annis sex anticipatos a. U. c. 841. p. Chr. 88, Tacito Cornelio historico Praetore eodemque Quindecimviro assistente[235]), edidit Domitianus. Hic igitur Imperator quod constantis scilicet illius summaque veneratione a veteribus Romanis observati annorum centum et decem intervalli[236]) nullam rationem habuerit, libidini eius tribuit Scaliger[237]). Quemadmodum etiam in universum, cum alia quoque saecularia legi disconvenire suae animadverteret, ad eam confugit opinionem, ut imperatores, exceptis Augusto et Septimio, omnes saeculi modum cupiditate sua finisse censeret[238]). Hinc igitur actos et a Claudio et ab Antonino Pio ludos saeculares omisit Olympiadum Scriptor, ex arbitrio potius illos, quam Deorum ex oraculi Sibyllini praescripto placandorum caussa factos, et centenarios potius, quam saeculares[239]). Eundem tamen saecularia ea, quae Augusteis praecesserant, quorum prima a. U. c. 298., altera 408., tertia 518., quarta 628. e Quindecimvirorum[240]) calculis acta feruntur, tanto magis afferre debuisse existimes, quanto Scaligerianae rationi patrocinentur apertius. De his velim sic existimes, omisisse ea in Olympiadum Descriptione Scaligerum, quia nec conveniret de eorum temporibus Quindecimvirorum Commentariis cum rerum scriptoribus[241]), nec tota res tanti momenti videretur, de qua veterum dissensio accurate proponeretur. Atqui constat quidem hodie, duorum ordinum, qui de annis ludorum saecularium apud Censorinum proponuntur, alterum, qui per certa temporis intervalla digestus est, sacerdotes non e veteribus Fastis didicisse, sed sub Augusto demum ex ingenio et opinione sua ita constituisse, ut post centenos denos annos redirent et Augusteis saecularibus congruerent. Id quod Dionysios Petavius, Petrus Taffinus, Ludovicus Idelerus[242]) argumentis demonstrarunt fir-

---

234) Ap. Censorin. l. l.

235) Vid. Tacit. Ann. XI, 11.

236) Emend. Tempp. II. p. 182. B. C.

237) Ibid. V. p. 486. B.: „In hoc ergo nullam aliam caussam praeter animi sui libidinem secutus est Domitianus."

238) Vid. Emend. Tempp. II. p. 183 B.

239) Ibid. V. p. 493 A. B.

240) Censorinus De die natali cap. XVII,: „At enim temporum si veterum revolvantur annales, longe magis in incerto invenietur (tempus sc. ludorum saecularium). Primos enim ludos saeculares exactis regibus post Romam conditam annis CCXLV. a Valerio Publicola institutos esse, Valerius Antias ait: ut Quindecimvirorum Commentarii, annis CCLXXXXVIII., M. Valerio, Sp. Verginio Coss., secundos ludos, ut Antias vult, anno post Urbem conditam quinto trecentesimo: ut vero in Commentariis Quindecimvirorum scriptum est, anno octavo et quadringentesimo, M. Valerio Corvino iterum et C. Poetilio Coss. Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Iunio Pullo Coss., aut, ut in libris Quindecimvirorum scriptum est, anno quingentesimo duodevicesimo, L. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coss. De quartorum ludorum anno triplex opinio est. Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt, L. Marcio Censorino, M'. Manilio Coss., post Romam conditam anno DCV. At Piso Censorinus et Cn. Gellius, sed et Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Coss., id est, anno DCVIII. In Quindecimvirorum autem Commentariis notantur sub anno DCXXVIII., M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Oreste Coss."

241) Vide Censorini locum, not. 240. ascriptum.

242) Dionysii Petavii Doctrina Tempp. pp. 73 sqq. 235. — Petri Taffini De veterum Romanorum anno seculari eiusque potissimum per ludos seculares celebritate, eorumque chronologia. Tornaci a. 1614. 4. II, 2. — Lud. Ideleri Enchirid. II, 77 seqq. Cf. etiam Car. Frid. Hermanni De loco Apollinis in carmine

missimis, quae repetere a nostro consilio alienum est. Item reliquas rationes, quibus Scaliger suam de Saeculo et Lustro, tanquam orbibus quibusdam post certum temporis spatium constanter redeuntibus, fulcire studuit opinionem, si examinare vellemus atque confutare, rem actam non minus, quam importunam videremur agere. At enim utrum vera sit Scaligeri doctrina, necne, nostra parum interest: certe Scaligeri est, quem cuius in Temporum Emendatione sententiae extitit auctor, eiusdem in Olympiadum Recensu amatorem deprehendisse delectat.

Scaligerum igitur cum universa libri nostri indoles, tum singulae eius partes non admittunt modo, sed tantum non sibi poscunt auctorem. Huius enim ubivis in explicando opere consilio egemus, ubivis iudicium flagitamus, ubivis mentem cognoscimus.

Restat, ut de externa libri forma disseratur. Diximus autem orationem opusculi, si ab iis locis discesseris, qui e Latino sermone in Graecum sunt translati, disertis, quoad eius fieri potuerit, Graecorum testium verbis compositam repraesentari[243]). Verum his in ipsis unus superest scrupulus, isque, ut primo aspectu videatur, haud ita facile tollendus. Ut enim concedamus excerpenti omittendarum particularum, quae quidem transitum indicent, invertendique verborum ordinis et contrahendae in brevius orationis explicatae libertatem: nihilominus, ne in caeteris quidem, veterum auctorum lectiones, quales eae in Olympiadum Descriptione aut proferuntur aut indicantur, congruae sunt nostris eorundem exemplaribus, imo haud raro valde ab iis discrepant. Quae res cum argumenta de Scaligero Olympiadum Recensionis auctore a nobis prolata tantum non convulsura esse videatur, tamen ubi accuratius examinata fuerit, eorum vim magnopere augebit et confirmabit. Neque enim discrepantiae, quam significavimus, alia apparebit caussa, quam ipsa librorum veterum, quibus Scaliger usus est, corrupta scriptura, aut falsa eorum interpretatio. Atque in interpretandis quidem veterum locis plus semel peccatum est. Inprimis autem, uti parum dignus Scaligero, sic memoratu dignissimus error est, in Epharmosto, athleta Opuntio, et Olympiis et Pythiis coronato, commissus, in quem pellexit Virum Summum nimis festinanter inspectus Pindari Scholiasta[244]). *Ἐνίκησε δὲ,* inquit ille, *ὁ Ἐφάρμοστος (πάλῃ) καὶ Ὀλύμπια, ὡς προεῖπε, καὶ Πύθια, ἑβδομηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι.* Unde, verbis nec lectis recte, nec apte inter se iunctis, miraculorum captator hocce procudit Olympiadographus Ol. LXXIII. *Ἐφάρμοστος Ὀπούντιος πάλῃ, τούτου προειρημένου αὐτῷ πάλαι ὑπὸ τῆς Πυθίας*[245]). Item perperam relato distinctoque loco quodam in Dionysii Halicarnassensis ad Ammaeum Epistola[246]) nonnihil in Demosthenis vita temere turbavit[247]). Nec non alia egit, cum Pausaniam commentaretur, sic scribentem[248]): *Τρίτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν—. πέμπτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι κατεδέξαντο ἵππων τελείων δρόμον —. ὀγδόῃ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι ἐδέξαντο παγκρατιαστήν τε ἄνδρα καὶ ἵππον κέλητα ἵππος μὲν δὴ Κραννωνίου Κραυξίδα παρέφθη, τοὺς δὲ ἐςελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον Λύγδαμις κατειργάσατο Συρακόσιος.* In his *ὀγδόην ἀπὸ ταύτης* esse *ὀγδόην ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκοστῆς* h. e. Olympiadem tricesimam tertiam ambigi vix potest, praesertim cum illi ipsi Olympiadi — ut nil dicam de Crauxidae memoria, apud Africanum paullulum oblitterata — at Lygdamidis Syracusani nomen assignatum accurate repraesentet stadionicarum catalogus. Nihilomi-

---

Horatii saeculari disputatio, qua Universitati Fridericae Alexandrinae Erlangensi, saecularia prima celebranti, gratulatus est. Gotting. a. 1843. 4. p. 3.

243) Vid. p. XII.

244) Olymp. IX. 17. p. 210. Boeckh.

245) Vid. not. 291.

246) II. p. 120. seq. Sylb.

247) Vid. not. 781.

248) V, 8, 3.

nus Scaliger, quippe qui Pausaniam non coniunctim cum Africano, sed alterum post alterum legisse et compilasse videatur, octavam illam Olympiadem, receptis pancratiasta desultorioque equo illustrem, a vicesima, unde duobus antea locis tempora computat periegetes, deducendam et ipsam ratus, Pausaniae calculis Olympiadi XXVIII., Africani vero Olymp. XXXIII. ascriptis, utriusque scriptoris de Olympiade, qua vicisset Lygdamis, dissidium effecit, quod nullum est[249]). Eodem Pausaniae loco pellectus, etiam de Crannonio Crauxida famam, quae simplex est et una, reddidit duplicem. Quamquam in hoc etiam aliae accedunt turbae. Ille enim priusquam omissa, quod in Eusebii textu exciderat, certaminis mentione victor prodit Olymp. XXXIII, paullo ante e Pausaniae computo Olymp. XXXI. celete primus vicisse refertur: cum tamen altera haec fama secundum ea, quae modo exposuimus, Olymp. XXVIII. Scaligero fuisset assignanda. Verum incuria auctoris male collocatam notitiam insuper disiecisse videtur incuriosior typotheta[250]). Atqui Crauxidas nec Olymp. XXVIII, nedum XXXI, sed XXXIII equo singulari victoriam reportavit etiam e Pausaniae, modo is recte intelligatur, sententia, quam si assecutus fuisset Scaliger, simul mutilatum Eusebii locum coniectura, vel sine Armeniacorum suffragio certissima, potuisset supplere[251]). Alibi quoque ambigua numerorum ratio fefellit Scaligerum. Testimonium dico Sosicratis Laconis de Croesi et Periandri temporibus locupletissimum hocce[252]): *Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν* (*Περίανδρον*) *ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος.* Ubi verba *καὶ ἑνὶ* dubites utrum una cum vv. *ἔτεσι τετταράκοντα* ad *πρότερον Κροίσου* referas, an ab illis separata cum vv. *πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος* coniungas. Nobis quidem, praeeuntibus Menagio, Corsino, Clintono, haec altera ratio videtur commendatior. Sed Olympiadographus praeoptavit priorem: id quod elucet ex anno, Croesi morti ascripto, qui e nostra opinione non est primus Olymp. LIX, sed quartus Olymp. LVIII. Atque eandem hanc, in Olympiadum Recensu expressam, Diogenis interpretationem disertis verbis proponunt Canones Isagogici[253]), quorum cum nostro libello consensus quanti in hac argumentatione sit aestimandus, sponte apparet. Pertinent ad hoc genus falsae interpretationis etiam ii loci, quibus editur, quod ne Graecum quidem est. Cuius modi haec extat annotatio Olymp. LXIX, 3: *Ἱπποκλῆς Θετταλὸς τὴν [κ]β′ Πυθιάδα ἐνίκησε διαυλοδρόμῳ.* Quod nihili est. Scribendum erat *διαύλῳ* aut *διαυλοδρόμος*[254]). Redit idem in eodem verbo error Olymp. LXXII et LXXIII[255]). Non melius vim verbi *δολιχοδρόμος* perspectam habuit auctor noster. Edidit Olymp. LXXVII: *Ἐργοτέλης Κρὴς πόλεως Γνωσσοῦ δολιχόδρομον.* Atqui *δολιχοδρόμος* longi stadii cursor est. Dici igitur aut *δόλιχον* aut *δολιχοδρόμος* debebat[256]). Talia, credo, non admittit, qui natus, sed qui factus Graecus est. Pepererunt autem turpissimos errores hae carminum Pindaricorum inscriptiones: *Ἱπποκλέᾳ Θεσσαλῷ παιδὶ διαυλοδρόμῳ,* et *Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ δολιχοδρόμῳ*[257]).

Corruptarum in veterum libris lectionum diversa apud Olympiadographum conditio est. Multas ille sine mendi suspicione securus recepit, quas ego aetatis, qua scriptus sit libellus noster, testes affero nequaquam contemnendas. Ipsa enim earum edi-

---

249) Vid. nott. 85 et 109.
250) Vid. not. 100.
251) Vid. not. 109.
252) Ap. Diog. Laërt. I, 95.
253) Lib. III. p. 342. Verba ipsa not. 92. ascripsimus.
254) Vid. not. 255.
255) Vid. nott. 281 et 289. Quod Olymp. LXXIII. Hippocleas Crotoniata appellatur, calami aut memoriae *σφάλμα* est.
256) Vid. not. 346.
257) Pyth. X. et Olymp. XII.

tionum, quibus Scaligeri licuit uti temporibus, Olympiadum Descriptionem cognosces deformare dedecora, quae tamen e nostris exemplaribus partim meliorum codicum subsidiis, partim coniecturis remota memineris. In hoc genere Olymp. XVIII, 1. *Ἀλιαδῶν* offertur pro *Ἀλευαδῶν*. Olymp. XXV, 1. Anacreontis stemma pravam lectionem *κατὰ τὴν κε' Ὀλυμπιάδα* sequitur, facili emendatione in *κατὰ τὴν νε'* commutandam. Item Olymp. XXIX. in Xenophonte stadionica et Olymp. XXIX, 1. in Archimede Archonte atque in Messeniorum defectione *κατὰ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστὴν* expressum est pro *κατὰ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑβδομηκοστήν*. Porro Olymp. L, 1. *Προι κοννήσιος* legitur pro *Προκοννήσιος*, LXXVI, 4. *Ποτνεῖ* pro *Ποτνιεῖ*, LXXVII, 2. *Τευξοῦντα* pro *Πυξοῦντα*, LXXXIII, 2. *Χαιρώνειαν* pro *Κορώνειαν*, LXXXVI, 2. *Ἀργέαν* pro *Ἄρδεα*, LXXXIX, 1. *Κοινὸν* pro *Κόννον*, 2. *ΑΜΥΝΙΑΣ* pro *ΑΜΕΙΝΙΑΣ*, 4. *Ἀργείους* pro *Ἀγρίους*, XCI, 4. *Δεκελειακὸς* pro *Δεκελεικός*, XCIV, 4. *Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς* pro *ὁ Στειριεύς*, XCV, 1. *Καρτέρου* pro *Κρατέρου*, 3. *Φιλήσιος* pro *Μιλήσιος*, XCVI, 1. *Νεφρέα* pro *Νεφερέα*, 2. *τὸ θεωρητικὸν* pro *τὸ θεωρικόν*. Mox in Mausoli morte Olympiadis C. anno II. assignata vitiatos offendis Plinii codices, qui quomodo corrigendi et cum Diodoro in concordiam revocandi sint, infra exponam. Adde denique Olymp. C, 4. *αὐτοῖς* pro *αὐτούς*, CI, 3. *οἱ Λακεδαιμόνιοι* pro *οἱ Θηβαῖοι*, CIV, 1. *ἀπέβαλε* pro *ἀπέλιπε*, CXVIII, 4. *ΞΕΝΙΠΠΟΣ* pro *ΕΥΞΕΝΙΠΠΟΣ*, CLXXVII. *Ἑκατόμνος* pro *Ἑκατόμνως*, *Ἀκριτωνυμίδας* pro *Ἀριστωνυμίδας*, *Ἄπτωτος περίοδον* pro *ἄπτωτος περίοδον*, 1. *Ἀμινσὸν* pro *Ἀμισόν*, 3. *Οὐιργίλιος* pro *Οὐεργίλιος*, 4. *Λαοσθένη* pro *Λασθένη*, CCXII, 1. *Ὄθων Σίλβιος* pro *Ὄθων Σαλούϊος*, CCXXIII, 4. *Ἀγαρηνοὺς* pro *Ἀτρηνούς*. Sed haec hactenus. Praeterea pauca hoc genus menda supra pag. XXIII. seqq. praeoccupavimus. Quorum medelae omnium, proximis illae post Scaligerum saeculis veterum scriptorum textui allatae, non frustra proinde apud libri nostri auctorem desiderantur, Scaligerum[258]). Idem tamen alias codicum labes sustulit de coniectura. Ex his emendationibus in nostra caussa patet maximi momenti esse eas, quas a Scaligero profectas satis aliunde constet. Atque harum exempla haec sunt in promptu. Ut a nominibus Olympionicarum initium faciam: Excerpta Casauboniana victorem Olymp. XIX. cursu coronatum sic edunt: *Μένος Μεγαρεύς·* pro quo Scaliger *Μένων* scribi voluit eamque correctionem nomine uncis incluso indicavit. Quamquam certum est hodie, *Μένος* recte se habere, Olympiadum tamen Descriptio *Μένων* repraesentat et ipsa[259]). Perperam vero in Africani catalogo Olymp. LXX. legitur: *Νικαίστας Ὀπούντιος στάδιον.* Emendat Scaliger[260]): „Nomen nihili", inquiens. „Legendum *Νικίας*." Atque sic profecto Olympiadum Recensus *ΟΛ. Ο. Νικίας ὁ Λοκρὸς ἐξ Ὀποῦντος στάδιον·* quam coniecturam nunc veram evincit codex Armeniacus[261]). Denique ab Africano Olymp.

---

258) Nos cum proventum criticorum in hoc genere studiorum opusculo deesse nollemus, veras lectiones ubique indicavimus, easque nonnullis quidem locis in ipso Descriptionis textu proposuimus, veluti Olymp. L, 1. not. 170., LXXVI, 4. not. 344., LXXVII, 2. not. 357., LXXXVI, 2. not. 480., XCV, 1. not. 640., XCVI, 2. not. 656., CCXXIII, 4. not. 1597; reliquas autem in notis textum illustrantibus vindicavimus, Olymp. XVIII, 1. not. 56., XXV, not. 71. coll. 175., XXIX, not. 88., XXIX, 1. not. 90. seq., LXXXIII, 2. not. 436., LXXXIX, 1. not. 529., LXXXIX, 2. not. 532., LXXXIX, 4. not. 542., XCI, 4. not. 576. coll. Ph. Buttm. Gr. Gr. ampl. II. p. 339. § 119. n. 37., XCIV, 4. not. 640., XCV, 3. not. 645., XCVI, 1. not. 654., C, 4. not. 722., CI, 3. not. 735., CIV, 1. not. 784, CXVIII, 4. not. 1054., CLXXVII. not. 1308., CLXXVII, 1. not. 1310., CLXXVII, 3. not. 1317., CLXXVII, 4. not. 1321., CCXII, 1. not. 1539: quo tamen postremo loco in Dionis oratione post verbum *Σαλούϊος* parenthesis excidit, qua hanc scripturam pro *Σίλβιος* exprimendam fuisse Scaligero significaveramus.

259) Vid. not. 58.

260) In Add. Nott. ad Graeca Euseb. p. 428 a.

261) Vid. not. 256.

CXIII. duplicato cursu vicisse Olympia traditur Ἀργεὺς Ἀργεῖος. Quod nomen Scaliger in Ἀγεὺς et in Addendis Notis ad Graeca Eusebiana[262]) censet mutandum et in Olympiadum Descriptione[263]) mutatum proponit. Atque haec quidem Olympionicarum nomina Scaliger nullo extrinsecus petito adiutus instrumento ex ingenio suo ingeniique linguae Graecae cognitione restituit. Sed sunt etiam, quae in diversis veterum libris variata sic prodantur, ut aliam formam ex alia corruptam esse appareat. Ex his quocunque loco unam aliquam elegit proposuitque Descriptor Olympiadum, eandem ubivis praeoptatam esse animadvertes, quam in Notis ad Graeca Eusebiana praeoptandam dixit Scaliger. Testes Οἰβώτας, Εὐτελίδας, Φιλητᾶς Συβαρίτης, Ἐξαίνετος, Εὔβατος, Κάπρος, Κλεόστρατος, Olympionicae[264]). Inter principes eandem rem comprobant Phaenippus, Atheniensium Archon[265]), et Areus I, rex Lacedaemoniorum, Eurysthenida[266]). Sed haec de regibus disputatio patet altius. Neque enim ad sola nomina pertinet, sed patriam etiam tangit et annos regni. Dynastam Salaminis Abdemonem Diodori libri[267]) Τύρσιον fuisse tradunt. Pro quo Scaliger, annotante Vesselingio[268]), in margine exempli sui recte Τύριον correxerat. Atque idem gentile regulo addit Descriptio nostra[269]). Eiusdem Diodori[270]) codices Ptolemaei Aloritae regno ἔτη τριάκοντα largiuntur: cum τρία tantummodo ei concedat temporum ratio. Scaliger igitur hunc minorem numerum et orae ascripsit Diodori sui et in Olympiadum Recensu sine mora edidit[271]). Luculenta denique est Viri Summi emendatio, qua Straboni, Eumenem II, Pergami regem, annos ΜΘ regnasse testanti, ΛΘ restituendum esse censet. Quam, primum quidem in Canonibus Isagogicis[272]) propositam, redire vides in libello nostro[273]). Philosophi etiam Parmenidis vitae rationibus Scaliger coniectura consuluit. Floruisse is dicitur, secundum vetustas Laërtii[274]) editiones, κατὰ τὴν θ' καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Postremum numerum, manifesto corruptum, ad oram libri sui in ἑβδομηκοστὴν refingi voluisse Scaligerum, Menagius testis est, et confirmat Olympiadum Descriptio, Parmenidis ἀκμὴν Olymp. LXXIX, 1. assignans[275]).

Videantur tamen novissimorum vim argumentorum debilitare loci corrupti aut mutilati tales, qui Scaligeri coniecturam experti, in Olympiadum Recensione offeruntur intemptati. Sed hos fere eius modi esse cognosces, quos vitiatos quidem esse constet, sed quemadmodum restituas, non item. Referenda huc est Ctesiclis illa de censu Demetrii auctoritas apud Athenaeum[276]): Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῳ χρονικῶν ..... καιδεκάτῃ

---

262) p. 428 b.
263) Vid. not. 950.
264) Vid. Οἰβώτας Olymp. VI. not. 11. coll. Add. ad Graec. Euseb. p. 426 b., Εὐτελίδας Olymp. XXXVIII. not. 122. et Φιλητᾶς Olymp. XLI. not. 129. coll. p. 427 b., Ἐξαίνετος Olymp. XCI. not. 560. et Εὔβατος Olymp. XCIII. not. 596. coll. p. 428 a., Κάπρος Olymp. CXLII. not. 1157. et Κλεόστρατος Olymp. CXLVII. not. 1184. coll. p. 429 a.
265) Hunc cum Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 331 B. Philippum, Hieronymus autem in Chron. Euseb. Olymp. XLVII, 2. Phaenippum appellet, Scaliger in Animadvv. p. 88 b. n. MCCCCXXVI. Phaenippum agnoscit eandemque scripturam etiam in Recensu nostro Olymp. XLVIII, 2. exprimendam curavit. Vid. not. 157.
266) Hic Cleomenis nepos et successor in vitiatis Diodori codicibus XX, 29. perperam Ἀρέτας vocatur. Scaliger ei ex aliis scriptoribus Ἀρεὺς reddit Can. Isag. III. 340., eoque nomine regem Olympiadum De-Descriptioni inseruit Olymp. CXVII, 4. not. 1035.
267) XIV, 98.
268) Ad Diodori l. l.
269) Sub Olymp. XCVII, 2. not. 673.
270) XV, 71.
271) Sub Olymp. CIII, 1. Vid. not. 763.
272) Lib. III. p. 328. Ipsa Scaligeri verba not. 1179. legere est.
273) Ad Olymp. CXLVI, 1.
274) IX, 23.
275) Vid. not 382.
276) VI. p. 272 C.

πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν κτλ. Animadvertit quidem Scaliger in numeris istis lacunam simulque quomodo ea sarciri posset indicavit in Animadversionibus[277]), nec tamen rationem suam sic omni dubitationi exemptam habuit, ut in Olympiadum Elenchum reciperet, religiosum scilicet ratus, rem gravissimam non, uti tradita erat, sed suo additamento fucatam reddidisse[278]). Eandem ob caussam Clementis Alexandrini nec de Gygis nec de Vaphris auspiciis testimonium infestare ausus est, etsi in utroque a librariis erratum esse sibi persuaserat[279]). Laudanda sane moderatio, cuius utinam in omnibus ambiguae medicinae corruptelis fuisset memor!

Patet ex his, quae modo disputavimus, Olympiadum Descriptorem cum iisdem, quae Scaligeri temporibus veterum libros contaminabant, uti lectionibus, tum haud paucis locis easdem proponere emendationes, ad quas Viri summi sententiam inclinasse aliunde certum est. Sic res ea, quae Scaligero Olympiadum Recensionis auctori infesta extitura erat, in contrarium vertit, quippe qua, tanquam lapide Lydio, Scaligerianum esse libellum nostrum cognoscamus.

Habes argumenta plurima sane atque gravissima sententiae eius, qua Olympiadum Recensionem ad Scaligerum auctorem referendam esse iudicavimus. Nihilominus vulgaris opinionis miram quandam speciem esse necesse est, cum tribus illa saeculis perdurarit totque non doctos minus, quam cautos invenerit patronos. Itaque operae pretium visum est, in appendice huius disputationis inquirere, quid insit libello nostro prorsus singulare, quod cautos deceperit, delenierit doctos. Prodit ille sine auctoris indicio *ἀνώνυμος*, in partes vocatur, cum totus e veteribus haustus sit, quasi vetus quidam codex, a Scaligero. Potuit — quis neget? — alterum cum altero coniunctum ansam dare erroris. Adde Graecae linguae, quam refert opusculum, colorem purum et, ut primo aspectu videatur, minime fucatum, eoque dignam totius libri elegantiam: non mirabere, quomodo error, semel conceptus, sit nactus amatores[280]). Decepit forsitan etiam ipsa operis, quam titulus indicat, ratio. Fuit enim in deliciis veterum illud scribendi genus, quod *Ἀναγραφῶν* nomine significatur. Extabant olim inprimis Olympionicarum, extabant Archontum Descriptiones multae, quae ad unam omnes Fortunae ludibrio absumptae, mirificum sui desiderium reliquerunt Dicam de huius modi scriptoribus infra explicatius. Hoc loco illud quaero: quis, cui semel de vetusta opusculi nostri auctoritate constiterit, non facile sibi persuadeat, e Descriptionum istarum ruina totius tanquam generis exemplar nostram servatam esse *Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφήν*? Sed haec omnia antiquitatis indicia non talia sunt, ut non paullo subtilius rimanti vana appareant et evanescant. Gravius et speciosius illud est, quodque haud scio an ad fallendos lectores contulerit plurimum,

---

277) Ad Euseb. p. 129 b.

278) Vid. not. 907.

279) Clementem, Gygis regnum ex Euphorionis fide ab Olymp. XVIII. deducentem Strom. I. p. 327 C., sic reprehendit Scaliger Can. Isagg. III. p. 328: „Itaque initium Gygis concurrit cum anno primo Olympiadis XVII, non autem XVIII, ut est apud Clementem: qui fortasse est error librariorum." Nihilominus in Olympiadum Descriptione Lydorum rex Olymp. XVIII. ascriptus est. Vid. not. 56. Idem Clemens Vaphris, Aegyptiorum regis, annum secundum cum primo Olympiadis XLVIII contendit Strom. I. p. 331 A. B., ut regnare coeperit Olymp. XLVII, 4.: cui ipsi anno eius auspicia etiam assignat Recensus. Vid. not. 154. Et tamen Scaliger Clementem halucinationis arguerat in Animadvv. p. 88 b. n. MCCCCXXVI.: „Rursus quod ait eum [Olymp. XLVIII, 1.] fuisse secundum annum Waphris, non multum quidem discedit a vero, discedit tamen. Nam Waphres coepit regnare anno septimo Sedekiae; qui et septimus erat captivitatis Jechoniae. Ut hic error non tanti momenti est, ita ille maximi, quod secundum annum Waphris dicit congruere cum primo Olymp. XLVIII, quum is fuerit annus III Olympiadis XLVI." Hic igitur Vaphris initium Olymp. XLVI, 2. collocandum ostendit. Sed haec inconstantia, uti diximus, e verbi scripti veneratione profluxit, minime illa vituperanda.

280) Haec iam supra p. II. attigimus.

notitia scilicet, quam auctor noster ostentat, talium auctorum librorumve, qui dudum in deperditis numerantur. Cuius sane familiaritatis iactatio, si quid aliud, ad fallendum facta, et ita facta est, ut malevolus Scaligeri iudex consilium imponendi inde derivare possit. Cum enim in indicandis fontibus, e quibus hausit, parcissimus sit adeoque quam de temporibus rerum quarundam transmissam videret famae varietatem, generali *κατά τινας* vel *οἱ δὲ* formula significasse fere satis habeat: nisi quod Olymp. LXXX, 4. in assignando Lysiae natali ad Dionysium Halicarnasseum, et Olymp. XCVIII, 2. in digerenda Gallorum invasione ad Diodorum diserte provocavit: idem nonnullis locis testes nominatim excitat, in iisque unum et alterum bene antiquae memoriae, sed quorum scripta aut omnia aut ea saltem, quae se compilasse simulat, perierint. Hanc rationem ad fucum lectori faciendum inprimis valuisse mihi persuasum est. Quis enim, nisi alia indicia secus suadeant, antiquum habere eum dubitabit, cui antiquitatis scripta patuisse talia videantur, quae e nostris oculis dudum sublata, vix nota sint nomine? Afferuntur autem in hoc genere Xanthi Lydiaca[281]), Androtionis[282]) et Philochori[283]) Atticae Historiae, Euphorionis[284]) Aleuadae, Apollodori[285]) Chronica, Dionysii Chalciden-

---

281) Xanthus, Candaulae F., Sardibus Lydorum oriundus (Suid. s. v. *Ξάνθος*), antiquior fuit Herodoto, cui historiae scribendae auctor extitisse dicitur Ephoro ap. Athen. XII. p. 515 D. fr. 19. ap. C. Muell. Fragm. Hist. Graec. Paris. a. 1841. Extendit vitam usque ad tempora Artaxerxis I, Persarum regnum Olymp. LXXVIII, 4. auspicati (vid. not. nostr. 378), a quo Themistoclem exulem tradidit exceptum, teste Plutarcho Them. cap. 28. Quod Suidas addit: *γεγονὼς ἐπὶ τῆς ἁλώσεως Σάρδεων* multa negotia facessivit Frid. Creuzero (Hist. Graec. antiquiss. Fragm.) p. 137. seq., cuius *Ἀθηνῶν* pro *Σάρδεων* scribentis coniecturam et improbavit iure Muellerus et idoneo argumento redarguit A. Westermannus ad Voss. De Hist. Gr. p. 32. not. 40. *Γεγονὼς* est natus, quam vim ab usu lexicographi alieniorem esse inscitius iudicat Creuzerus. Natum autem captarum ab Ionibus Sardium tempore i. e. (vid. Creuz. l. l. p. 135.) Olymp. LXIX, 1. quomodo Dionysius De Thuc. iud. 5, 2. inter eos referre Xanthum potuerit, qui fuerint *ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας*, sponte intelligitur. — Disputavit de Operibus Xanthi Lydii eorumque fragmenta collegit post Creuzerum Car. Muellerus p. 36—44. Reliquos Xanthos tractavit Ez. Spanh. ad Callim. Del. V, 41. coll. Fabric. Bibl. Gr. ed. Harl. Vol. II. p. 159. et Creuz. l. l. p. 136. not. 2. 225.

282) Androtionem, Atthidis auctorem, Atheniensem fuisse certum est. Vid. Siebelis Epist. ad C. L. Lenzium p. XVI. Quando vixerit, non item. Itaque incertae aetatis scriptoribus eum annumeravit Vossius DHG. III. p. 386, accinente Harlessio ad Fabric. BG. II. p. 744. Ionsium vero DSHP. II, 9, 1. p. 190., qui Androtionem post Olymp. XC. et ante Aristotelem vixisse perhibet, historicum cum oratore confudisse apertum est. Perizonius porro ad Aeliani VH. VIII, 6. coll. Plut. De Exil. II. p. 605 C. cap. 14. post Timaeum et ante Mummii Achaici tempora Nostrum scripsisse dicens, terminis iusto inter se remotioribus aetatem viri circumscribit. Quam dubio nec Siebelis eximit, Androtionem ille post Olymp. XCVI, 3. vixisse vel in vivis adeo fuisse propter fragmentum, Harpocrationi s. v. *Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ* debitum, affirmans l. l. p. XIX. Paullo plus effecerit Theodorus Muellerus, auctore Plutarcho l. l., cuius tamen verba vereor ne nimium presserit, demonstrare conatus, historicum nostrum una cum Timaeo et Philochoro (Olymp. CXV—CXXX) floruisse, edidisse vero Atthidem, antequam suam absolvisset Philochorus, p. LXXXIV, a. — Fragmenta Androtionis a C. G. Lenzio collecta primus edidit Siebelis p. 109. seqq., nuperrime autem retractavit Theodorus Muellerus p. 371—377. Iidem de aliis Androtionibus agunt et ab his nostrum distinguere docent, alter Epist. p. XIV. seqq., alter p. LXXXIII b.

283) Philochorus, Cycni F., Atheniensis (Vid. Suid. s. v. *Φιλόχορος*) circa Olymp. CXVIII, 3. vatis prodigiorumque interpretis munere fungitur Athenis. Dionys. Dinarch. II. p. 113, 41. Vitam extendit ultra Antiochi Dei, Olymp. CXXIX, 4. regnum Syriae auspicati (sec. Euseb. Armen. ed. Mai. I. 40. p. 185. coll. Clint. FH. III. Append. cap. III. p. 310 seq.), initium, ad quod usque historiam Atticam descripserat. Periit insidiis oppressus Antigoni Gonatae, cui se propter Ptolemaei Philadelphi studium suspectum reddiderat; vid. Suid. coll. Lenz. Philoch. Fragm. ed. Siebelis. p. 3. seq. Proinde, si non Olymp. CXXX, saltem ante Olymp. CXXXIII, 2, quo anno Ptolemaeus Euergetes Philadelpho successit secundum computum Porphyrii apud Euseb. Scal. I. p. 59. extr. Mai. I. p. 115. coll. Clint. FH. III. Append. cap. V. pp. 379. 399. — Opera Philochori, additis fragmentis, recensuerunt C. G. Lenzius p. 8—10. 10—106. et Theod. Muellerus p. LXXXVIII. seqq. p. 384—417.

284) Euphorionis, Polymnesti F., poëtae Chalcidensis, eiusdem philosophi, natalem, teste Suida s. v. *Εὐφορίων*, ipsa digerit Olympiadum Descriptio Olymp. CXXVI, 1. Cf. not. 1090. De Euphorionis Vita et Scriptis disseruit et Fragmenta illustravit Aug. Meineke. Gedan. a. 1828. 8. Quam lucubrationem auctor in Analectis Alexandrinis secundis curis retractavit. Berol. a. 1843. 8.

285) Apollodorus, Asclepiadis sive filius (C. Muell. p. XXXVIII) nescio cuius, sive Myrleani e

sis[286]), opinor, *Κτίσεις*, Thrasylli[287]) ad Democritum Prolegomena, Heliodori Periegetae[288]) De Athenarum Arce commentarii, Memnonis[289]) De Heraclea Ponti Historiae,

---

Bithynia grammatici discipulus (Heyn. ad Apollod. Fragm. Gotting. a. 1803. 8. I. p. 385 et Gale de Apollod. Vita p. 19 in dissertatione De Scriptoribus Historiae Poeticae), Panaetii Rhodii et Aristarchi grammatici disciplinae alumnus, item Diogenis Stoici (Scymn. v. 20) eiusdem, qui Atheniensium legatus cum Carneade et Critolao Romam profectus est Olymp. CLVI, 2. (Cic. Acad. IV. 45 coll. Clint. FH. III. p. 92. ad a. a. Chr. 155), auditor, Atheniensis. Suid. s. v. *Ἀπολλόδωρος*. „Aequales eius fuere Posidonius Stoicus, Demetrius Scepsius, Castor chronographus, Alexander polyhistor. Vixit circa Olymp. CLX. a. Chr. 140. U. C. 614. paullo post Carthaginem deletam, paullo ante tempora Gracchorum.“ HEYNIUS. — Opera viri, *περὶ πᾶσαν ἱστορίαν δεινοῦ* (Auct. libelli De Alleg. Hom. 7.), recensuit eorumque reliquias digessit accuratissime post Heynium Car. Muellerus p. XXXVIII. seqq. p. 104 seqq. 428—469.

286) De hoc infra agam not. 295.

287) Hanc in Democriti libros Introductionem (*Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων*· Diog. Laërt. IX, 41. *τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θρασύλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν*. Id. IX. 45), quam etiam nonnulla e vita Abderitae delibasse consentaneum est (Diog. IX, 41), uno fere consensu recentiores critici ad Thrasyllum, Tiberii aequalem et comitem (Tacit. Annall. VI. 20. Suet. Aug. 98, Tiber. 14. 62. Calig. 19. Dio LV, 11. LVII, 15. LVIII, 27. Themist. Orat. XII.), virum, ut ait Scholiasta Iuvenalis VI, 575, multarum artium scientiam professum, eundemque, cum postremo se dedisset sectae Platonicae, tetralogiarum Platonicarum auctorem (Diog. III, 56. coll. XI, 45. III, 1.), referunt. Dubitanter hoc quidem Vossius DHG. II. p. 232, sed tamen ita, ut et ipsum pateat ad vulgarem sententiam magis inclinare. Floruerit igitur Thrasyllus circa Olymp. $\frac{\text{CXCV}}{\text{CXCVI}}$. De patria dissident. Mendesium facit Vossius l. l., illum nimirum dicens Thrasyllum, cuius librum De Fluviis plus semel compilavit personatus Plutarchus. Affertur ab eo *Θράσυλλος Μενδήσοις ἐν τρίτῳ περὶ Λίθων* pag. 40. ed. Ph. Iac. Maussaci. Tolosae a. 1618. 8. paulloque post *ἐν τοῖς Τραγικοῖς*, vel potius, ut cum Ant. Westermanno ad Vossii l. l. not. 10. legendum censeo, *ἐν τοῖς Θρᾳκικοῖς*. Adiuvabit eadem emendatio locum Iasonis Byzantii p. 39. seq. *ἱστορεῖ Ἰάσων Βυζάντιος ἐν τοῖς Τραγικοῖς*. Ubi iterum lege *Θρᾳκικοῖς*. Thrasylli huius Mendesii Aegyptiaca idem auctor affert p. 54: *ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς*. Neque alius esse videtur, cuius meminerunt Stobaeus Floril. XVI. p. 541, Plinius Ind. libb. II. IX. XXXI. XXXII, 5, Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 335 D. Sed recte F. Sevinus, qui de Vita et Scriptis Thrasylli in Mémoires de l'Acad. Royale des Inscriptions etc. Tom. X. Paris. a. 1736. 4. data opera egit, Vossium cum Graeco Aegyptium confudisse arguit. Sevinus ipse l. l. coll. p. 96. Thrasyllum nostrum eundem ponit cum Phliasio illo, de quo auctor Plutarchus De Mus. cap. 21: *ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ Τυρταίου τε τοῦ Μαντινέως, καὶ Ἀνδρέα τοῦ Κορινθίου, καὶ Θρασύλλου τοῦ Φλιασίου, καὶ ἑτέρων πολλῶν, οὓς πάντας ἴσμεν διὰ προαίρεσιν ἀπεσχημένους χρώματος κτλ.* Ionsius DSHP. III. 3. 2 p. 13. non item, qui Thrasyllum Tiberii aequalem a musico Plutarcheo diserte voluit distinctum, quemadmodum nec C. F. Hermanno Hist. et Syst. Phil. Plat. Heidelb. a. 1839. 8. p. 560. not. 21, num Phliasius fuerit Thrasyllus noster, satis exploratum est. Equidem non intelligo, quid philosophiae multarumque aliarum artium professorem, eundem musices cultorem cogitari prohibeat. Certe donec idonea discriminis argumenta prolata fuerint, Plutarchi locum indeque Phliuntem patriam nostro vindicabo. De scriptura nominis verbo moneatur. Olim in Diogenis editionibus *Θράσυλλος* legebatur IX, 37. 38. 41. 45, quemadmodum etiam nunc scriptum extat apud Dionem l. l., Plutarchum l. l., Longinum Porphyrii. De Vit. Plot. 20. (Fragm. edit. A. E. Egger. 5. §. 6. p. 75). In Platonis vita, cui Thrasyllum duobus locis adhibuit Diogenes, nunc (III, 1.) *Θράσυλος*, nunc (III, 56.) *Θρασύλαος* audit. Quo utroque loco, uti etiam tribus prioribus, novissimus Laërtii editor *Θρασύλος* exprimendum curavit, de accentus transpositione laudans Boissonad. ad Aristaen. Epist. p. 441. Aeque etiam imperatoris illius, qui occisos ad Arginusas insulas sepelire neglexit, nomen variat inter *Θράσυλλος*, ut est ap. Philochorum Scholiastae Aristoph. Ran. 1196. (Fragm. ed. Lenz. p. 66. seq.), Diodorum XIII, 97. 101, Pausaniam VI, 7, 2, et *Θρασύλος*, ut extat in Thuc. lib. VIII, 73. et in Xenoph. Hellen. I, 1, 8. 35. I, 2, 1. 6. 7. al. Utramque probam formam esse ostendit Bast. Epist. crit. p. 243. seq.

288) De hoc eiusque Scriptis dicam not. 298.

289) Memnonem Vossius quidem DHG. II. p. 226. Augusti aevo assignat, coniecturam faciens e fine operis, quod de rebus Heracleae Ponti XVI. libris perscriptum in morte Brithagorae, Heracleensium ad C. Iulium Caesarem legati, desierit. (Videatur, qui scriptionem illam in compendii formulam redegit, Photius cod. CCXXIV.) Verum, ut bene observat Fabricius BG. V, 35. Tom. X. p. 749. ed. Harles., hoc rem non conficit, et potest fuisse longe iunior. Nam ipse Photius l. l. testatur, praeter XVI. illos historiarum libros elucubrasse Memnonem octo alios, sed quos nec Photius viderit. Cf. Casp. Orellius ad Memn. Hist. Heracl. Pont. Excerptt. Lips. a. 1816. 8., qui e stilo affectante illo quidem facilitatem simplicitatemque Xenophonteam, sed hic illic poëtico, et a communi loquendi usu remoto, nec non e vocabulorum usu recentiorem inque deterius vergentem Graecitatem prodentium, de seriori Memnonis aetate coniicit, eumque vix ante Hadriani vel Antoninorum tempora historias suas scribere potuisse persuasum habet, Praef. p. IV. seqq.

Phlegontis[290]) Olympiades, denique Hippostrati[291]) Genealogiae Siculae. Magna, fateor, satisque antiquum sonantia scriptorum nomina, quorum opera a nobis indicata qui legerit integra, optimae eum auctoritatis vereque antiquum scriptorem habendum esse, quis neget? Atqui noster illa non legit ipsa, sed eorum reliquias tantummodo, in aliis, qui aetatem tulerunt, scriptoribus dispersas, habuit easdem, quae huc usque superstites, a Viris Doctis nostrae aetatis certatim collectae sunt. Fontes autem talium collectionum, aeque ac nummi illi et tituli, quos ipsos diximus compilasse Scaligerum[292]), cum hominibus eruditis superiorum saeculorum non tam facile, quam nostris temporibus, patuerint omnes: illis ignoscendus quodammodo error, recentioribus non item. Produxit autem Olympiadum Auctor e Clementis Alexandrini Stromatis Xanthum[293]), Euphorionem[294]), Dionysium[295]),

---

290) Egit accurate de Phlegontis Tralliani, Hadriani liberti, vita et scriptis Vossius DHG. II. p. 261. Cf. Prolegg. nostra p. IV.

291) De Hippostrato fusius dicturi sumus infra not. 306.

292) Supra p. XI. seqq.

293) I. p. 333 B. *Φανείας δὲ πρὸ Τερπάνδρου τιθεὶς Λέσχην τὸν Λέσβιον Ἀρχιλόχου νεώτερον φέρει τὸν Τέρπανδρον, διημιλλῆσθαι δὲ τὸν Λέσχην Ἀρκτίνῳ, καὶ νενικηκέναι. Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα — Θάσον ἐκτίσθαι, ὥστε εἶναι συμφανὲς τὸν Ἀρχίλοχον μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἤδη γνωρίζεσθαι Ὀλυμπιάδα.* Hoc Xanthi testimonium de Leschis cum Arctino certamine afferunt Vossius DHG. I. p. 34, Ionsius DSHP. I, 19, 2. p. 121. adeoque Creuzerus HGAF. p. 227. Praeeunte Creuzero eundem errorem erravit Meier Marxius in Ephoro (Caroliruhae a. 1815) p. 76., item, ut videtur, Severus Lucianus Plehnius in Lesbiacis (Berol. a. 1826.) p. 133 et Welckerus De Lydiacis Xanthi Spuriis in Seebodii Archiv. Philol. et Paedag. a. 1830. p. 74. Quorum tamen hic, cum nuper disputationem suam repetendam curaret, retractavit sententiam in Scriptis Minoribus (Bonnae a. 1844.) Tom. I. p. 438. seq. not. 5. Nam ad Thasi *κτίσιν* Archilocho supparem contestandam a Clemente Xanthum excitari, dubium esse vix potest. Hinc recte Olympiadum Descriptio Olymp. XVIII, 1: *Ἀρχίλοχος ἐγνωρίζετο κατὰ Ξάνθον τὸν Λυδόν.* Vid. not. 57. Illud dubites, qui sit intelligendus Xanthus. Et Ionsius quidem l. l. de Xantho musico, Theophrasti aequali eodemque Arcesilai magistro, cogitavit, de quo legere est ap. Diog. IV. 29. Sed is, ipso teste Laërtio, Athenis fuit, non e Lydia oriundus, quam suo Xantho patriam diserte vindicat Clemens. Qui si celeberrimum illum Xanthum dicit, Herodoto antiquiorem (Ephor. ap. Athen. XII. p. 515 D), offendit Olympias, qua in notandis temporibus primus usus est Timaeus. Vid. Polyb. XII, 12. Iam possit illud quidem additamentum esse Clementis, qui ex aliis rebus a Xantho simul allatis Olympiadis annum computarit. Sed in universum quae Xanthi nomine feruntur Lydiaca, in quibus sine dubio illa Thasi conditae mentio locum habuit, a Xantho profecta esse, nobis persuadere non possumus. Moverant *νοθείας* suspicionem iam antiqui critici, in iisque haud mediocris eruditionis auctor Artemo Cassandrensis ap. Athen. XII. p. 515 D. in sua *περὶ συναγωγῆς βιβλίων* lucubratione. Scripserat idem *περὶ βιβλίων χρήσεως*, quo ex opere nonnulla profert Athenaeus XV. p. 694 A, ut ipsis librorum titulis hominem probe imbutum fuisse veterum lectione augureris. Is igitur Artemo Lydiaca Xanthi a Dionysio Scytobrachione, qui paullo ante Ciceronem floruit, Diodori Siculi in fabulis pragmatici scriptoris more tractandis auctor (Vid. Suid. s. v. *Διονύσιος Σκυτοβραχίων* et Sueton. De illustr. Gramm. cap. 7. coll. Welcker. l. l. p. 73. et Clint. FF. HH. Tom. III. Append. XII. p. 559. n. 233.), scripta esse affirmavit huiusque sententiae suae disertissimum patronum nactus est Welckerum l. l., Creuzeri, qui vulgarem opinionem tuetur in HGAF. p. 141. seqq. 225., antagonistam.

294) I. p. 327 C: *Εὐφορίων ἐν τῷ περὶ Ἀλιάδων κτλ.*, quae compilavit Olympiadum Descriptio XVIII, 1. Pro *Ἀλιάδων* non *χιλιάδων*, uti vult Clintonus FF. HH. T. III. Append. 12. p. 511. not a. 9., sed *Ἀλευαδῶν* scribendum est. Vid. not. infra 56. Superest eius operis memoria etiam ap. Schol. Theocriti XVI. 34. Vid. Mein. Anal. p. 65. seq. Quod vero ad Ephorum nescio quem recentiorem historicum Aleuadarum historiam referunt Suidas s. v. *Ἔφορος* et Eudocia p. 164., id profectum est a permutatione nominum *Ἔφορος* et *Εὐφορίων*, de qua vid. Car. Mueller. FHG. p. LVII. not. 1. Totum autem nomen iunioris Ephori, a celeberrimo illo Isocratis auditore diversi, commenticium esse, censent Marx. Ephor. p. 7, Meinek. Anal. p. 27, Bernhard. ad Suid l. l. Suspendit iudicium Carolus Muellerus l. l., utrum Euphorioni librum an Ephoro iuniori tribuat, dubius. Sed Ephorum in Clementis loco substitui non posse, ostendit Marx. p. 79. seq. not. 32.

295) I. p. 333 B: *Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Διονύσιος, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην, Θάσον ἐκτίσθαι* (*φέρει, ἱστορεῖ*). Unde hausit Olympiadum Descriptor XV, 1. coll. not. 44. Est autem, ni fallor, Dionysius iste non alius, quam Chalcidensis, qui, teste Scymno v. 115. seq., quinque libros *Κτίσεων* scripsit. Fragmenta eius opusculi pleraque collegit Clintonus FF. HH. Tom. III. App. cap. 12. p. 559. not. e. Reliqua suppeditabit Vossius DHG. III. p. 432. et apud Vossium Westermannus not. 30. De aetate Dionysii hoc unum affirmari potest, eum ante Scymnum, qui a. U. c.

arripuit ex Harpocrationis Lexico rhetorico Androtionem[296]), Philochorum[297]), Heliodorum[298]). Philochori tamen, cuius longe frequentissima mentio fit, nonnullos praeterea locos e Dionysii opusculis rhetoricis[299]), unumque et alterum e Scholiastis Aristophanis[300]) atque Euripidis[301]) excripsit. Denique a Diogene Laërtio Apollodorum[302]) et Thrasyllum[303]), a Stephano Byzantino Phlegontem[304]), a Photio Memnonem[305]), a Pindari Enarratore Hippostratum[306]) mutuatus est. Eadem ratio est aliorum aliquot historicorum,

---

664. a. Chr. 90. Olymp. CLXXII, 3. inclaruit (Vid. Scymn. v. 50. 67. coll. Clint. l. l. p. 143.), floruisse. Bene antiquum scriptorem esse, ex eo colligas, quod Dionysius Halicarnasseus illo teste utitur, ubi diversas de origine Romae sententias expendit.

296) Verba Lexicographi s. v. *Διαψήφισις* extant, quae Olymp. XC, 2. coll. not. 554. repraesentat Noster.

297) Vid. s. v. *Διαψήφισις* coll. Olymp. Descr. XC, 2. not. 554, s. v. *Προπύλαια ταῦτα* coll. O. D. LXXXV, 4. not. 473, s. v. *Συμμορία* coll. O. D. C, 3. not. 719.

298) S. v. *Προπύλαια ταῦτα* coll. O. D. LXXXV, 4. not. 473. Dicit autem Harpocratio Heliodorum Atheniensem, periegetam. Athenaeus VI. p. 229 E: *Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως.* Idem IX. p. 406 C: *Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητής, ἐν πρώτῳ περὶ Ἀκροπόλεως.* Aetas eius in incerto est. Voluit quidem eam ex Athenaeo II. p. 45 C., ubi Heliodorus quidam de Antiocho Epiphane rem narrasse perhibetur, ita definire L. Prellerus Polem. Lips. a. 1838. 8. pag. 172, ut Nostrum post a. U. c. 590. a. Chr. 164. Olymp. CLIV, 1. scripsisse diceret. Ibi tamen num de Atheniensi periegeta sermo sit, iure dubites. Constabat autem Heliodori de Athenarum Arce scriptio libris quindecim. Athenaeus VI. p. 229 E: *πεντεκαίδεκα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία.* Reliquias eius operis apud Deipnosophistas et apud Lexicographos superstites collegit, qui accurate nostrum ab aliis Heliodoris dispescuit, Fr. Ritschl. in Biblioth. Alexandrina sub primis Ptolemaeis. Vratist. a. 1838. 8. p. 137 seq. Quos Plinius in Elencho auctorum libb. XXXIII. IV. V. commemorat *Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει*, item quos Harpocratio s. v. *Ὀνήτωρ* affert *Περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων* libros, eiusdem esse, qui de Athenarum Arce commentarios scripsit, et cum his ipsis commentariis arctius coniuncti fuisse videntur. Vid. M. H. E. Meieri Comment. Andocid. VI. Partic. XIII. sive de Lexicis X. oratorum et de aetate Harpocrationis, Indici Lectt. Univers. Halens. hibern. a. $18\frac{43}{44}$ praefixa, p. 64. not. 358. Cave tamen, praeeunte Vossio DHG. III. p. 448, nostro Heliodoro tribuas illud *Περὶ μνημάτων* opus, a Plutarcho De Vitt. X. Oratt. II. p. 849 C. Hyperid. cap. 14. memoratum. Hoc enim Diodori est, non Heliodori, ex emendatione Ruhnkenii HCOG. p. LXXXVI. Cf. Preller. p. 173. Heliodori lucubrationi omnino genuinam quattuor libris exararat Polemo periegeta. Strabo IX. p. 396: *Πολέμων ὁ Περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει.* Cf. Preller. p. 35—40. et Clint. FF. HH. Tom. III. App. 12. p. 524. n. 109. not. s. 1.

299) Epist. ad Ammaeum II. p. 122, 33. coll. O. D. CVII, 4. not. 855, II. p. 123 seq. coll. O. D. CX, 1. not. 903, II. p. 124, 8. coll. O. D. CX, 2. not. 909, Dinarch. II. p. 113, 35. coll. O. D. CXVIII, 2. not. 1044, II. p. 113, 41. coll. O. D. CXVIII. 3. not. 1052, II. p. 119, 8. coll. O. D. CIX, 2. not. 884, II. p. 128, 38. coll. O. D. CVII, 1. not. 843.

300) Pac. v. 604. coll. O. D. LXXXVII, 1. not. 492.

301) Orest. v. 371 et 771. coll. O. D. XCII, 2. not. 586.

302) Apollodori Olympiadum Descriptio allegat Chronica, duobus quidem locis, in Democrito LXXX, 1. not. 400, teste Laërtio IX, 41 (Fragm. ap. Heyn. p. 414. Muell. p. 446, b. n. 84), et in Aristotele XCIX, 1. not. 698, eiusdem fide Diogenis V, 9 (Heyn. p. 415. Muell. p. 448, a. n. 92).

303) Prodit Thrasyllus auctor in natali Democriti anno O. D. LXXVII, 3. not. 359, ascitus e Diogene IX, 41.

304) Phlegontis cum auctor noster multis locis non solum Mirabilia (CCVII, 1. nott. 1494. 1495. CCVIII, 1. nott. 1500. 1501. CCX, 1. nott. 1512. 1513. CCXI, 1. nott. 1520. 1521. CCXV, 3. nott. 1562. 1563. CCXXIII, 4. not. 1595), sed etiam Olympiadum opus (VI, 1. not. 12. CCLXXVII, 1—4. nott. 1308. 1310. 1311. 1314—1323) compilaverit, mirum est, unum tantummodo locum, nominato teste, ab eo afferri Olymp. CLXXXI, 1, ubi, quae Noster Phlegontis fide narrat, Stephano debet s. v. *Ταρραχίνη*.

305) Provocat ad Memnonem Noster Olymp. XVII, 1. in anno Astaci a Megarensibus colonis conditae. Vid. not. 52. Verba eius etiam Olymp. CXXIX, 1 excripsit, sed suppressa Memnonis auctoritate, quia tempus rei narratae Hieronymo acceptum refert. Vid. not. 1107.

306) Hippostratus offertur Olymp. LXIX, 1. not. 253., productus e Pind. Scholiasta ad Nem. II. p. 445. Boeckh., quem compilavit Eustathius ad Hom. Iliad. p. 6. ed. Lips. Is Hippostratus idem est cum eo, qui genealogias Siculas exposuit, teste Scholiasta Pind. Pyth. VI, 4: *Ἱππόστρατος ὁ τὰ περὶ Σικελίας γενεαλογῶν.* Ex eodem opere sine dubio sunt, quae cum eiusdem Pindari ad Olymp. II, 8 et 16, tum Theocriti VI, 40. tradit Scholiasta. De aetate huius scriptoris non liquet. Cf. Voss. DHG. III. p. 455 seq., qui librum de Minois rebus, quem Phlego De Mirabb. cap. 30 laudat, et de Mirificis hominum in India formis commentarium, quem Tzetzes Chil. VII, 144 commemorat, num recte tribuat nostro Hippostrato, decer-

quorum opera etsi non magis vidit, quam eorum, quos testes rerum nominavit, forma tamen orationis ad imponendum non minus idonea digessit. Cadit hoc imprimis in Antilochi *πραγματείαν*, cuius sic meminit Descriptio[307]): *Ἐντεῦθεν Ἀντίλοχος τῆς τῶν ἱστόρων πραγματείας ἄρχεται*, et in Iusti Tiberiensis Chronica sic illa laudata[308]): *Ἐνταῦθα λήγει τοῦ Ἰούστου τοῦ Τιβεριέως χρονικόν.* Ita qui loquitur, nonne speciem sumit lectoris? Et tamen Olympiadum Scriptor nec Antilochum norat, nisi e Clementis Stromatis[309]), nec Iustum aliunde, quam e Photii codicibus[310]).

Mitto alia. Satis enim his mihi, quomodo potuerit et committi error et propagari, explicasse videor. Quae quidem quaestio minime devitanda fuit, ut vel levissimum de auctore libelli scrupulum tollerem maximeque de erroris pertinacitate admirantibus satis facerem. Nunc vero collectis iis, quae Iosephum Scaligerum Olympiadum Recensus auctorem ostendunt, et remotis, quae alias trahere videantur, testimoniis atque indiciis: tandem aliquando Viri Docti Scriptorem opusculi anonymum laudare desinent, Scaligerumque agnoscent auctorem, cuius caussam argumentis ad persuadendum idoneis nobis defendisse videmur.

Cap. III.

Cum constet de auctore, fieri poterit, ut *de libri ipsius pretio eiusque consilio* iudicetur. Interpositum quidem tale iudicium hic illic[311]) est iam intra cursum supra agitatae disquisitionis: sed quae ibi passim et oblata occasione observavi, vel indicavi potius, quam ostendi: ea nunc data opera explicanda et in unam tanquam imaginem comprehendenda sunt. Omnia autem historiarum compendia — nam in his numerandus erit libellus noster — cum duabus potissimum rebus censeantur, et *apto rerum delectu* et *accurata temporis notatione:* Olympiadum Descriptio videndum est quatenus duplici hac laude digna sit. Qua quidem in censura ne inique versemur, litterarum status, qui fuit, cum scriptum opusculum est, non omittendus erit. Cum enim nullus fere auctor, in quocunque elaborat scripturae genere, saeculi sui genium dissimulare penitus possit, eamque potius tanquam tesseram ostendat libris suis inscriptam: tum historicus certos habet sibi praescriptos fines, et fontium caeterorumque subsidiorum copiam atque conditionem, et aetatis suae rationes ac necessitates. Itaque totum hoc de Olympiadum Recensu examen sic volumus instituisse putari, ut, quidquid de ejus pretio iudicaverimus, et e fontium, quibus auctori uti licuit, adminiculis, et ex historiae, quae Scaligeri aetate fuerunt, desideriis aestimasse videamur.

---

nere non audeo. Quamquam illud quidem certum, quod de Abari Olympiade tertia in Graeciam profecto apud Harpocrationem s. v. *Ἄβαρις* extat Hippostrati testimonium, in Descriptione nostra Olymp. III. 1. not. 7. in partes vocatum, non ad Hippostratum esse, sed ad Nicostratum referendum, novae illum comoediae poetam. Reduxit Nicostratum Imm. Bekkerus probante, ut videtur, Meiero in diss. supra not. 298. laudata, ubi inter auctores, quibus usus sit Harpocratio, Nicostratum quidem affert, nullum vero Hippostratum. Superest, qui castigetur, mirus quidam Ionsii dshp. IV. p. 266 error, Hippostratum, *Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφῆς*, ni fallor, ipsius nostrae auctorem facientis his verbis: „Hippostratus *Ὀλυμπιάδων Ἀναγραφὴν* scripsit." Quod qua ratione nixus pronuntiarit, plane nescias. Cf. infra prol. not. 380.

307) Olymp. XLIX, 2. Vid. not. 164.

308) Olymp. CCXIX, 4. Vid. not. 1582.

309) I. p. 309. C.

310) Cod. XXXIII.

311) Cf. pagg. X. XI. XII. XIV. XV. XXI. XXVIII. XXIX.

Et primum quidem res enarratas cum fontibus, unde profectae sunt, comparantes laudamus Scaligerum, quod, ubicunque fieri posset, ipsa rettulit veterum testimonia, ipsis scriptorum verbis accurate expressa aut, ubi e Latio auxilium petendum erat, in Graecum sermonem fideliter translata. Hic illic deprehendes Nostrum verba auctorum perperam explicantem, perraro ingenio potius suo, quam codicum suffragio confisum. Imo longe plurimos veterum locos, e quibus hausit, recte explicavit integrosque reddidit, qui quidem integri esse videbantur, in locis manifesto corruptis hac moderatione usus sapientissima, ut, nisi certa se aliunde emendatio offerret, mendum omnino mallet non perspexisse, quam violenta medela sustulisse videri. Atque in hoc genere multa emendavit, quae post adeo codicum auctoritate confirmata vidimus, alia dubiae medicinae caute intacta reliquit, quamvis nosset vitiata. Quod quam vere sit iudicatum, vel ex iis apparebit, quae supra pag. XXXIV—XXXVI in universum disputata sunt. Nunc videamus singula, et primum quidem orationem. Ea pro libri consilio simplex quidem est et incomta (pag. XII), sed perspicua et distincta, neque omni elegantiae laude destituta (pag. II). Contra genium linguae Graecae, si ab uno et altero loco discesseris, ubi verba *δολιχοδρόμος* et *διαυλοδρόμος* perperam intellecta errorem pepererunt (pag. XXXIII), nusquam peccatum est. Olymp. CLXXXIX, 3 *τὰς σημαίας ἃς* scriptum est pro *τὰ σημεῖα ἅ*, nec tamen Scaligeri, opinor, sed alius culpa. Porro inscite Descriptio Olymp. XCII, 4 Himerae urbis nomen *Ἱμεραίας* finxit pro *Ἱμέρας*. An vero voluit *τὴν Ἱμεραίαν πόλιν*, pro quo tamen et ipso potius dicendum erat: *τὴν τῶν Ἱμεραίων πόλιν*? Inprimis enim hic agendum esse video de scriptura nominum et propriorum et gentilium, quae notum est in veterum codicibus mirum in modum mutilata, oblitterata, corrupta repraesentari. Atque horum Scaliger non pauca, Olympionicarum maxime, vitiose tradita felici coniectura restituisse praedicandus est; confer nomen *Νικίου* Olymp. LXX, *Δημοσθένους* Olymp. CXVI victoris, quaeque praeterea pag. XXXV collegimus. In refingendis aliis, quae quomodo scribas per libros manuscriptos dubitari licet, minus feliciter versatus est. Sic Cariae regulus quidam non *Πιζόδωρος*, sed *Πιξώδαρος* appellari debuit Olymp. CIX, 4 not. 898. Neque recte Scaliger composuit codicum dissensum, qui est de nomine Archontis Olymp. CVI, 4 eponymi, qui cum nunc Theodemus, nunc Eudemus appelletur, Eudemum e Theodemo corruptum esse manifestum est. Scaliger vero, qui nominis scripturam inter *ΘΕΟΔΗΜΟΣ* et *ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ* variare dicit, Eudemum in Euthydemum transformandum esse innuit, coniectura scilicet sua non dissipans ille turbas, sed augens. Vid. not. 832. Porro quod Olymp. LXVII ad *Φανᾶς Πελληνεὺς* de suo addidit: *ἤτοι Πριηνεύς*· hoc quoque an non recte se habeat, iure ambigas. Vid. not. 242. Quaedam nomina, quamvis mendose scripta, nulla Scaliger aut corruptelae suspicione aut spe emendationis reddidit intemptata. Quae et ipsa iam aliis locis pag. XV et XXXIV praeoccupavimus. Contra nonnulla infestavit integra et incorrupta. Olymp. CXIII, 1 Athenis Archon fuisse Euthycritus traditur uno et auctorum et monumentorum consensu. Vid. not. 951. Nihilominus Scaliger addit: *οἱ δὲ ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ*, mera nimirum de coniectura, qua nos quidem lubenter egere fatemur, quippe talibus ingenii lusibus nihil iuvari existimantes bonas litteras. Cavendum tamen est, ne Scaligeri coniecturis annumeres, quae aut invitus ipse peccavit sive memoria sive calamo titubante, aut alius culpa corrupit: Alexandri Mori malis an typothetae, in hac caussa nihil interest.[312]) Memoriae autem aut stili lapsus inveniuntur haud rari, sed quos aequus iudex facile condonaverit, praesertim in hoc genere nomi-

---

312) Hoc non, uti par erat, perpendit Ric. Bentleius, alioquin subtilissimus harum rerum censor, opusc. ed. Lips. p. 268. coll. 308. Cuius iniquius de Descriptione nostra iudicium et nota 305 ad Olymp 74, 4 et his ipsis Prolegomenis satis refutatum esse existimamus.

num, in quo proclivis error est. Sic confudit Scalig. Olymp. LXXIII, not. 289 *Κροτωνιάτης* cum *Θεσσαλός*, LXXXIV, 4 not. 455 *Μιλήσιον* cum *Σάμιον*, XCVIII, 4 not. 693 *Μακεδόνων* cum *Λακεδαιμονίων*, CLV, 4. not. 1213 *Εὐμένης Ἀττάλου* cum *Ἄτταλος Εὐμένους*. Eodem errore — liceat enim similia similibus adiungere — bis *πάλην* editum est pro *πυγμήν*, LXXVI, not. 333 iterumque LXXVII, not. 348. Neque solum mixta et confusa inter se, sed etiam corrupta et depravata produntur multa ex eisdem virorum et gentium nominibus. Quo in genere larga nobis obtigit copia emendandi, *Ναβουσάρου* in *Ναβονασάρου*, *Ὀρσίπποος* in *Ὄρσιππος*, *ΛΕΟΚΡΑΤΗΣ* in *ΛΕΩΚΡΑΤΗΣ*, *Ὑπερηεῦσις* (sic!) in *Ὑπερησιεύς*, *Σαλνάττου* in *Σαδυάττου*, *Ἀχειλλίτιδος* in *Ἀχιλλειτιδος*, *Ἐπιτελίδης*[313]) in *Ἐπιτελίδας*, *Πρωτειόρου* in *Πρωταγόρου*, *Γέλωνος* in *Γέλωος*, *Εὐαίτης* in *Εὐέτης*, *Μέλιος* in *Μαίλιος*, *Πλιστώναξ* in *Πλειστώναξ*, *ΕΠΑΙΝΕΤΟΣ* ἤτοι *ΞΩΝΑΙΝΕΤΟΣ* in *ΞΕΝΑΙΝΕΤΟΣ* ἤτοι *ΕΞΑΙΝΕΤΟΣ*, *Καρτέρου* in *Κρατέρου*, *ΔΙΟΦΑΝΙΟΣ* in *ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ*, *ΑΠΥΡΓΙΩΝ* in *ΠΥΡΓΙΩΝ*, *Ἀρταξέρξην* in *Ἀρταξέρξην*, *ΔΙΣΚΙΝΗΣΟΣ* in *ΔΥΣΚΙΝΗΤΟΣ*, *Θεοδέκτης* in *Πολυδέκτης*[314]), *ΕΛΠΙΝΟΥΣ* in *ΕΛΠΙΝΗΣ*, *ΘΗΜΙΣΤΟΚΛΗΣ* in *ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ*, *Παρμένων* in *Παρμενίων*, *ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ὁ Φαλερεὺς* in *ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ὁ Φαληρεύς*, *Σάθρας* in *Ζάθρας*, *Κιττεὺς* in *Κιτιεύς*, *Ἀρβάκης* in *Ἀρσάκης*, *Ζάκυνθον* in *Ζάκανθαν*, *Τροϊκῆς* in *Τρωικῆς*, *Ἀσκλάνων* in *Ἀσκλαίων*, *τριάροις* in *Τριάροις*, *Θαρσεὺς* in *Ταρσεύς*, *Ποτεόλους* in *Πουτεόλους*[315]): uberrimum hercle spicilegium lectionum depravatarum, quae ad unam omnes codicum auctoritate carent. Atque earum longe plurimas, invito auctore, manifestum est in textum irrepsisse errore typothetae: nonnullas tamen (veluti *Παρμένων* et *Σάδρας*) dubites an Scaligerum de coniectura e genere earum, quas supra castigavimus, edidisse dicas. Nam e codicibus nondum editis quaedam profecisse virum doctum, post Cramerianam Anecdotorum editionem aegre mihi persuadeo.

Sed satis *de orthographicis*. In rebus *grammaticis* porro desideres nostrae aetatis *ἀκρίβειαν*. Sic *ν ἐφελκυστικὸν* innumeris locis abundanter additum[316]), accentus ubique fere in elisione[317]) et inclinatione[318]), saepenumero etiam alias in verbis[319]) et nominibus, praecipue propriis[320]), inscite notati. Iota subscriptum haud raro aut positum falso aut omissum. Deerat adversante formandi ratione in *Γελῷοι* Olymp. LXXIX, 4,

---

313) Sic in uno saltem Thesauri exemplo scriptum deprehendimus, alio rectam formam offerente. Animadvertendum est enim, — sciens hoc affirmo — ipsa inter se discrepare eiusdem editionis IIdae exemplaria. Vid. infra ad Olymp. 71. not. 270.

314) Mendum, ut saepe eiusmodi, tacite sustulimus.

315) Olymp. 8, 2. 15. 17, 1. 23. 27, 1. 43, 2. 50. 65, 1. 73. 73, 3. 87, 1. 91, 2. 94, 4. 95, 1. 96, 2. 98, 1. 2. 102, 3. 103, 1. 106, 1. 108, 2. 117. 117, 4. 118, 3. 130, 1. 132, 1. 140, 1. 164, 1. 172, 4. 177, 4. 216. 218, 3.

316) Sine mora delevimus, ubicunque *παρεῖλκεν*.

317) *Ἀποκοπῆς* leges penitus ignotas fuisse editori, haec exempla documento sunt: *πάρ'* (Olymp. 75, 1), *μέτ'* (101, 1. 107, 4), *κάτ'* (84, 4. 98, 4. 109, 2), *κάθ'* (94, 2), *μήδ'* (90).

318) Idem valet de enclisi. En accentuum monstra in hoc genere oblata: *Ἱππόστρατος φησὶ* (Olymp. 69, 1), *Καλλίας τὶς* (93, 4), *μετεῖναι σφίσιν* (108, 1), *τελευτῆσαι φασὶν* (114, 1), *Ἀριστόνικος τὶς* (162, 1), *μήτέ τινα* (219, 1), *χρήματα τε* (227, 3). Adde *οὐκ ἐστι* pro *οὐκ ἔστι* (109, 2). In quibus encliticarum rationem susque deque habitam esse apparet: quippe quam editor nunc ne cognosse quidem, nunc cognosse quidem, sed perperam cognosse deprehendatur.

319) *ἀποθάνοντος* pro *ἀποθανόντος* (Olymp. 39, 1), *εἰργᾶσθαι* pro *εἰργάσθαι* (72), al.

320) Legebantur olim *Ἄστακον* et *Ἀστάκου* pro *Ἀστακόν* et *Ἀστακοῦ* Olymp. 17, 1. (quamquam alio loco, 129, 1, recte *Ἀστακοῦ*); *Ἰντεράμνα* pro *Ἰντέραμνα* 26, 1. 117, 2; *Θάλης* pro *Θαλῆς* 35, 1; *Καμαρίνα* pro *Καμάρινα* 45, 1. 57, 1. 79, 4. 82, 1. 85, 1; *Οὐάφρης* pro *Οὐαφρῆς*, quorum tamen etiam illud in codicibus invenitur, 47, 4. not. 154; *Ἰβυκὸς* pro *Ἴβυκος* 54, 1. not. 182; *Θέτταλος* pro *Θετταλὸς* 69. not. 250; *Θρασύδαιος* pro *Θρασυδαῖος* 75, 3. 80, 3; *Πολύδαμας* pro *Πολυδάμας* 93; *Μαυσωλῷ* pro *Μαυσώλῳ* 103, 1 (sed recte *Μαύσωλος* 100, 2. 106, 4); *ἐσχατόγηρως* pro *ἐσχατογήρως* 103, 3. Nonnulla praeterea in Descriptione insunt huius generis menda, quae suo loco neglecta hac occasione corrigimus. Sic

in *Γελῴων* LXXXII, 1, in *Κῷος*[321]) LXXIII, 3 et saepius. Abundabat contra in *Μαντινῆς* XC, 1, in *ὅπῃρε* CVIII, 1, in *Ἀθήνησι,* similibus. Pleraque ex his leviora et maximam partem talia esse intelligitur, de quibus uti Scaligeri aetate nondum constiterit iudicium, ita rectius statui hodie demum coeptum sit post Phil. Buttmannum. Etiam formas aliquot casuum, genitivi maxime et accusativi, item temporum historicorum, quae vocantur, augmento perperam aut adiecto aut abiecto falsas, repraesentat libellus. Notavi ex his Olymp. LVI, 1 *Λεωπρεπέως* pro *Λεωπρεποῦς*, LXXIV *Ἀστυκλέος* pro *Ἀστυκλέους,* LXXV, 3 *Πειραιέα* pro *Πειραιᾶ,* LXXVI, 1 *Κατάναν* pro *Κατάνην,* CXIV, 4 *Δημέα* inepto Dorismo pro *Δημέου,* CII, 2 *συνοικίσθη* pro *συνῳκίσθη*, CV, 1 *ὀνόμασε* pro *ὠνόμασε,* CLXXX, 4 *ἐξεωσθεὶς* pro *ἐξωσθείς*. Bona etiam harum macularum pars non Scaligero, sed aut Moro imputanda est aut typographo. Mori enim, ut diximus, et digerendi operis et corrigendi partes erant: qua provincia quam negligenter functus sit, statim apparebit. Nam profecto huius hominis *ἀκρισίᾳ* tribuendum est, quod eaedem res non raro bis narratae et assignatae reperiuntur, cum alterutro tantum loco recte collocari posse videantur et e mente Scaligeri collocandae essent. Sic sub eadem Olympiade bis traditur, primum succinctius, post explicatius, ***de Abderis*** (XV et XV, 1. nott. 101 et 103), *de Tyrtaeo* (XXV, 1. nott. 116 et 117, quorum priori loco quod *Σφαῖρος* legitur pro *Τυρταῖος,* aut typographi culpa factum est, aut rursus Mori, manus Scaligerianae ductus non recte legentis)[322]), ***de Charone Lampsaceno*** (LXXV, 1, nott. 309 et 315), et de hoc quidem adeo iisdem utrobique verbis. Alia sane talium repetitionum exempla ad Scaligerum transferenda esse evincit prior Thesauri editio. Huic igitur tribuo, quod ***de Messeniorum in Peloponnesum reditu*** eadem fama duobus traditur locis in eiusdem anni area Olymp. CII, 3. nott. 751 et 756, itemque quod bis, sed sub diversis Olympiadibus, res narratur ***de Thaso Teiorum colonia*** (XIV, 1. not. 37. XV, 1. not. 44.) et ***de Himerae urbis eversione*** (XCI, 2. not. 572. XCII, 4. not. 594.), de illo oppido eisdem, de hoc variatis paullulum verbis. Inprimis autem Scaligeri liberalitas repetita victoriarum mentione gloriae consuluit hieronicarum praecipueque Pythionicarum, quorum unus adeo ter diversis locis in unius et eiusdem palmae memoriam enumeratur. Inter Olympiorum victores hanc sortem experti sunt ***Lampis*** Olymp. XV, not. 41 et XVIII. not. 55, ***Eurybatus*** ibidem, ***Evagoras*** XCI. not. 561 et XCIII. not. 597, ***Xenodamus*** CXI. not. 920 et CCXI. not. 1518, inter Pythionicas ***Arcesilaus*** LXXVIII, 3. not. 374 et LXXXVIII, 3. not. 518 et ***Megacles.*** Atque hic profecto Megacles, cum semel tantum vicerit quadrigis, ter tamen per Olympiadum latercula refertur victor curulis, Olymp. LXXV, 3. LXXXVIII, CXXIX, 3. Cuius hariolationis culpa sane non tota in Scaligerum videtur conferenda, sed distribuenda quodammodo inter auctorem et editorem libelli. Quamvis enim primam et alteram rei mentionem ex ipsius Scaligeri coniectura profluxisse verisimile sit: tertiam tamen Mori imprudentiae tribuendam esse vix dubites. Vid. not. 321. coll. 503 et 1108. Uno denique et altero loco Descriptio lacunam indicat in talibus rebus, quae in veterum libris leguntur integrae. Sic Olymp. LXXVIII, 4, *ΛΥΣΙΘΕΟΣ* in ipsa fronte anni omissus est, CVIII, 1 in Archontis gemina denominatione post *οἱ δὲ* excidit *ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣ,* CXXIII, 2 in Menandri vitae annis desideratur *δ'* littera. Hosce defectus ortos puto e litteris Scaligeri male scriptis,

---

Olymp. 15 et in nota 40 *δολιχὸς κτλ.* legitur pro *δόλιχος κτλ.*, 79, 2 *Ἴναρων* pro *Ἰνάρων* (Thuc. I, 104) vel *Ἰναρώ* (Diod. XI, 71), quamquam etiam *Ἴναρως* defendas Libanii (Tom. I. p. 420 C) suffragio.

321) Vid. Buttm. gr. gr. ampl. II. p. 329.

322) Addas his exemplis *Acanthi* victoriam dupliciter digestam et ipsam sub Olymp. XV iterumque XVI, 1. Sed in hoc aliae turbae accedunt, de quibus suo loco exposuimus, not. 40.

quas recte se legere posse desperaret Morus. Reliqui textus naevi manifesto imputandi sunt inertiae typographi [323]), cuius errores corrigendi vel inprimis erat Mori. Verum hic officium tantum non deseruisse videtur. In universum igitur si de hac externa operis facie iudicium ferendum est, negari sane non potest eam multis modis mancam esse et imperfectam; attamen cum, quibus deformatur vitiis, ea pleraque non tam in Scaligerum, quam in Morum transferenda esse videantur, de huius quidem hominis nec diligentia nec eruditione magnifice sentiri, sed de Scaligeri laudibus nihil detrahi patietur opusculum nostrum, quippe ita ab auctore scriptum et elaboratum, ut, paucis exceptis, quae in tanto opere, in tam misera editionum conditione, facile condonaveris, aequis desideriis haud mediocriter satisfecerit.

Ad res ipsas venio, in quibus et deligendis et digerendis quid Scalig. praestitisse videatur, deinceps dicendum est. Hic quoque primum nonnulla generatim observemus, accuratiora de singulis postmodo endituri. Amplexus autem Scaliger est non solum *civilia* et *bellica,* sed idem *litteras* et *artes* respexit earumque progressus annotavit. Atque ex abundanti rerum copia delectum ubique fere cum iudicio instituit nec in ullo genere res magni momenti omisit. Unam quidem et alteram fugisse diligentiam eius, in tanta rerum recensendarum mole non admireris. Minoris facias quod ***Anci Marcii*** auspicia neglexit: nam per totam priorem libri partem ratio praevalet rerum Graecarum. Sed in his ipsis ***Clisthenis*** et ***Areopagi per Ephialtem imminuti*** memoriam aegrius desideres. Quod vero ***Cyaxarae*** mortem e fide Diodori II, 32, certis eam anni Olympici temporibus definientis, non annotavit, laudem potius, quam reprehendam, ob apertam nimirum scriptoris illius hallucinationem. Vid. Wesselingius ad Diod. l. l. In litterarum historia, uti par erat, Graeciam et in Graecia rursus Athenas, universae prope eruditionis parentes, imprimis spectans, poetas et musicos ludosque, quibus illi certabant, historiarum scriptores, philosophos, oratores plene et accurate digessit. Quae operis pars, nullo fere non distincta paullo nobiliori nomine, insignem diligentiae et *ἀκριβείας* laudem meretur. Romanorum, uti res gestas, ita scriptores paucos attigit, quorum nec ubivis delectum laudes. Attulit quidem e poëtis eos, qui eximia laude floruerunt, ***Virgilium*** et ***Horatium:*** quibus sub finem libri addidit etiam sequioris aetatis poëtam, utut ludorum Capitolinorum palma nobilem, satis tamen obscurum, ***L. Valerium Pudentem:*** multo clariores tacuit, ***Catullum, Tibullum, Propertium,*** tantopere celebratos. Vetustiores epicos, tragicos omnes et comicos prorsus neglexit, non meminit ***Ennii,*** non ***Pacuvii*** aut ***Attii,*** non ***Plauti,*** non ***Terentii.*** E prosae orationis scriptoribus unum uniuscuiusque tanquam generis exemplar proposuit, ex historicis ***Sallustium,*** e philosophis ***Senecam,*** ex oratoribus ***Ciceronem.*** Commemoravit quidem etiam ***Caesarem,*** sed dictatorem spectans, non historicum. Porro ***Livii,*** principis historiae Romanae, memoriam frustra quaeras: cum tamen non desit alterum Patavinorum, imo orbis terrarum decus, ***P. Thraseas Paetus*** (Olymp. CCXI, 2), quamquam is virtute magis, quam doctrina inclaruit. Hinc intelligitur, auctorem nostrum litterarum Romanarum historiam generatim perstringere potius, quam singillatim persequi voluisse: quamquam in hac parte historiae vel studio ubertatis obstabat inopia fontium chronologicorum eiusmodi, qui vitas scriptorum certis annis et Olympiadum quidem annis, quarum Scaliger maxime curiosus fuit, descriptas traderent. In omni enim rerum delectu — id quod et supra p. XII. animadvertimus et in censura libri imprimis tenendum esse ducimus — summam legem sectatus est temporum rationem, certis praesertim momentis

---

323) Huc refero Olymp. 69, 3 *β'* pro *κβ'*, 82, 1 *ἀνακτίσεται* pro *ἀνακτίζεται*, 84, 3 *ἀπεδείχθεισαν* pro *ἀπεδείχθησαν*, 98 *ζημίας* pro *ζημίας*, 102, 4 *ὠμῶς* pro *ὠμᾶς*. 110, 3 *γεναίως* pro *γενναίως*. 118, 1 *ἔτει* pro *ἔτη*, 170, 1 *αὐτοργήσας* pro *αὐταρχήσας*, 227, 3 *ὠνομασμένων* pro *ὠνομασμένον*, alia.

definitam anni Olympici, cui quidquid in veterum libris ascriptum repperit, licet levissimum esset et vix ullius pretii, dignum tamen censuit, quod in tabulas referret. Profecto enim — ut hoc statim ab initio delibem, more quodam usus Socratico per ludos et iocos ad seria transeundi — non solum, qui illustrissimi reges, tyranni, imperatores extiterint, quando celeberrimae pugnae acciderint, quibus annis nobilissimae urbes conditae sint, et quidquid praeterea propter gravitatem suam mentione dignum est, in hoc Recensu annotatur: verum etiam, quando terra contremuerit, quando cometae aut duo soles in coelo arserint, quando fulgur in Neronis mensam ceciderit, quando maria et amnes extra ripas diffluxerint, quando Aetna aut Vesuvius ignes vomuerit, quando nova apud Theram exorta insula sit; porro quando delphin Arionem ad Taenarum attulerit, quando Phoenix in Aegypto visus sit, quando mulieres simiam, androgynos aliosque partus portentosos ediderint, quando servus militis Romani in Germania stipendia merentis parturierit [324]), praeter alias id genus narratiunculas [325]) sedulo relatum et assignatum legimus. Quorum posteriora manifesto ad genus commentorum et fabellarum pertinent, priora etsi possint e rerum naturalium studio orta videri, multo tamen simplicius et verius aeque ac reliqua ob certam temporum notationem, qua insignia ad nos pervenerunt, locum in Olympiadum libro nacta esse existimantur. Quum enim Scaliger pleraque ipsis annis Olympicis, caetera aut Archontum Atheniensium aut Consulum Romanorum aut utrorumque simul nominibus accurate definita reperiret: scilicet ne quidquam eorum, quorum constaret chronologia, in chronologico deesset opusculo, nullo discrimine recepit omnia, quid magni momenti esset, quid parvi, non nimis scrupulose rimatus. Praeterea ne sperneret nugas istas et ludicra aut nihili aestimaret, genius admonebat superstitiosus veterum scriptorum, quorum vestigia quin fideliter Scaliger sequi voluerit non dubito. Qui quantopere amarint insignia hominum fata indiciis divinitus missis portenta demonstrare, ex historicis ostendunt ***T. Livius*** et ***Dio Cassius,*** curiosissimi talium prodigiorum captatores [326]), item utroque multo antiquior ***Timaeus,*** caeterum auctor eruditus et accuratiore temporum indagatione de historia egregie meritus, qui tamen et ipse degeneri isti et muliebri superstitioni indulgens anilium fabularum ineptias in medium proferre minime dedignatus est. Vid. Muell. fgh. vol. i. pag. liv. Sed ne chronographos quidem, ieiunius, opinor, scriptorum genus, eiusmodi res indignas censuisse, quas Fastis inscriberent, cum alii docent, tum illustri exemplo et ***Phlego Trallianus*** et ***Marmoris Parii auctor,*** quorum alter, religiosus etiam alioquin rerum mirabilium interpres, ne in chronico quidem aut infantem ex serva natum die aetatis undequinquagesimo alloquentibus respondentem [327]) aut terrae motum Romae iniquum [328]) silentio praetermittendum putavit, alter, licet nec in civilium aut bellicarum rerum descriptione, nec in poëtarum

---

324) Olymp. 77, 4. 88, 3. 177, 1. 199, 2. 223, 3. — 102, 1. 208, 2. 211, 1. 214, 3; 162, 3. — 209, 3. — 88, 3. 101, 4. 116, 1; 203, 3. — 81, 2. 161, 1; 214, 3. — 206, 2. — 29, 1. — 203, 3. — 207, 1; 206, 1. 208, 1; 181, 1, 210, 1. 211, 1. 4 .222, 4. — 208, 4.

325) Olymp. 81, 2. de Philonomi et Calliae erga patres pietate, 137, 1 de primo Sp. Carvilii divortio, 181, 1 de infante post 48 dies fandi perito, 198, 4 et 202, 2 de mathematicis praestigiatoribusque et saltatoribus a Tiberio ex Italia pulsis, 201, 2 de collapso Fidenarum theatro. Quorum nonnulla etsi mentione non indigna sunt, pleraque tamen in hocce gravissimarum rerum delectu vix narrata expectaveris.

326) Scilicet delectabantur antiqui homines, docti non minus, quam indocti, superstitione sua in eaque ostentanda mirum quantum sibi placebant, ex quo rarior et infrequentior esse coepit priscae religionis cultus. Huius saeculi perverse pii primum fere et medium stadium notant Livius et Dio, finem signat Iulius Obsequens, quem non taeduit singularem de prodigiis lucubrationem conscribere catalogo similem, quo singula miracula, e Livio aliisque scriptoribus compilata, secundum temporis rationem Consulum annis applicatam enumerantur. Qui libellus licet satis sterilis atque frigidus sit, tamen certis quibusdam temporis istius desideriis satisfecisse putandus est.

327) Phleg. ap. Steph. s. v. *Ταρραχίνη*, unde sua hausit Scaliger Olymp. 181, 1.

328) Id. ap. Phot. cod. 97, unde profecta sunt, quae Scalig. ad Olymp. 177, 1 annotavit.

aut musicorum recensione satis accuratus et constans testis, tamen, quando Mars et Orestes Areopagi iudicium experti sint, quando Ceres in Atticam profecta fruges plantaverit, quando Aetnaeus ignis fluxerit, quando lapis ad Aegos flumen delapsus sit, cometa in coelo fulserit [329]), religiose annotare non obliviscitur. Iam Marmoris quidem auctoritatem etsi egregiam superstitiosae veterum chronographorum *πραγματείας* exemplum existimes, tamen hic non amplius persequor, quippe negatam aetati Scaligerianae. Tanto pluris mihi est Phlego, cuius chronica, duobus locis exceptis, communem antiquorum monumentorum stragem experta [330]), cum vel in tanta fragmentorum paucitate notam aliquam mirifici illius rerum delectus contineant, eamque, ut iure proinde mihi coniicere videor, non casus alicuius, sed certi consilii, constantis rationis apertam significationem: poterant, imo debebant Scaligero, libri sui vetustatis coloribus distinguendi studiosissimo, tanto diligentius respicienda videri, quanto magis vel titulus operis *Ὀλυμπιάδες* sive *Ὀλυμπιάδων καὶ χρονικῶν συναγωγή* [331]), nostro libello prorsus geminus, similem in simili scriptura rationem commendabat [332]). Atque hic profecto aptus locus est aperiendae sententiae de re ea, e qua reliquum de libri nostri pretio iudicium maximam partem pendebit. Patet enim haud parum interesse in iudicando opusculo nostro, ut statim ab initio cognitum habeamus, quid potissimum Scaligerum ad huiusmodi scripturae genus amplectendum deduxerit, vel quid primam ei ansam dederit libelli concinnandi. Quae ipsa disquisitio ad nullam rem aptius annecti posse videtur, quam ad Phlegontis sive *Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν* sive *Ὀλυμπιάδων* collectionem modo commemoratam. Etenim cum primum ad examinandam huius collectionis auctoritatem studia appuli, in eam mox incidi suspicionem [333]), quam nunc ad liquidum perducere posse mihi videor, nimirum ut lucubrationem scriptam esse censum iacturae cuiusdam reparandae gratia, quam primis ecclesiae saeculis fecerunt bonae litterae. Iacturam autem dicimus eorum scriptorum, qui *singulares de Olympionicis et Archontibus Atheniensium libros*, *Ἀναγραφῶν* nomine inscriptos, confecerant. Sed necesse est hanc rem, quae permultum ad illustrandam universam chronologiam antiquam conferre videtur, paullo altius repetamus.

Videlicet cum antiquissimi illi Graecorum historici (*λογογράφοι*), Hecataeus Milesius [334]), Pherecydes Atheniensis sive Lerius [335]), Acusilaus Argivus [336]) tempora computare solerent *secundum generationes* (*γενεαλογίας*): vulgari ista minimeque certa chronologia relicta viam ad ineundam accuratiorem temporum rationem primus in Graecia *bellorum Persicorum aetate* aperuerat Charon Lampsacenus, qui *Prytanes sive Reges Lacedaemoniorum* [337]) ad tempora rerum sub singulis regnis

---

329) Vid. Epoch. 3 et 25, 12, 52, 57, 71 coll. Boeckh. C. I. Vol. II. p. 303.

330) Cf. supra p. IV. Quidquid praeter locos, ibi indicatos, nuperrime fragmentorum congessit A. Westermannus *ἐν Παραδοξογράφοις* p. 208—212, maximam partem debetur Stephano, Phlegontis auctoritate in rebus geographicis haud infrequenter uso.

331) Ap. Suid. s. v. *Φλέγων* et ap. Phot. cod. 97.

332) Caeterum Scaliger hoc ipso, cui Phlegontis exemplo indulsit, miraculorum studio antiquam libri speciem haud mediocriter, imo tantopere auxit, ut invitus multos eorum, quorum alias haud pinguis Minerva est, in errorem induxerit: qui profecto haud contemnendus Scaligero triumphus est. Cf. supra pag. XXXVI seq.

333) Rem supra attigimus pag. XXXVI.

334) Cf. Muell. fhg. vol. I. p. XV.

335) Id. p. XXXVI.

336) Id. p. XXXVII.

337) Suidas et Eudocia in Violario s. v. *Χάρων. ἔγραψεν .... Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων· ἔστι δὲ χρονικά.* Titulus operis videtur fuisse: *Πρυτάνεις τῶν Λακεδαιμονίων.* In quibus verbum *πρυτάνεις* non dubium quin pro *regibus* Charon usurpaverit, sive perosus nomen regis pariter ac tyranni, sive loquendi usum secutus minime illum infrequentem, de quo sic disserit G. Wachs-

gestarum applicavit. Etsi enim constat, hanc e regum successionibus tempora recensendi rationem iam multo antiquioribus saeculis apud barbaras gentes et nationes fuisse usitatam [338]): Charonis tamen laus est, eam ex Asia patria in Graeciam traduxisse et ad Graecas historias accommodasse. Quam quidem cum sponte pateat genealogiarum indicibus commodiorem esse haud paullo, plerosque deinceps historicos adoptasse consentaneum est. Et profecto suffecisse dicenda est eiusmodi chronologia historiis iis, quae de singulis Graeciae civitatibus *ἐθνογραφικῶς*, ut aiunt, tradebantur. Quarum historiarum fundum fuisse coniecerim cascas illas Regum Graecorum Successiones, quales, ut vetustatis ratione in enumerando utar, apud Sicyonios, Argivos, Athenienses, Corinthios non minus, quam apud Lacedaemonios extitisse videntur. Lacedaemoniorum quidem regum Successiones, *Διαδοχαὶ τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων*, distincte memorantur a Plutarcho, ipso limine vitae Lycurgi, eaeque, si quid video, non diversae a vetustissimis illis Recensionibus, ad quas ob eundem Lycurgum provocat biographus adv. Colot. cap. 17: *φορτικώτεροι οἱ Λακεδαιμόνιοι, τὸν περὶ Λυκοῦργον χρησμὸν ἐν ταῖς παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς ἔχοντες.* Quippe hae non aliarum rerum fuerunt descriptiones, quam *τῶν διαδοχῶν ἀναγραφά*, quas cum CHARON [339]) et HERODOTUS HALICARNASSENSIS [340]) compilasse videntur, tum praeter alios ERATOSTHENES CYRENAEUS et APOLLODORUS ATHENIENSIS chronicis libris suis inseruisse traduntur a Plutarcho Lyc. cap. 1: *οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος κτλ.* Cf. MUELL. FGH. p. 444. fr. 75. Interierunt quidem prisca illa Lacedaemoniorum *παραπήγματα* una cum primariis caeteris harum rerum fontibus: sed dubium non est, quin inde hausti sint regum Graecorum canones, quos et Castor olim atque Africanus proposuerunt, et ab utroque mutuatus est Eusebius, ab Eusebio Syncellus. Neque tamen ***soli regum indices*** chronologiae inservierunt usui, sed coacti sunt ad idem servitium etiam ***summi quidam civitatum magistratus,*** qui regum vel in temporum descriptione facti vicarii inveniuntur non tantum apud ***Athenienses***, quorum in digerendis historiis abolito regno ad ***Archontes*** confugiendum necessario fuit, verum etiam apud ***Lacedaemonios,*** quorum res gestae, ipsa regum, reliquarum gentium regnis multo diutius perdurantium, aetate, ***Ephororum*** nominibus notari coeptae sunt. Prorsus singulare in hoc genere institutum erat apud ***Argivos,*** quorum cum desissent reges, asciti quidem sunt *Ἀρτῦναι* [341]), sed horum nullus in chronologia usus fuit. Concessit potius Argis curia templo, ma-

---

MUTHIUS, not. 38. ne Suidae quidem oblitus, DAG. ed. I. a. 1826. Vol. I, 1. p. 195: 'Daher ist auch das Wort (Prytanis) mit Basileus innig verwandt und wird nicht selten statt dessen oder als bedeutsame Benennung des Herrscherthums gebraucht.' Nam Prytanes itemque Archontes non minus, quam Reges, honorem ab ipso, ut cum Cicerone de Legg. II, 12. loquar, foco civitatis erant consecuti. Vid. Aristoteles Polit. VI, 8, 11. p. 1322b (Bekk.): *ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν· καλοῦσι δ' οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις.* Hinc saepenumero nomen Regis cum Prytani aut Archonte commutatum. De qua commutatione vid. C. F. HERMANNUS APG. ed. III. p. 131, 10. Charonis *πρυτάνεις* reges intelligit etiam MUELLERUS FHF. p. XVIII. Caetera vero apud Suidam: *ἢ ἄρχοντας τοὺς* pro interpretamento ipsius lexicographi satis inepto habenda esse existimo: id quod vel sola ostendit orationis conformatio, prolixae descriptioni operis, quam simplici inscriptioni similior.

338) Cf. regum index celeberrimus, quem comparatis regum annis cum aera Nabonassaria et Philippica astronomiae usibus accommodavit Ptolemaeus, unde a Syncello aut *κανὼν βασιλέων* sive *βασιλειῶν*, aut *κανὼν ἀστρονομικὸς* sive *μαθηματικὸς* vocatur: in quo praeter Graecorum (i. e. Macedonum) Reges et Romanorum Imperatores Reges Assyriorum et Medorum, itemque Persarum recensentur. Vid. de hoc quadripartito „canone" *Βασιλέων Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, Περσῶν, Ἑλλήνων, Ῥωμαίων* Ideleri Enchirid. I. p. 109. seqq. coll. Halma in Commentaire de Théon d'Alexandrie sur les tables manuelles astronomiques de Ptolémée etc. Paris 1822. 4.

339) Cf. MUELL. FHG. p. XVIII.

340) Vid. I, 65 ibique BAEHR, itemque VI, 52 seqq.

341) Vid. Thuc. V, 47. coll. WACHSMUTHII l. l. I, 1. p. 178. I, 2. p. 87.

gistratus sacerdotio, et Iunonis quidem sacerdotio, cuius antistitas, *Ἡρεσίδας*[342]), e priscis, ni fallor, templi *Ἀναγραφαῖς* petitas, primus, quod hodie cognoscas, in rei chronicae utilitatem convertit Hellanicus Lesbius, *ὁ τὰς ἱερείας* — Dionysii verba sunt AA. RR. I, 72. — *τὰς ἐν Ἄργει καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πραχθέντα συναγαγών*. Qua quidem in collectione ita versatus est, non ut vulgarem secundum generationes numerandi morem prorsus relinqueret, sed ut utramque interdum et hanc vetustiorem et illam recentiorem computandi rationem coniungeret[343]). Hellanici exemplum postea secuti sunt cum alii, quos statim afferam, tum Heraclides Ponticus, qui tamen generaliorem sacerdotum in rebus gestis recensendis usum, quem Hellanicus praeiverat, intra arctiores terminos cohibuit, siquidem Sicyoniae cuiusdam *Ἀναγραφῆς* fundamento nixus, *ἐν Συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ* solas poëtarum et musicorum aetates Sacerdotum nominibus distinxit. Cf. Plut. De Mus. cap. 3. Consuluit autem idem Hellanicus certiori temporum descriptioni etiam alio quodam, quod de ***Carneonicis*** exaravit, opusculo: in quo quidem minime nudam victorum enumerationem proposuisse, sed tempora rerum, ad poetas et musicos eorumque inventa spectantium, inde ab Olymp. XXVI, ludicri istius initio[344]), Carneonicarum nominibus insignisse videtur prorsus eodem modo, quo politicam, quam dicunt, Graecarum civitatum historiam ad Sacerdotum seriem recensuisse putandus est[345]). Eodem fere tempore aut paullo post — quis enim talia rimetur subtilius? — ad Carneonicas accessisse videntur caeterorum ludorum, qui sacri proprio nomine vocabantur, victores, *ἱερονῖκαι*, iique paullatim adeo primarii extiterunt temporum vindices.

Ex his duplicem apparet a Charone et Hellanico propositam fuisse chronologiae rationem, quarum alteram ***politicam,*** vel, secundum tritissimam dicendi consuetudinem, ***profanam,*** alteram ***sacram*** appelles. Constitit deinceps utraque ratio et per satis longum temporis spatium altera iuxta alteram perduravit, quamvis templis et focis civitatum variantibus. Mox tamen, cum caeterorum templorum laudem superaret templum Iovis Olympicum, et reliquarum civitatum prytanea obscuraret *ἀρχεῖον* Atticum: chronologia e vagis per sacra et publica Graecarum urbium tabularia erroribus ad constantiam quandam pervenit certisque fixa sedibus est, altera quidem Olympiae in nominibus ***hieronicarum,*** altera vero Athenis in ***Eponymis*** reipublicae. Occurrunt quidem etiam ex illa inde aetate nonnullae temporum notae aut in Ephoris Lacedaemoniorum, aut in Argivorum Heresidibus suspensae, verum hae rarissimae sunt, nec usquam solae apparent, sed ubivis cum altera potissimarum, quas dixi, rationum coniunctae et comparatae. Quid? quod nec Olympionicarum aut Archontum chronologia constanter usi sunt, qui logographos exceperunt historiarum conditores. Certe Thucydides Olympionicae cuiusdam nomen semel dumtaxat adhibuit unicum temporis indicium lib. III, 8, et secundum Eponymorum Atticorum ordinem epochas tantummodo belli et pacis definit, praeeunte ipso historiae patre Herodoto Halicarnassensi. Ab hoc ***Xerxis transitus*** lib. VIII, 51, ab illo lib. II, 2. V, 19. 25. epocha belli Peloponnesiaci itemque pacis in L annos inter Athenienses et Lacedaemonios factae nominibus notatur Archontum: quibus Thucydides constanter etiam addit Ephoros et uno loco (II, 2) praeterea Iunonis Argivae Sacerdotem. In singulis vero belli annis dispescendis Thucydides non minus, quam qui historias eius continuavit, Xenophon — de hoc quod repugnare videatur, infra removebo — naturales potius anni vere, aestate, hieme divisi notas sectatur. Praeterea Archontum chronologiam usitatam fuisse reperias in duobus potissimum rerum generibus, in ***decretis*** vel

---

342) Cf. Etym. Magn. s. v. *Ἡρεσίδες*.
343) Vid. Fragm. 53. ap. Muell. p. 52. coll. reliqq. inde a pag. 51.
344) Cf. not. 75 ad Scaligeri Recensum.
345) Vid. Muell. p. xxix coll. fr. 85. 122. 123. pagg. 57. 61.

aliis id genus monumentis publicis Atticis[346]) et ***in observationibus astronomicis*** aut in universum historiam naturalem spectantibus. E decretis Atticis eadem consuetudo transiit ad oratores, Lysiam maxime, Demosthenem, Aeschinem[347]): quos sequiori aetate imitantem deprehendas Aelium Aristidem. Neque vero eum, qui vitas X oratorum composuit ementito Plutarchi nomine, eandem rationem adoptasse mireris. Aristotelis denique in *Meteorologicis* eodem computo usi vestigia fideliter expressit Theophrastus discipulus, Plinii utroque loco[348]), ubi hic tempora ad Archontes revocat, auctor: quorum morem postea suum fecit etiam astronomorum veterum longe accuratissimus ***CLAUDIUS PTOLEMAEUS.*** Praeterea quae supersunt *χρονολογίας ἀρχοντικῆς* aut in Graecis scriptoribus oblata aut e Graecis in Latinos derivata vestigia, ea ad certam aliquam normam referri non possunt[349]). Quae ut servata sint beneficio fortunae, minime tamen fortuita ipsa est huiuscemodi chronologiae fragmentorum paucitas. Imo huius paucitatis caussa est certissima, e communi scilicet repetenda interitu eorum omnium, qui operam et studia posuerunt in Olympionicarum et Archontum nominibus colligendis digerendisque. His igitur de scriptoribus, ad quos dudum tetendit disputatio mea, nunc ita dicam, ut simul conspectum chronologiae Graecae, quem inchoavi, ad finem perducam. Enumerabo autem primum ***Olympionicarum,*** deinde ***Archontum Scriptores,*** in calce denique adiungam eos, ***qui Olympionicas cum Archontibus comparatos recensuerunt.*** Quo in numero qui ultimus est, idem ultimum chronologiae progressum significat, ut qui temporum notationem ad tantum evexerit accurationis gradum, in quo deinceps sine historiae dispendio liceret consistere.

Et ex eorum quidem genere, quos primo loco posuimus, duos ut minus celebres obiter tango: alterum Agriopam sive Copam, hominem aliunde penitus ignotum, sed quem Olympionicas scripsisse e loco quodam Plinii[350]) cognoscas, alterum Menaechmum, obscurae non minus memoriae auctorem, quem hac ipsa scripturae ratione superatum ab Aristotele scribit incertus auctor vitae philosophi[351]). Transeo ad reliquos multo istis clariores, quorum aetate primus est:

---

346) Ex his fontibus vel ex rivulis inde deductis pendent omnes didascaliae poematum chororicorum, item qui data copia aut decreta afferunt Atheniensium, veluti Cicero Epist. ad Att. V, 11, 6. (Cors. FF. AA. IV. p. 124), Iosephus AA. II. XIV, 8. (Cors. I. p 279. seq. IV. p. 114. seq.), Lucianus in Iudicio Vocalium §. 1. (ap. Cors. II. p. 104. seq.) et in Hermot. §. 76. (Cors. III. p. 278), Scholiasta Aristoph. Acharnn. v. 67, al., aut Panathenaeorum solemnia laudant, veluti Philostratus vitt. Soph. II. n. 1. §. 5. (Cors. II. p. 114. seqq. IV. p. 172) et Marcellinus vit. Thuc. §. 3; porro lexica Stephani Byzantini s. v. *Ἀτήνη* (Cors. II. p. 119), Harpocrationis s. v. *διαψήφισις* et *Προπύλαια*, Photii s. v. *Προπύλαια*, Suidae s. ead. v.

347) Morem auctoris sui etiam Scholiasta Aeschineus p. 755. Reisk. amplexus est. Cf. Olymp. 85, 4.

348) Nat. Hist. III, 9. p. 225. XXXIII, 37. p. 204. ed. Bipont.

349) Cadit hoc in Suidae testimonium de libro Philochori eo, qui est de Archontibus, s. v. *Φιλόχορος*. E Latinis scriptoribus Cicero de Fato cap. 9 Epicuri mortem Pytharati Archontis nomine definit, usus sine dubio Apollodori Chronicis. Neque vero biographi obliti sunt annotare, si quis eorum, quorum vitas describerent, summum Atheniensium magistratum gessisse dicendus erat. Cf. Plutarchus de Aristide Archonte in vita Aristid. cap. 5 et de semet ipso in Quaestt. Sympp. II, 10 coll. VI, 8, Philostratus de Apollonio in vitt. Sophistt. II. n. 20. coll. Cors. II. p 115. Caesarum Romanorum tres Eponymorum munere functi perhibentur: Domitianus (Philostr. vit. Apollon. VIII, 16. coll. Cors. IV. p. 162), Hadrianus (cf. Spartian. in Hadriano c. 18 et Dio LXIX, 16. Caeteros locos vid. ap. Cors. II, 105 seqq., qui Hadriani nomen his Eponymorum Atheniensium fastis inscribendum censet, et Caesaris et Augusti, Olymp. 222, 4 et 227¾), Gallienus (Trebell. in Gallieno p. 261. ed. Basil. a. 1546).

350) Nat. Hist. VIII, 34. p. 89. seq. Bip.: „Itaque Agriopas (Copas e nonnullis codd.), qui Olympionicas scripsit, narrat.“ Idem in indice scriptorum, quibus in concinnando Naturalis Historiae libro VIII usus sit Plinius, appellatur Agrippa lib. I. p. 27. Ibi tamen Agriopae nomen excudendum curavit novissimus editor Iulius Sillig. Vol. I. p. 28. Et recte quidem, ut videtur.

351) ap. Aeg. Menagium ad Diog. V, 35. Tom. III. p. 610. ed. H. G. Huebner in catalogo librorum ab Aristotele scriptorum affert *Ὀλυμπιονίκας βίβλους* (leg. *βιβλίον*) *ά, ἐν ᾧ Μέναιχμον ἐνίκησεν.* Qui Menaechmus vide an fortasse idem sit cum Sicyonio illo, quem Suidas s. v. *Μάνεχμος* (*Μέναιχμος*) sub Alexandri successoribus res Alexandri scripsisse refert, cuiusque De Rebus Sicyoniorum apud Athen.

Hippias Sophista Elidensis. Plutarchus Num. 1: τους μὲν οὖν χρόνους ἐξακριβῶσαι χαλεπόν ἐστι καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ ΤΩΝ ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ἀναγομένους, ὧν ΤΗΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ ὀψέ φασιν ΙΠΠΙΑΝ ἐκδοῦναι ΤΟΝ ΗΛΕΙΟΝ, ἀπ' οὐδενὸς ὁρμώμενον ἀναγκαίου πρὸς πίστιν. E quibus apparet, scripsisse Hippiam *ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ,* nec tamen eum in temporum notatione satis firmo usum esse fundamento: quae fortasse caussa est, quod is liber ne ad Plutarchi quidem tempora perduravit. Fabricius [352]) quidem laudat etiam Scholiastam ad Theocriti Idyll. IV, 6, apud quem tamen Hippiae mentionem frustra quaeri iam animadvertit Iac. Geelius Hist. Soph. p. 191. Dixit de Hippiae ***Olympionicis*** etiam A. Graefenhanus in Hist. Philol. I, 307. 309: id quod annoto, ne quid novi ab eo allatum esse existimes.

Palmam autem hoc scribendi genere tulisse videtur Aristoteles Stagirita. Huius certe ***Olympionicae*** a veteribus inprimis laudantur. Diogenes Laertius V, 6 inter Aristotelis opera recenset Ὀλυμπιονικῶν ά, ***Olympionicarum librum singularem,*** itemque ignotus biographus philosopho attribuit Ὀλυμπιονίκας βιβλίον ά [353]). Eandem sine dubio Aristotelis scriptionem Diogenes respexit etiam VIII, 51. Nec aliunde profecta arbitror, quae philosophi fide et Plutarchus narrat Lycurg. 1 et Scholiasta Theocriti Idyll. IV, 6 iterumque 7. Cf. Meier in Encycl. Hal. III, 3. p. 166 b, quem sequitur Krausius Olymp. Praef. pag. VIII. Caeterum Aristoteles non solum ***Olympionicas,*** sed etiam ***Pythionicas*** descripserat, uti cognoscere licet ex eodem Diogene V, 26 [Πυθιονικῶν ἔλεγχος ά] et Plutarcho Solon. 11 (Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ). Adde Scholiastam Pindari ad Isthm. II. p. 524. Olymp. II. p. 73 et Hesychium s. v. *Βουθός* vel potius *Βοῦθος.* Vid. Boeckhius Explicatt. ad Pind. Olymp. II, 50—62. p. 127. XII. p. 207. Pyth. VI. p. 296. sq.

Proximus est Philochorus Atheniensis. Celeberrimum hunc Atthidis scriptorem etiam ***Olympiades duobus libris***, Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις β', recensuisse Suidas testis est s. v. *Φιλόχορος.* Quem librum I. Ionsius, licet alioquin minime cautus harum rerum iudex [354]), recte tamen in iis posuisse videtur, qui conspectum Olympiadum et Olympionicarum exhibuerunt, dship. lib. IV. p. 266. ed. I. C. Dorn. Ienae a. 1716. Neque Olympiades istas inepte statuas Philochorum post opera de rebus Atticis perscripta, in quibus annos secundum Archontum seriem computavit, in lucem edidisse, posteaquam Olympiadum in notandis temporibus commodiorem usum esse intellexisset. Vid. C. Muell. fhg. p. lxxxix.

Sequitur Eratosthenes Cyrenaeus. Diogenes VIII, 51: Ἐρατοσθένης ἐν ταῖς Ὀλυμπιονίκαις, Bernhard. Eratosthenic. p. 245. Ex eodem opere hausit VIII, 47, quamquam ibi omisso titulo simpliciter ad Eratosthenem provocat. Primum eius librum laudat Athenaeus IV. p. 154 A: Ἐρατοσθένης δ' ἐν πρώτῳ Ὀλυμπιονικῶν. Praeterea apud Harpocrationem sub v. *Εὔηνος* de Evenis Pariis rem narrasse traditur Eratosthenes ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, quod opus cum Olympionicis idem fuisse existimo. Post ad eandem sententiam inclinare vidi Vossium dhg. 1. p. 110.

VI. p. 271 D, De Artificibus apud eundem II. p. 65 A. XIV. p. 635 B. 637 F. 638 A, De Caelatura apud Plinium Nat. Hist. XXXIV, 19. p. 243 occurrunt commentarii. E *Σικυωνιακοῖς* petitum videtur non solum, quod Menaechmo auctore Plinius tradit alio quodam loco IV, 21. p. 280, sed etiam quod Pindari Scholiasta narrat ad Nem. IX. Contra ex opere *περὶ τεχνιτῶν* sine dubio profluxit, quod idem interpres Pindaricus e Menaechmo annotat ad Nem. II iterum suppresso operis titulo. Cf. Thierschius in libro, cui inscriptum est: „Epochen der bildenden Kunst" p. 61 et A. Graefenhanus hpc. II. p. 210. De aliis Menaechmis vid. Vossius dhg. I. p. 65.

352) Bibl. Gr. I. p. 818. Sine dubio V. D. Hippiam confudit cum Aristotele, qui loco isti Theocriteo adhibetur a Scholiasta. De Aristotele vide quae diximus supra.

353) Verba anonymi plenius attulimus supra not. 351.

354) Cf. locos not. 355 sub finem allatos.

Agmen denique claudit Iulius Africanus. Horum omnium ***de Olympionicis commentarii*** (*Ὀλυμπιονῖκαι*), a veteribus illi magnopere celebrati, aeque ac Phlegontis interciderunt omnes, praeter unum stadionicarum catalogum, quem ex Eliacis tabulis haustum [355]) in chronicon suum transcripserat Africanus. Ex hac autem Africani recensione coniectura fieri potest de universa ratione horum scriptorum, quos non contentos nudis Olympionicarum nominibus simul cum potissimas res e civitatum historiis, tum regum et imperatorum successiones sectatos esse, indice isto vel obiter perlustrato, unusquisque intelliget.

Eandem temporum iniuriam experti sunt ii, qui ***in Archontibus*** [356]) ***Atheniensium describendis*** elaborarunt. Quorum e numero Atthidum scriptores [357]) praeter Philochorum reliquos excludo: quamquam horum quoque unum et alterum ad regum et Archontum Atheniensium annos librorum suorum divisionem accommodasse probabile est [358]).

Sed Philochorum constat in definiendis temporibus primo quidem solos Atticos reges sectatum esse, non usquam Olympiades: id quod praeter Atthidis reliquias etiam evincit libri singularis, quem Suida [359]) teste conscripsit, titulus: *Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Ἀπολλοδώρου* [360]) Quamquam post huius eum rationis poenituisse censeas secundum ea, quae supra de Philochoro Olympiadum scriptore animadvertimus.

Prae caeteris autem hoc loco afferendus est aequalis Philochori Demetrius Phalereus, cuius *ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗΝ* laudat Diogenes in vita ***Thaletis*** I, 22: *καὶ πρῶτος σοφὸς ὠνομάσθη ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν Ἀρ-*

---

355) Africani stadionicas primus publici iuris fecit Scaliger, apographum eius indicis e bibliotheca Regia Parisiensi nactus Isaaci Casauboni beneficio, suaeque Eusebii editioni de coniectura quidem, sed quam egregie comprobavit Interpretatio Armeniaca, suo loco inseruit. Nostra aetate eundem catalogum denuo Graece excudendum curavit Anecdotorum Parisiensium editor Cramerus Vol. II, 142 seqq.: qui tamen non alio codice usus videtur, atque quem Casaubonus olim in Scaligeri usum compilaverat. Atque eundem dicere videtur Ionsius dshp. IV. p. 266. sic scribens: „Adespoti (sic) chronologiam veterem cum catalogo Olympiadum et Olympionicarum servat bibliotheca Regia Parisiis num. MCCXCVI.“ Videlicet „adespotus“ iste Olympiadum et Olympionicarum liber certissime est Africani: id quod tantum abest ut senserit Ionsius, ut Africani stadionicas deplorare videatur in deperditis. Sed omnino iste litterator l. l. mira narrat de Olympiadum et Olympionicarum scriptoribus. Cf. Prolegg. et supra not. 306 et infra not. 380.

356) *Ἄρχοντος* nomen a Latinis scriptoribus vario modo translatum est. Cicero quidem ipsi Graeco vocabulo civitatem concessit, De Fato cap. 9: — „Archonte Pytharato.“ Quamquam in ea ratione sibi non constitit, quandoquidem alio quodam loco pro Archon scripsit Praetor, Epistt. ad Attic. V, 11. Graecum nomen, Latinis perscriptum elementis, retinuit etiam Spartianus in Hadriano cap. 18. p. 142. ed. Basil. a. 1546. Variat Velleius, sed ita, ut, cum utrumque ediderit et Archon et Magistratus, alterum autem ter, alterum semel adhibuerit, Graecum illud praeferre videatur, I. capp. 2 et 8. Contra Latina interpretatione Magistratus plerique usi sunt posteriores, veluti Seneca Epistt. 18, Plinius Nat. Hist. III, 9. p. 225. ed. Bip. XXXIII, 37. p. 204, Iustinus II, 7. Iudex reddidit Hieronymus Chron. Euseb. n. 1240, sed ad Olymp. 6, 3. n. 1263 et ad 74, 4 Princeps: quam et ipsam versionem Ciceronis Epistt. ad Famill. XVI, 3 auctoritate munire posses, si, qui ibi princeps appellatur, non ad pseudeponymos potius, quam ad eponymos referendus esset. Cf. Corsini ff. aa. I. p. 367 coll. Boeckh. De Archontt. Att. pseudepp. in Actt. Acad. Boruss. a. 1827. p. 130. Denique Trebellius Pollio Graecum ipsum servavit, addita interpretatione: „i. e. summus magistratus“ in Gallieno p. 261.

357) Atticarum historiarum, quae Graece *Ἀτθίδες*, scriptores hi sunt sex: Clitodemus, Phanodemus, Demo, Androtio, Philochorus, Ister: quorum de vitis et fragmentis post C. G. Lenzium et C. G. Siebelisium (Lips. aa. 1811. 1812. 8) diligenter et distincte egerunt ambo Muelleri, Carolus et Theodorus, FHG. p. LXXXI—XCI. p. 359—427. De Atthidis Philochoreae quae vocatur oeconomia praeterea egregia est disputatio Boeckhii in Actt. Acad. Boruss. a. 1832. p. 1—30.

358) Hoc certe de Androtione docent fragmenta n. 37. p. 375 et 46. p. 376. Cf. Muell. p. LXXXVI.

359) s. v. *Φιλόχορος*.

360) H. e. ab Olymp. 101, 3 usque ad Olymp. 115, 2. Vid. Muell. p. LXXXIX.

χόντων Ἀναγραφῇ, iterumque in ***Anaxagora*** II, 7 [361]): *ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ*, profecto ut mirum sit, Laertium recensionis huius oblitum esse in librorum Demetrii catalogo, quem contexit V, 80—81, quamquam in tanta scriptionum enumerandarum copia, quam multiplex et fecunda istius hominis doctrina protulisse perhibetur, hunc memoriae lapsum lubenter ignoscas. Meminit libri etiam Marcellinus, sed collato ad compendium titulo, in ***Vita Thucydidis*** §. 32. ed. Popp. Part. I. Vol. I. p. 327: *ἀλλὰ δῆλον, ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς Ἄρχουσιν.* Neque dubito, quin ex eodem hoc opere haustum sit et quod Demetrii Phalerei auctoritate scribit Plutarchus vit. Aristid. cap. 5: *καίτοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἄρξαι τὸν ἄνδρα (Ἀριστείδην) μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην* — de quo quidem Aristidis magistratu non eponymo illo, sed nescio quo alio vid. Boeckhius Ind. lectt. Univ. Berol. a. $\frac{1827}{1828}$ p. 4. Actt. Acad. Boruss. a. 1827. p. 133. Corp. Inscriptt. vol. II. p. 338 ad Marm. Par. ep. 49 — et quod ab eodem mutuatur Scholiasta Aristoph. Nubb. v. 37: *ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ δὲ ὁ Φαληρεὺς οὕτω φησί, καὶ δημάρχους οἱ περὶ Σόλωνα καθίσταντο ἐν πολλῇ σπουδῇ, ἵνα οἱ κατὰ δῆμον διδῶσι καὶ λαμβάνωσι τὰ δίκαια παρ' ἀλλήλων*. Cf. Harpocr. p. 78.

Fortasse etiam Euthymenes et Archemachus simile in chronicis suis institutum erant secuti. Certe quod Homeri aetatem Acasti, Atheniensium regis, temporibus definisse traduntur [362]), facit, ut eos ad Archontum aetatem delapsos horum serie pariter atque antea regum catalogo ad temporum notationem usos fuisse coniiciamus.

Dispositionem autem horum librorum non sine magna veri similitudine cognosci posse putamus e Chronico Pario, cuius auctorem cum veteres ***Archontum Scriptores*** tanquam primarios duces secutum esse constet, vel maxime idoneum esse iudicamus, unde de his ipsis ducibus coniectura retro fiat. Proinde *ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΑΣ* istas non simplices Archontum descriptiones, sed chronica fuisse arbitramur, per Archontum annos digesta, quam sententiam haud mediocriter confirmant etiam paucae illae Demetrii caeterorumque reliquiae, quas a Diogene aliisque servatas supra proposuimus. Simul historiae litterariae singularem in hoc genere librorum habitam fuisse rationem eaedem ostendunt.

Archontes denique ***cum Olympionicis coniunxit***, qui nec ipse ad nostram aetatem pervenit,

Stesiclides Atheniensis, auctor *ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗΣ.* Nomen auctoris pariter ac libri titulus innotuit nobis ex unica Diogenis

---

361) Ad hunc modum corrigenda erit animadversio Popponis, popularis nostri eruditissimi, qui ad Marcellini l. l. Demetrium bis in vita Thaletis citatum a Laertio dicit, in errorem scilicet inductus a Vossio dhg. I. p. 74. Praeterea I. Schweighaeuserus Ind. Athenaei Tom. IX. p. 87. ed. Argentor. ex Archontum Recensione depromptum coniicit, quod Demetrius de duabus Socratis uxoribus, tacito operis titulo, narrasse traditur ab Athenaeo XIII. p. 556 a. Sed quidni ista quidem fama potius in libro peculiari, quem Demetrius, teste Laertio V, 81, De Socrate (*Σωκράτης α'*) exaravit, sive in Defensione Socratis (*ἐν τῇ Σωκράτους Ἀπολογίᾳ*), quo titulo idem, ni fallor, opusculum accuratius ab eo alibi (IX, 15 et 52) allegatur, locum suum habuerit? Ad eundem commentarium, neque vero ad nostrum catalogum referendum videtur etiam Demetrii de Socratis morte testimonium, quod extat apud Diog. II, 44 extr. Cf. Theod. Herwigii Comment. de Scriptt. Demetrii Phalerensis in Prolus. Gymnas. Rinteln. a. 1850. p. 13: qui libellus, dum haec typis describuntur, in manus incidit.

362) ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 141 Sylb. 389 init. Potter. Vol. II. p. 80, 32 seqq. R. Klotz: *Εὐθυμένης δὲ ἐν τοῖς χρονικοῖς φησι, συνακμάσαντα (τὸν Ὅμηρον) Ἡσιόδῳ ἐπὶ Ἀκάστου ἐν Χίῳ γενέσθαι περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ταύτης δέ ἐστι τῆς δόξης καὶ Ἀρχέμαχος ἐν Εὐβοϊκῶν τρίτῳ.* Quorum Euthymenes quidem aliunde penitus ignotus uno a Clemente memoratur, de Archemacho autem cf. Vossius dhg. III. p. 329 seq., Clintonus in primo Fastorum volumine aliud agens nil affert praeter nomina ipsa.

Laertii mentione, quae occurrit in vita Xenophontis II, 56: *κατέστρεψε δέ, καθά φησι ΣΤΗΣΙΚΛΕΙΔΗΣ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΑΙ ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗΙ, ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου* (dicit **Callimedem** Olymp. CV, 1 Eponymum. Vid. not. ad Scal. Recens. n. 798), *ἐφ᾽ οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου Μακεδόνων ἦρξε.*

Postremo loco afferendus est Timaeus Tauromenita, teste Polybio XII, 11, 4, diligens et accuratus scriptor [363]), qui cum nec in vaga illa secundum generationes tempora computandi ratione, nec in solis Eponymorum aut Olympionicarum nominibus, salva rerum gestarum fide, acquiesci posse intellexisset, circa Olymp. CXXIX longe certissimi canonis usum introduxit: de quo sic legere est apud eundem Polybium XII, 12, 1: *ὁ γὰρ τὰς συγκρίσεις ποιούμενος ἀνέκαθεν τῶν ἐφόρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοὺς Ἀθήνησι, καὶ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει παραβάλλων πρὸς τοὺς Ὀλυμπιονίκας ... οὗτός ἐστι (Τίμαιος).* Ut autem, quid Timaeus in temporum notatione novarit, plenius et distinctius perspicias, necesse est eorum, quae paullo ante disputavimus, recorderis. Nimirum Lacedaemoniorum Reges et Ephoros, Atheniensium Archontes, Argivorum Sacerdotes, quin adeo Olympiades in chronologiae usu fuisse iam multo ante Timaeum supra vidimus. Sed antea singulae Olympiades victorum nominibus distingui solebant secundum solemnem formulam „*τετάρτῳ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ὁ δεῖνα ἐνίκα*“, non numeris, a prima omnium Olympiade computatis; neque in adhibendis caeteris temporum tesseris ulla vel apud accuratissimos superioris aetatis scriptores, veluti apud Thucydidem et Xenophontem, emergit constantia. Timaei igitur insigne de chronologia meritum, meo iudicio, hoc fuit, quod primus omnium et Olympiades calculo ex ipsa aera Olympiadum subducto n u m e r a r e coepit, additis Olympionicis, et non in certis quibusdam rebus cum delectu, sed c o n s t a n t e r per universam historiam nomina magistratuum eponymorum cum Olympionicis contulit. Explicuit autem hanc inventionem suam in libro quodam chronico, qui inscriptus fuit *ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ* [364]): cuius libri iactura dici sane non potest quantum damni attulerit universae temporum doctrinae. Scripsit quidem praeterea etiam alia nonnulla opera, cum Graecorum, tum Siculorum historias spectantia, quorum recensum, praeeunte Suida, egit C. Muellerus fhg. p. l seqq.: sed horum quoque fragmenta supersunt paucissima, eaque ita comparata, ut, num eandem in illis opusculis amplexus fuerit chronologiae rationem, ne coniectura quidem augureris. Quippe permiro fortunae casu accidit, ut, in tanto tamque constanti, cui Timaeum deditum legimus, Eponymos colligendi digerendique studio, ne unius quidem Archontis — ut nihil dicam de Ephoris aut Heresidibus, minus, ut videtur, celebratis — sed ne Archontis quidem unius apud inferioris aetatis scriptores auctor occurrat. Nihilominus illud apertissimum, Timaeo auctore quantum profecerit chronologia: quae cum non solum serie Eponymorum Graecorum continua, sed, quod multo pluris est, numerorum calculo omnium populorum communi temperari coepta esset, tum e fortuita et dubia constans et firma, e singulari generalis extitisse dicenda est. Iam enim fundamento superstructa fuit eiusmodi, in quo etiam qui res in patria non

363) *τοῦτ᾽ ἴδιόν ἐστι Τιμαίου, καὶ ταύτῃ παρημίλληται τοὺς ἄλλους συγγραφέας ... λέγω δὲ κατὰ τὴν ἐν τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς ἀναγραφαῖς ἐπίφασιν τῆς ἀκριβείας, καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιμέλειαν,* inquit Polybius l. l. Cf. Diodori V, 1: *Τίμαιος μεγίστην πρόνοιαν πεποιημένος τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας.*

364) Suidas s. v. *Τίμαιος ... Ὀλυμπιονίκας ἢ χρονικὰ πραξίδια.* An voluit *ἐγχειρίδια*? Meierus aliquando proposuerat *ταξίδια* in Encycl. Hal. III 3,167b, quam tamen coniecturam postea retractavit ibid. p. 489b. Cf. Westermann, Scriptt. vitt. Graecc. lib. V, 70 p. 226. Caeterum peculiare opus fuisse, neque vero, ut coniicit C. Muellerus fhg. p. liv, argumentum eius historiis intextum existimem. Cf. Polyb. XII, 11, 4. Quamquam adeo novissimum Suidae editorem, God. Bernhardium, cuius egregiam interpretationem summo

magis, quam apud exteras gentes gestas *συγχρονιστικῶς*, ut aiunt, enarraturus erat, tutus ubique pedem figere posset. Huius autem observationis, mea quidem opinione, verissimae vide qui fructus redundet in scriptionem quandam Xenophonteam. Vetus nimirum controversia est locos aliquot spectans, in duobus prioribus Hellenicorum libris oblatos, qui, licet haud paullo ante Timaei Olympionicas conscripti, tamen et ipsi praeter Thucydideas illas vel naturales annorum notas, non solum Archontum et Ephororum nomina per quinque annos continuos i. e. ab Olymp. XCIII, 1. usque ad Olymp. XCIV, 1 constanter adiecta, sed etiam priorem illam Olympiadem numeris definitam repraesentant [365]). Has igitur numerorum notas pariter atque illos Eponymorum titulos ab aliena manu profectos esse post ea, quae modo exposuimus, dubitari amplius non potest. An vero quisquam est, qui illam tanto consensu Timaeo tributam novi in chronologia instituti laudem anticipatam ad Xenophontem referre audeat? — Ultimum igitur chronologiae Graecae stadium Timaeus constituit, cuius rationem tempora numeratis Olympiadibus describendi unam omnium exactissimam certatim sectatos posteriores videas scriptores [365a]). Mitto Philochorum, ERATOSTHENEM, PHLEGONTEM, AFRICANUM supra commemoratos. Amplexi sunt eandem, si non in omnibus historiis omnes, certe in Graecis plerique, veluti SOSIBIUS LACO, EUPHORION CHALCIDENSIS [366]), HIPPO RHEGINUS [366a]), Polybius, HERMIPPUS SMYRNAEUS [367]), APOLLODORUS, SCRIPTOR LYDIACORUM, quae Xanthi Lydi nomine feruntur [368]), THALLUS, CASTOR, DIODORUS SICULUS, SOSICRATES RHODIUS [369]), DIONYSIUS et CHALCIDENSIS [370]) et HALICARNASSENSIS, THRASYLLUS [371]), Flavius Iosephus [372]), Plutarchus, Arrianus, HELIODORUS [373]) et PAUSANIAS PERIEGETAE, HIPPOSTRATUS [374]), Appianus [375]), MEMNO [376]), Sex. Empiricus [377]), DIOGENES LAERTIUS,

---

cum dolore meo rarissime tantum conferre contigit, testimonio lexicographi fidem derogare video, assentiente IUL. ARNOLDO in Prolus. Gymn. Gumbin. a. 1851. p. 13.

365) Lib. I, 2, 1 occurrit Olympias, et numero XCIII et stadionicae nomine distincta, cuius
ibidem annus I
lib. I, 3, 1 annus II
lib. I, 6, 1 annus III
lib. II, 1, 10 annus IV
} suo quisque et Ephoro et Archonte insignitus est.
Lib. II, 3, 1 annus I proximae Olympiadis item Ephori et Archontis mentione, Olympias autem ipsa stadionicae nomine, nullo computo descripta prodit.

365a) Consulto dixi scriptores. Latius enim non patuit usus aerae Olympiacae, certe ad vitam publicam aut privatam pertinuit nunquam. Cuius rei documento est, quod neque in *numis*, nec in *titulis*, excepta praeter Cyrenaicam, quam miserrima fraude adulteratam etiam aliunde constat, una tantum Boeckhiana inscriptione mox not. 432 afferenda, ulli Olympiadum numeri deprehenduntur. Neque ex *actis publicis*, quorum apud scriptores mentio fit, praeter Olymp. 207, a Solino cap. I memoratam affertur ulla. Neque id mirum, quandoquidem inventione ista solis doctrinae desideriis, nullis tamen vitae civilis necessitatibus consultum voluerunt veteres. Vid. Ios. ECKHEL. Doctr. numorum vett. Vol. IV. p. 376. coll. IDELERI Enchirid. chronol. Vol. I. p. 379.

366) ap. Clem. Alexandr. Strom. I. p. 389 POTT. cap. XXI. §. 117. KLOTZ.

366a) ap. Antigon. Caryst. Histor. Mirabb. CXXI (133). Vid. Voss. DHG. lib. III, p. 378. IV. p. 442, collato tamen A. WESTERMANNO in Paradoxogrr. Praef. p. XX.

367) ap. Diog. Laert. III, 2.

368) Cf. supra PROLEGG. not. 293.

369) Hunc SCALIGER Can. Isag. III. p. 342 Laconem facit nulla prorsus, quod sciam, veterum auctoritate. An fortasse V. D. SOSICRATEM confudit cum SOSIBIO. Id quod animadvertere oblitus sum ad RECENS. OLYMPP. 29, 1. not. 92. Vid. VOSS. DHG. III, 415.

370) Cf. PROLEGG. not. 295.

371) ap. Diog. IX, 41. Cf. PROLEGG. not. 287.

372) Antiqq. Iudd. XIII, 8. XIV, 14.

373) Vid. PROLEGG. not. 298.

374) Ibid. not. 306.

375) in PUNICIS cap. 135.

376) ap. Phot. cod. CCXXIV. Cf. PROLEGG. not. 289.

377) adv. Mathemm. I, 12. p. 270. FABRIC.

Athenaeus Naucratita, Aelianus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Dexippus [378]), Porphyrius, Eusebius, Cyrillus, Socrates Scholasticus [378 a]), Stephanus Byzantinus, Tzetzes, denique inferiore infimaque aetate et qui tempora aut vitas descripserunt, et qui didascalias aut lexica condiderunt [379]). Sed hoc in transcursu. Redeamus ad propositum.

Hunc igitur conspectum habes plenum, ut puto, eorum omnium, qui Olympionicarum aut Archontum aut utrorumque simul Descriptiones composuisse perhibentur. Quibus qui praeterea adduntur a Vossio, Ionsio, Lenzio, Graefenhano, eos verbo moneo falso a viris doctis in huiusmodi scriptorum numero collocari [380]). Sed etiam detractis illis magna profecto iactura relinquitur gravissimorum scriptorum, quorum quae ad nostram aetatem exilia permanarunt naufragia, excitare potius desiderium, quam explere videntur. Sensit sine dubio hanc litterarum Graecarum lacunam, tenebris opertam aevi medii, Iosephus Scaliger, quem haud inepte dicas ad eam sortem natum esse, ut mirificam lucem iis affunderet scriptoribus, qui mirifica premerentur caligine. Praedicat autem singularem hanc Scaligeri fortunam Eusebius, qui cum multa per saecula in oblivione iacuisset, coniecturis Viri Summi revixit felicissimis et ita revixit, ut ne Armeniacus quidem interpres multum ei vigoris addere potuerit. Atque praedicat eandem Olympiadum Descriptio, quam a Scaligero ea mente concinnatam esse iudicamus, ut, scribendi generis eius, quod, olim *ΑΝΑΓΡΑΦΩΝ* nomine celebratum, penitus perisset, proposito exemplo quodam, priscorum librorum cum laudem aemularetur, tum iacturam repararet. Quod quidem propositum quomodo peregerit Scaliger, hoc est veterum scriptorum quomodo mentem assecutus sit, rationem imitando effinxerit, certo diiudicare per ingentem stragem ipsorum exemplarium Graecorum non licet. Coniectura tamen, quo nitatur, Phlegontis habet fragmentum, e clade servatum a Photio cod. XCVII et ipso a Scaligero Olymp. CLXXVII, 1. 3. 4 transcriptum: e quo universam fere harum Recensionum *οἰκονομίαν* dilucide perspicias. Prorsus autem, ut in nostro Recensu factum videmus, etiam in Phlegonteo opere describitur Olympias, in quinque distincta areas, quarum prima numerum Olympiadis in fronte gerens nil nisi nomina prodit Olympionicarum, quattuor vero reliquae caeteras res per orbem terrarum gestas delectu certo eoque, ut statim patebit, nostrae Descriptioni gemino per singulos persequuntur annos. Unum est, quo discrepare videatur, a libro nostro Phlegonteus, Archontum scilicet defectus Atheniensium, quos Scaliger singulari cura putavit colligendos, utut neglectos a Phlegonte. Quamquam huius quidem in fragmento defectus culpam prope-

378) Vid. Eunap. in Praef. ad Excerpta Dexippi p. 246 sq. in Vol. II Collect. Scriptt. vett. ed. Ang. Mai. Rom. a. 1827. = Scriptt. Hist. Byz. ed. Bonn. a. 1829. P. I. p. 56. seq.: unde intelliges, Dexippi chronicam historiam dispositam fuisse ad eandem fere rationem, quam in definiendis temporibus adhibuit Diodorus.

378 a) Vid. not. Prolegg. n. 429.

379) E Latinis scriptoribus Olympiadum computationi insignem operam in libro, quem inscripsit De Die Natali, impendit Censorinus, eademque in digerendis historiis constanter usi sunt Hieronymus et Prosper Aquitanus, passim Cicero et Solinus.

380) Sunt autem hi: Asclepiades Alexandrinus, Hippostratus, Androtio, Ptolemaeus. Quorum Asclepiadem quidem Alexandrinum, quem *τοὺς κατὰ δῆμον ἄρχοντας* consignasse secundum Scholiastam Aristoph. Nubb. v. 37 affirmat Vossius dhg. IV. p. 507, recte ex hoc genere scriptorum expunxit Ionsius dshp. II. p. 249: ut mirum sit, quomodo veterem errorem recoquere potuerit Lenzius Philoch. Fragmm. ed. C. G. Siebelis p. 8. Idem tamen Ionsius quod Hippostrato IV. p. 266 attribuit *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφήν*, ipse in errore versatur, quem notavimus supra Prolegg. p. XLI. not. 306. Uti in Asclepiade, sic etiam in Androtione Archontum scriptore fallitur Lenzius: cuius hallucinationem iam redarguit Siebelis in Epistola ad Lenz. Philoch. Fragmm. praemissa p. XIX. Ptolemaeum denique Phalereum, quem Graefenhanus hpc. Vol. II. p. 165 inter Archontum scriptores refert, quin cum Demetrio Phalereo confuderit vir doctus, non dubito: quamquam hic omnino non probe imbutus videtur horum scriptorum notitia, quippe qui paullo inferius p. 166 non dubitaverit chronici Parii auctorem annis Pariis usum dicere, secundum Giberti sententiam, merito explosam a Boeckhio C. I. II. p. 307. seqq.

modum adducor ut Photio attribuam, non Phlegonti ipsi: quippe quem ex aliis indiciis, inprimis vero ex eo, quem de ***Mirabilibus*** scripsit, libello Eponymorum istorum studiosissimum fuisse appareat. Certe laudamus SCALIGERUM, quod Olympionicas non nude posuit, sed Archontes cum illis comparavit, TIMAEI et STESICLIDIS [381]) auctoritates secutus locupletissimas. De argumento autem horum librorum iam supra aliud agentes nonnulla praecepimus. Nimirum Olympionicarum illae Archontumque Descriptiones non sola continebant eorum, quos titulus prae se fert, nomina per annos digesta. Tale enim scriptionis genus, sterile et ieiunum, vix, credo, amplexi essent Aristoteles, Demetrii, Timaei. Continebant potius ***omnes res civiles et bellicas, graviores non magis, quam leviores,*** discriminis ratione si non nulla, certe non nimia. Id quod iterum cognoscas e Phlegontis fragmento saepius laudato, nec non ex Africani stadionicarum catalogo, in quo et ipso praeter victores Olympicos res memorabiles, veluti Romae origines [382]), regum [383]), tyrannorum [384]), imperatorum [385]) auspicia et exitus, reperiuntur annotatae. Insignem vero diligentiam antiqui *ΑΝΑΓΡΑΦΩΝ* conditores impendisse videntur *litteris,* quarum historias ipsis litterarum luminibus illustrare voluisse putandi sunt. Nam, ut Aristotelis de ***Lycurgo*** [386]) et de ***Empedocle avo,*** item Eratosthenis de *eodem* ***Empedocle*** [387]) et de ***Pythagora*** [388]), denique Timaei et de ***Lycurgo*** [389]) et de ***Empedocle*** [390]) et de ***Pythagora*** [391]) aliisque testimonia ut minus perspicua silentio praeteream, compara mihi Demetrium de ***Thalete*** [392]) et de ***Anaxagora*** [393]), Stesiclidem de ***Xenophonte*** [394]), Phlegontem denique de ***Virgilio*** [395]) testantem: facile concedes, quod de auctorum indice dixi, decore horum librorum praecipuo. Proinde tres potissimum historiae locos in his RECENSIONIBUS illustratos fuisse patet, quamquam non eadem omnes diligentia excussos, quorum primus in Olympiorum victoribus et Atheniensium Archontibus, alter in rebus domi militiaeque gestis, tertius in omni genere bonarum litterarum versabatur. Potius autem, si quid video, primum genus fuit atque tertium, alterum paullo incuriosius habitum. Atque eadem prorsus delectus ratione in Recensione sua uti videmus SCALIGERUM, sapienter scilicet antiquitatis genium non suo ipsius modulo atque arbitrio, sed ipsis veterum populorum moribus et exemplis metientem. Ingenti enim industria et successu minime mediocri ***Archontes Atheniensium,*** tantum non ex omnibus scriptoribus Graecis colligendos, contulit eosque cum ***Olympionicis*** [395a]) coniunctos digessit; et pri-

---

381) De TIMAEO cf. POLYB. XII, 12, 1: quem locum supra excripsimus. STESICLIDIS autem rationem cognoscas e Diog. II, 56: *κατέστρεψε δὲ (ὁ Ξενοφῶν), καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ, ... ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου (Καλλιμήδους).*

382) Olymp. VII.

383) Olympp. VII. CXII. CXIV. CXXXIII.

384) Olymp. XXXV.

385) Olympp. CLXXXIII. CLXXXIV. CXCVIII. CCV. CCVIII. CCXII. CCXIV. CCXV. CCXIX. CCXXIV. CCXXIX. etc.

386) ap. Plut. Lycurg. cap. 1.

387) ap. Diog. VIII, 51.

388) ap. eundem Diog. VIII, 47.

389) Fragm. MUELL. 47. p. 202 a. coll. 152. p. 232 b.

390) Fragm. 81. 88. 88 a. 93. 98.

391) Fragm. 78. 81.

392) ap. Diog. I, 22.

393) ap. eundem II, 7.

394) ibid. II, 56.

395) ap. Phot. cod. XCVII. coll. ad Olymp. 177, 3 not. 1317.

395 a) Prae Olympionicis, ut supra animadverti PROLEGG. p. XXIX, *Pythionicas caeterorumque ludorum sacrorum victores* tantum non neglexit. Consulto, ut nunc patet, et rationi modo demonstratae convenienter. Olympicorum enim, neque vero aut Pythiorum aut reliquorum hieronicarum exhibere descriptionem voluit. Proinde Pythiadum Olymp. 48, 3. Isthmiadum 49, 1. Nemeadum 53, 1 notatis initiis (Vid. PROLEGG. p. XXIV. seq. nott. 180—185), rarissime ad ista redit certamina, Isthmiorum victorum nullum, Nemeaeorum unum, Pythiorum paucos attigit, Pindari quippe celebratos Musa, quamquam ne hos quidem complexus est

mus omnium Archontum simul et Olympionicarum catalogum confecit: quo postea praecipuo cum fructu usi sunt omnes ii, qui Fastos Atticos aut Graecos composuerunt, non MEURSIUS tantum et CORSINUS superioribus saeculis, sed etiam nostro tempore CLINTONUS.

---

omnes, nec suo quemque loco collocavit. Iam horum quidem hieronicarum nomina, minus, quam Olympicorum, ipsos apud veteres celebrata, minori etiam numero ad nos pervenisse verum est. Nihilominus tamen SCALIGER iis, quos contulit, sat multo plures nancisci et e Pausania (x, 7, 4) et e Scholiasta Pindarico, si id egisset, facillime potuisset. Et Pausaniae quidem, quem dixi, locus brevem ille ludorum PYTHIORUM historiam, victorum singulis deinceps ascitis certaminis generibus principum nominibus distinctam delineans dignus vel imprimis, qui notetur, hic est: *τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης... ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν. ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες ΚΕΦΑΛΛΗΝ τε ΜΕΛΑΜΠΟΥΣ κιθαρῳδίᾳ καὶ αὐλῳδὸς ΑΡΚΑΣ ΕΧΕΜΒΡΟΤΟΣ, ΣΑΚΑΔΑΣ δὲ ΑΡΓΕΙΟΣ ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς. ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, τά τε ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δολίχου καὶ διαύλου παισὶν εἶναι δρόμον. δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι* (h. e. Olymp. 49, 3) *οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο. καὶ αὐλῳδίαν τότε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον ... προσέθεσαν δὲ καὶ ἵππων δρόμον. ἀνηγορεύθη δὲ ἐπὶ τῷ ἅρματι ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ ὁ ΣΙΚΥΩΝΟΣ τυραννήσας. Ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι* (proinde Olymp. 55, 3) *προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων, καὶ ΤΕΓΕΑΤΗΣ ἐστεφανοῦτο ΑΓΕΛΑΟΣ. τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι* (Olymp. 70, 3) *προστιθέασιν ὁπλίτην δρόμον, καὶ ἐπ' αὐτῷ ΤΙΜΑΙΝΕΤΟΣ ἐκ ΦΛΙΟΥΝΤΟΣ ἀνείλετο τὴν δάφνην. ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι* (Olymp. 95, 3) *καὶ συνωρίδος εἶναι κατεστήσαντο δρόμον, καὶ ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ ΦΩΚΕΩΣ ἐνίκησεν ἡ συνωρίς. Πέμπτῃ δὲ Πυθιάδι ἀπὸ ταύτης* (Olymp. 100, 3) *πώλους ἔζευξαν ὑπὸ ἅρματι καὶ παρέδραμεν ΟΡΦΩΝΔΑ ΘΗΒΑΙΟΥ τέθριππον. παγκράτιον δὲ ἐν παισὶ καὶ συνωρίδα τε πώλων καὶ πῶλον κέλητα πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον κατεδέξαντο Ἠλείων, τὸ μὲν πρώτῃ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα* (Olymp. 108, 3), *καὶ ΟΛΑΙΔΑΣ ἐνίκα ΘΗΒΑΙΟΣ. διαλιπόντες δὲ ἀπὸ ταύτης μίαν* (Olymp. 110, 3) *κέλητι ἔθεσαν δρόμον πώλῳ, ἐνάτῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑξήκοντα* (Olymp. 116, 3) *συνωρίδι πωλικῇ. καὶ ἐπὶ μὲν τῷ πώλῳ τῷ κέλητι ΛΥΚΟΡΜΑΣ ἀνηγορεύθη ΛΑΡΙΣΑΙΟΣ, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ δὲ ἐπὶ τῇ συνωρίδι ΜΑΚΕΔΩΝ.... Δάφνης δὲ στέφανος ἐπὶ τῶν Πυθίων τῇ νίκῃ κατ' ἄλλο μὲν ἐμοὶ δοκεῖν ἐστιν οὐδέν, ὅτι δὲ τῆς Λάδωνος θυγατρὸς Ἀπόλλωνα ἐρασθῆναι κατέσχηκεν ἡ φήμη.* Ex hoc igitur rerum Pythiarum fonte longe uberrimo SCALIGER postquam pauca, ad indicandum Pythiadum initium spectantia (sub Olymp. 48, 3), delibavit, reliqua, imprimis tot, quae occurrunt, Pythionicarum nomina intacta reliquit omnia. Complura, ut supra significavi, profecit e Scholiasta Pindari, quamquam nec huius copias aut excussit penitus aut ita, ut debuit, ubivis in usum suum convertit. Nam praeter eos, quos inde depromptos protulit, Pythionicas — in quibus tamen *Megaclis, Hippocratis filii, τέθριππον* non ad Olymp. 75, 3, nedum ad 129, 3, sed ad 72, 3 = *Pyth.* 25 (quam Pythiadem qui olim vulgarem secutus opinionem cum Olymp. 73, 3 comparaverat BOECKHIUS not. 1 ad Scholl. p. 391, post in Explicatt. p. 305 correxit errorem) itemque *Hieronis Syracusani κέλης Φερένικος* iterum victor non ad Olymp. 75, 3. Pyth. 28, sed ad *Olymp.* 74, 3. *Pyth.* 27 pertinet; vid. nott. ad RECENSUM, n. 321. 324 — ibidem offertur *Ergoteles Himeraeus Olymp.* 76, 3. *Pyth.* 29 *cursu* (Olymp. XII. inscr. p. 261, ubi quae altera memoratur Ergotelis palma Pythia, ea num Pyth. 25. Olymp. 72, 3 recte ascripta sit, dubites, vid. BOECKH. not. 1 ad Schol. l. l. coll. tamen eiusdem Explicatt. p. 208), porro *Aristomenes Aegineta Olymp.* 80, 3. *Pyth.* 33 *puerorum lucta* (Pyth. VIII. inscr. p. 394. Codicis Gottingensis scripturam *λη'* in *λβ'* (*ΛΗ* in *ΛΠ*) deflectens OD. MUELLERUS Aeginett. p. 178. etsi acumen ingenii probavit BOECKHIO in not. 7. ad Schol. l. l., acumini tamen cedere debet BOECKHII ipsius, vulgatam Scholiastae lectionem *Λ Ε* in *Λ Γ* mutandam censentis Explicatt. p. 308 seq. Cui adversatus qui *ΛΛ* praeoptat C. G. KRUEGERUS Studd. histt. philoll. Berol. 1836. 8. p. 191, vereor, ne vim intulisse videatur traditis codicum scripturis), postremo *Epharmostus Locrus Opuntius iisdem Pythiis lucta inter viros victor* (Olymp. IX, 17 p. 210 e codicis Vrt. A lectione, quam tuetur BOECKHIUS in Explicatt. p. 187). ISTHMIONICAS nil moror, ut quorum quae in iisdem Scholiis memorantur victoriae, incerti temporis sint omnes. Nam qui soli in TEMPORUM INDICE BOECKHIANO certo sub anno Olymp. 75, 3 notati reperiuntur: *Phylacidas Aegineta* et *Xenocrates Agrigentinus*, non tam disertis Scholiorum testimoniis, quam meris virorum doctorum coniecturis nituntur. Vid. de Phylacida inter *pancratiastas* iterum coronato, L. DISSENI Explicatt. ad Pind. Isthmm. IV. p. 510. Nemm. V. p. 391, de Xenocrate ex *equiriis* victore BOECKH. ad Pythh. VI. p. 296. Olymp. II, v. 54 seqq. p. 127. E NEMEONICIS unum SCALIGER attulit *Sogenem Aeginetam*, eum tamen Olymp. 59. 3 Nem. 14. perperam assignavit, scilicet et Scholiastae Pind. Nemm. VII. p. 474 vitio et sua ipsius Nemeadum numerandarum ratione deceptus. Vicit is potius Olymp. 79, 4. Nem. 54, e *quinquertio puerorum* palmam adeptus, una Nemeade postquam ipsum pentathli certamen Nemeae primum erat institutum. Vid. not. ad RECENSUM n. 209. Haud ita multo post ludi Nemeaei intermissi videntur et cessasse satis diu, donec denuo sunt restaurati Olymp. 116, 2. curante et apparante Cassandro. Auctor Diodorus XIX, 64, quem in Animadvv. ad Euseb. p. 92 a erroris accusat SCALIGER, ut qui *Νεμέων ἀγῶνα* in Olympicos annos 1 et 3 incurrere sibi persuaserit. Proinde nec testimonium eius recepit in RECENSUM. Sed constat hodie, rem prorsus contra se habere, inque culpa non Diodorum, sed SCALIGERUM ipsum versari. Vid. PROLEGG. p. XXIV.

Cf. FF. HH. Vol. II. Prooem. p. XXVII. ed. KRUEG. Item *chronologiam historiae litterariae,* praecipue Graecae, amissis antiquioribus biographis [396]) fere omnibus laceram et lacunosam, atque in diversissimos scriptores, unde operose congerenda et concinnanda erat, disiectam et dissipatam, admodum feliciter instauravit et restituit primamque omnium eamque uberrimam veterum scriptorum recensionem chronologicam, Graecorum quidem nominibus paullo clarioribus omnibus, Romanorum vero paucis iisque celeberrimis distinctam, exhibuit. Alteram vero rerum seriem, in *politicis,* quae proprio nomine vocantur, versantem, negari sane non potest minus illam quidem plene et accurate esse digestam, certe ita, ut nostrae aetatis usui omni ex parte sufficiat, non ubivis tractatam: quippe quae compluribus locis dicenda sit et e rerum delectu et e temporum notatione haud leviter claudicare. Veruntamen si SCALIGER non omnia scitu digna attulerit, neque ea, quae attulit, recte omnia assignaverit, simul reputandum illud est, Virum Summum nusquam alienae operae depeculatorem, sed suum ubique ipsius exemplum, sine ullis praeter fontes ipsos, quorum uberrimo, Eusebii chronico, certa de caussa [397]) ne utendum quidem existimavit, litterarum subsidiis et adminiculis, novum hocce scriptionis genus, in historiis antiquis secundum temporis ordinem recensendis occupatum omnium primum condidisse: profecto ut laudandus potius, quod tot rerum tempora recte eruerit, quam quod nonnulla non invenerit aut prorsus neglexerit, vituperandus esse videatur. Copiosissime autem, uti par erat, res Graecas recensuit, tyrannidis deinde ex Asia in Graeciam traductae initia et progressus laudabili diligentia annotavit, regnorum denique et inprimis imperii Romani fortunas ac successiones apte digessit, non omnes quidem singulorum populorum reges, tyrannos, imperatores, sed qui per se epochas constituerent, maxime sectatus [398]). — Vide igitur, quam egregie triplex Recensionis nostrae argumentum, quin ipsa quoque mutua singulorum generum inter se ratio conspiret cum veteribus Olympiadum et Olympionicarum Descriptionibus. Nimirum hic, ut illic, iidem tres historiarum loci praecipue respecti, eorumque hic, ut illic, iidem duo insigni cura observati, tertio paullo liberius tractato: proinde ut SCALIGER, quemadmodum nec expectes aliter de subtilissimo antiquitatis existimatore, priscarum hoc genus Recensionum indolem et recte cognitam habuisse et scienter expressisse censendus sit.

Haec igitur sunt, quae de scribendi opportunitate auctori e deperditis Olympiadum Descriptionibus nata et de tripartito libri argumento in universum dicenda habeo. Cuius quidem disputationis hic fructus est, non solum ut iam rectius simul et aequius de rebus ipsis iudicari, sed etiam ut ingens earum moles sub certa quaedam capita veterum Recensionum exemplo collecta certius et facilius perlustrari queat. Itaque quod superest officii nostri, ut singula et delectus et temporis ratione habita examinentur, eo nunc quidem paucis defungi licebit. Sed vel in summa brevitate fieri non posset, quin novos tanquam fastos ipsi scriberemus, si tria illa rerum genera iudicando percurrere, omissa supplere, perperam assignata emendare vellemus. Inprimisque alterum genus, quamvis cum caeteris comparatum minus copiose, imo tenuius tractatum esse constet, nihilominus tamen et simul propter ipsam tenuitatem suam, pro immenso scilicet politicae, quam dicunt, historiae ambitu, tantam tamque variam offert annotandi maximeque supplendi materiam, qua sola scite usus totum librum implere possis. Quare istas quidem res hic non amplius attingimus, sed lectorem delegamus ad ea, quae et in Notis infra et supra in Prolegomenis cap. II. pag. XVIII — XXII ipsoque huius capitis initio pag. XLV aut ad

---

396) Cf. de his vitarum scriptoribus deperditis GRAEFENHANUM HPC. Vol. I. p. 319 seqq. II. p. 192 seqq. III. p. 409. seqq.
397) Cf. PROLEGG. p. XVI.
398) Hoc quidem ex stemmate, supra PROLEGG. XVIII—XX. proposito, satis apparebit.

illustrandum hunc locum aut ad explendas lacunas eius observata sunt. Sic primum genus relinquitur et tertium, quorum hoc me magnopere ad se invitat propterea, quod quidquid ad litterariae historiae chronologiam pertineret, hoc libro collectum afferre constitueram. Ac de plurimis quidem scriptoribus et poëtis a SCALIGERO propositis fuse egi in textus ipsius vindiciis. Reliquorum [399]) vitas cum longiorem disputationem postulare viderem, ipsis his PROLEGOMENIS aliquando reservaveram. Nunc vero, cum rerum, nominum numerorumque copia, quam congessi, fines huius quaestionis excedere videatur: totum hoc caput alius et loci et temporis opportunitati relinquere satius duxi. Interim vel e solo scriptorum indice, ad calcem libri digesto, nec non ex Animadversionibus nostris Recensui ascriptis, quo iure supra tam honorifice de hac libri particula iudicaverim, coniici poterit. Exclusis igitur duobus posterioribus quod superest genus primum optionem dat eligendi inter Archontes et Olympionicas. Ac de Archontibus quidem rursus satis nobis disputasse videmur in Notis, simul usi iis, quae ex A. BOECKHII ***Monumentis Navalibus*** in fructum eius disputationis redundant: inde ut et quid SCALIGER in hoc argumento praestiterit et quid posteriores, MEURSIUS, CORSINUS, CLINTONUS, sive pessumdederint sive emendarint, certo iudicio cognosci posse existimem. Itaque qui cum nomine libri nostri cognatissimi soli reliqui sunt Olympionicae, in eis me continebo eorumque a SCALIGERO confecta recensione, quomodo Noster argumentum suum tractare consuerit, ostendam, hoc scilicet exemplo usus uno pro multis, quo tute tanquam obrussa quadam veritatem nostri de reliquis operis particulis iudicii experiare.

Primum autem videamus, num recte SCALIGER usus sit fontibus suis, tum num eos exhauserit. Iam antiquissimis quidem Olympiadum Descriptionibus caremus ipsi, caruit NOSTER: nec PHLEGONTEI libri reliquiae praeclarae magis, quam rarae sunt. Solus integer qui superest AFRICANI catalogus, is etsi stadionicas tantummodo percenset, nec reliquorum victorum meminit, nisi eorum, qui novo quoque certaminis genere primi palmam meruerint, tamen cum propter fontium, unde profluxit, praestantiam, tum propter continuam, quam continet, nominum seriem, per Olympiades digestam singulari fide dignus et primo loco censendus est. Proximus huic auctoritate PAUSANIAS est, qui agonis Olympici initia et progressus enarrans in Eliacis (lib. v, capp. 8 et 9) haud raro ad Olympionicas ipsos descendit, idem nominibus eorum etiam in aliis Graecorum historiis ad notationem temporum haud infrequenter usus. Atque temporum indices Olympionicae apud historicos occurrunt multi, cum apud THUCYDIDEM passim et DIONYSIUM HALICARNASSENSEM, tum vel constantissime apud eos, quorum insignis in notandis stadionicis Olympicis diligentia est, PSEUDOXENOPHONTEM (Hellenicorum interpolatorem) et DIODORUM. Denique nonnulla Olympionicarum nomina occasionem nacti cum alii produnt, tum ETYMOLOGICI MAGNI SCRIPTOR et SCHOLIASTAE, veluti Homeri, Thucydidis, maximeque Pindari. Horum sane auctoritas, comparata cum reliquis illis, levior est et pro diverso auctorum, quos quoque loco secuti sunt, pretio diversa. His igitur testibus

---

399) *e. c.* ***Arctini*** ***not.*** **22** *ad* ***Recens.***, ***Archilochi not.*** **44**, ***Anacreontis not.*** **72**, ***Alcmanis not.*** **80**, ***Tyrtaei not.*** **117**, ***Sapphus et Erinnae not.*** **134**, ***Onomacriti not.*** **168**, ***Ibyci not.*** **182**, ***Lasi not.*** **198**, ***Theagenis Rhegini not.*** **225**, ***Dionysii Milesii not.*** **237**, ***Cynaethi Chii not.*** **253**, ***Pratinae Phliusii not.*** **264**, ***Hellanici not.*** **272**, ***Phrynidis not.*** **316**, ***Panyasidis not.*** **370**, ***Ionis tragici not.*** **423**, ***Aristomenis comici not.*** **490**, ***Diagorae not.*** **571**, ***Antimachi not.*** **617**, ***Astydamantis tragici not.*** **642**, ***Ctesiae not.*** **644**, ***Philoxeni not.*** **645**, ***Timothei ibid.***, ***Telestis ibid.***, ***Sophoclis minoris not.*** **648**, ***Theopompi nott.*** **660. 802. 888**, ***Callisthenis nott.*** **688. 815**, ***Carcini minoris not.*** **713**, ***Duridis Samii not.*** **754**, ***Theodectis not.*** **768**, ***Anaximenis Lampsaceni not.*** **789**, ***Philisti ibid.***, ***Anaxis not.*** **795**, ***Dionysodori ibid.***, ***Demophili not.*** **814**, ***Diylli nott.*** **816. 900**, ***Ephori not.*** **899**, ***Callimachi not.*** **1097**. ***De Melanippidis*** *vita et arte disputavimus in* ***Prolus. Gymnasii Gubensis an.*** **1848. 4.**

SCALIGER ita usus est, ut, si dissentirent cum Africano caeteri, in gravioribus quidem discrepantiis singulorum dissidium diserte annotaret, in levioribus autem unum, eumque, uti par erat, fide dignissimum, sine dubitatione amplecteretur, in his tamen in universum caeteris credere, quam Africano tutius duceret. Quemadmodum vero in universa lucubratione, sic etiam in hac libri particula criticum nostrum plus semel in errorem induxit ***conditio codicum et editionum, quibus usus est, tristissima.*** Ac primum quidem Africani stadionicarum index Graecus, quo primario in his rebus fonte utendum erat, multis ille locis corruptus vel mutilatus, statim ab initio prohibuit, quominus operam suam omni ex parte probare posset nostrae aetati, qui suffragio adiuvamur codicis Haicani. Is primum ***supplet lacunas aliquot,*** quae reperiuntur apud SCALIGERUM. Olymp. XXXIII truncam orationem: *προσετέθη καὶ* ... persanat addita voce *κέλης*. Idem et Olympiadem CXXIX novi certaminis memoria locupletat: *προσετέθη συνωρὶς πωλική, καὶ ἐνίκα Φιλιστίχη Μακέτις*, et CXXXI: *προσετέθη μόνιππος πωλικός, καὶ ἐνίκα Ἱπποκράτης Θετταλός* [400]). Porro Olymp. CLVI ante *Ῥόδιος* nomen inserit *Ἀριστόξενος*. Tum CLXXIV stadionica ex Armeniacis emersit, aliunde penitus ignotus: *Δημόστρατος Λαρισσαῖος* [401]). Ad CLXXXVII SCALIGER apposuit: *Σώπατρος Ἀργεῖος,* notatis ad proximam Olympiadem lacunae signis. Succurrunt hic quoque MAII Armeniaca p. 158 et quadam ex parte adeo Anecdota CRAMERI Vol. II. p. 150: CLXXXVII. *Ἀρίστων Θούριος τὸ β′* [402]), CLXXXVIII *Σώπατρος Ἀργεῖος*. Postremo ad CCXXII post *Κάλλιστος Σιδήτης στάδιον* codex Haicanus ex AUCHERI versione P. I. p. 310 coll. MAII p. 161 addit: ***'Rursus equi currunt',*** i. e. *πάλιν ἵπποι ἔδραμον*, vel, interprete NIEBUHRIO p. 215, *ἀνενεώθη τῶν ἵππων ὁ δρόμος*. Praeterea quaedam ad Graecum SCALIGERI textum additamenta leguntur in areis Olympiadum CLXXVIII et CCIV; ea tamen ab utroque Armeniacorum interprete parum intellecta Graece reddere vix audeas. Cf. NIEBUHRIUM p. 214 seq. — Deinde haud pauca ***Olympionicarum nomina*** identidem prodierunt ***emendatiora:*** Olymp. XXV *Θάλπις* pro *Θάλπιος,* XXXIII. *Γῦλις* pro *Γύγις,* XXXIX. *Ῥιψόλαος* pro *Ῥίψολκος,* XLVI. *Χρυσόμαχος* pro *Χρυσάμαξος,* LXXX. *Τυριμμᾶς* pro *Τορύμμας,* XCIII. *Εὐρώτας* vel potius, corrigente Pausania VI, 8, 3 [403]), *Εὐβώτας* pro *Εὔκατος*, CXLVII. *Κλειτόστρατος* pro *Κλεόστρατος,* CCIV. *Νικόστρατος* [404]) pro *Στράτις,* CCXVI. *Πάτις* pro *Πάπης* vel *Πάππης*, CCXL. *Ἀνουβίων* pro *Ἀνουβί,* CCXLII. *Μάγνος* pro *Μάγνης*, CCXLVII. *Σατορνῖνος* pro *Σατορνῖλος*. Tum ***notas aliquot gentilicias,*** aut propter complurium urbium *συνωνυμίαν* ambiguas aut nimis generales ***artius et accuratius definitas exhibet codex Ar-***

---

400) Sic scilicet Latina AUCHERI P. I. p. 299 Graece reddidi, praeeunte NIEBUHRIO in Scriptt. histt. philoll. minr. collect. I. p. 214, nisi quod pro *Μακεδίς* praetuli *Μακέτις*. Hoc enim et AUCHERI scriptura: *Philistiachus Maceti* et usus requirit linguae Graecae, de quo vid. LOBECK. Pathol. p. 32. Praeterea pro *μόνιππος* maluerim *κέλης* propter Pausaniae (V, 8, 3) *πῶλος κέλης*. Vid. nott. ad DESCRIPT. OLYMP. 1112. et 1113 coll. 1103.

401) Sic certe AUCHERI interpretatio defectum textus Graeci explendum ostendit P. I. p. 303. Secundum MAII sane Armeniaca potius rescribendum fuerit: *Δημόστρατος Λαριεύς* p. 157. Huic tamen scripturae altum obstat totius antiquitatis de Lariensibus silentium. Est quidem, unde Larienses effici posse putes, locus quidam Strabonis I. p. 89. Oxon. Vol. I. p. 162. I. P. SIEBENKEES. Sed hunc manifesto corruptum emendavit D. CORAES. Cf. FR. FRIEDEMANN ad Strab. l. l. Vol. VII. p. 426.

402) Illud *τὸ β′* perperam omittit Graecus CRAMERI codex.

403) Cf. NIEBUHRIUM p. 216.

404) An vero potius *Νικόστρατις*? Hanc certe nominis formam et perspicue exhibet codex Armeniacus AUCHERI P. I. p. 307. MAII p. 159, nec parum commendat lectio *Στράτις*, uncis inclusa a SCALIGERO p. 44. *Στράτις* autem vel *Στράττις* e *Στρατίος* ortum puto, uti *Χρόμις* e *Χρομίος*, aliaque duplicis huius terminationis exempla, quae cf. apud peritissimos harum rerum iudices LEHRSIUM de Arist. Studd. Homm. p. 280. not. et LOBECKIUM Path. Serm. Gr. p. 502. seqq. Denique e *Στράτις* fit *Νικόστρατις* prorsus eodem modo, quo v. c. *Πόλυμνις* ex *Ὕμνις*.

meniacus. Sic Olympp. cxx et clxxii ad *Μάγνης* addit: *ἀπὸ Μαιάνδρου*, cxxxii ad *Αἰτωλός, ἐξ Ἀμφίσσης*, cxliv ad *Σαλαμίνιος· ἐκ Κύπρου*, cxlix ad *Σελευκεύς· ἐκ Πιερίας*, cliii ad *Λέσβιος· ἐξ Ἀντίσσης*, clxxxvi ad *Ἀλεξανδρεύς· τῆς Τρῳάδος*, cxcviii ad *Προυσαεύς· πρὸς Ὀλύμπῳ*, ccxlii ad *Μάγνος· Λίβυς*. Praeterea etiam Olymp. lxiv *Θετταλός* restituit pro *Θεσσαλεύς*, clxxxix *Σικώνιος* h. e. *Σικυώνιος* pro *Σιδώνιος*, ccxxxv *Ἐλατεύς* pro *Ἐρατεύς*, quod nihili est. Uno loco Olymp. xxix (coll. not. ad recens. n. 89) ***numerum correxit*** *κβ'* pro *νβ'*, in mensura nimirum saltus Chionidei, alias prodigiosi et in homine post saltum integro relicto prorsus singularis. Nam qui, si fides est epigrammaticis poëtis, Chionim saliendo superavit, transmissa lv pedum longitudine, ***Phayllus Crotoniates Pythionica,*** ingentis ausi poenas dependit claudItate. Vid. Scholl. Aristoph. Acharnn. v. 214. Eustath. ad Hom. p. 1591, 56 = Anthol. Gr. ed. fr. iacobs Vol. iv. n. 205. p. 160. xi. p. 411. Suid. s. v. *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα* coll. Paus. x, 9, 2 et Herod. viii, 47. Aliae emendationes levioris quidem momenti sunt, quamquam certae non minus, veluti Olymp. ccxi *ὑπὸ κηρύκων* pro *κηρύκων ἀγῶνα*[405]). Hoc igitur praestantissimo uberrimoque critices factitandae subsidio licet destitutus esset scaliger, ingenio tamen huius viri sagacissimo haud paucas contigit divinando praeoccupare emendationes, quae, aut in olympiadum recensu aut in addendis notis ad Graeca Eusebiana p. 426 seqq. propositae, nunc Armeniacae versionis auctoritate quamvis hic illic vitiata muniuntur egregie et confirmantur. Eiusmodi sunt Olymp. vi *Οἰβώτας* pro *Οἰβώλας*, xiv. *Ὑπήνιος* pro *Ὕπηνος* (recens. not. 34), xviii. *Λάμπις* pro *Λαμπίας* (ibid. not. 55), xxxii. *ὅτε καὶ πυγμὴν Κομαῖος* pro *ὅτε καὶ Κομαῖος* (ibid. not. 105), xli. *Συβαρίτης* pro *συκαρίτης*, xlvi. *Πολυμήστωρ* pro *Πολυμνήστωρ*[406]), lxv. *Ἡραιεὺς* pro *Ἡρακλείδης* (ibid. not. 235), lxvii. *ἐτρίσσευσεν στάδιον, δίαυλον, ὅπλον* pro *ἐτρίσσευσεν δίαυλον, ὅπλον*, lxx. *Νικίας* pro *Νικαίστας*, civ. *Φωκίδης Ἀθηναῖος στάδιον* pro *Φ. Α. πάλη*, cv. *Πῶρος* pro *Παῦρος*, cx. *Ἀντικλῆς Ἀθηναῖος*, quod supplementum et scaliger requirit addend. p. 428[b] et revera offert codex Haicanus apud aucherum i. p. 296, quamquam forma nominis paullulum a vero deflexa anicles; porro cxiii. *Ἀγεύς* pro *Ἀργεύς*, ccxxxviii. *Αἰγινήτης* pro *Ἀπινίτης*. Passim quidem elementa Graeca mendi aliquid traxerunt ex alienis litteris: sed vel ipsa corruptela Armeniacae interpretationis hic illic coniecturis scaligeri patrocinatur disertissime. Quo e genere notavi Olymp. vii. *Δαρκλῆς* h. e. *Δαϊκλῆς* pro *Διοκλῆς*, xcv. *Μίνων* h. e. *Μίνως* pro *Μένος* aut *Μένων*, cxvi. *Δειμοσθένης* h. e. *Δεινοσθένης* pro *Δημοσθένης*, quod in addendd. p. 428[b] iure repudiatum in recensu recoquere non debebat Vir Doctus, cxlii. *Κάπος* h. e. *Κάπρος* pro *Κάρος*, clx. *Ἀνόδωρος* h. e. *Διόδωρος* pro *Ἀνώδοκος* vel *Ἀνόδωκος*[407]).

---

405) Proposui supra eas tantummodo lectiones novas, in codice Armeniaco oblatas, quae uti praestant Scaligerianis, sic constant per se. Caeteras exclusi numero haud paucas, quae licet et ipsae novitatis laude commendentur, genuinas tamen formas non integras, sed peregrinorum manu interpretum minus magisve obscuratas continent. Has igitur examine critico etiam secundum niebuhrii, qui colligendas duxit p. 216, iudicium minime indignas sagacioribus refingendas relinquo.

406) *Πολυμήστωρ* quidem duobus locis et in olympiadum recensu p. 316 et in olympionicarum descriptione p. 348 exhibuit scaliger. Idem tamen in Eusebii *χρον. λόγ.* p. 40 *Πολυμνήστωρ* edidit, Bocchi, ut videtur, fide apud Solinum p. 15. An vero deteriorem hancce formam typothetae deberi dicamus? Huc sane inclinat animus, atque hinc emendes, quae paullo iucautius iudicavimus not. ad recens. n. 146.

407) Nonnullas harum lectionum, veluti *Θάλπις, Ῥιψόλαος, Κλειτόστρατος*, porro *Λάμπις, Πολυμήστωρ, Ἀγεύς* confirmant nunc etiam Anecdota crameri. Eadem in *Χρυσόμαχος* certe litteram o tuentur in antepaenultima. Denique Olymp. 32 ante *Κομαῖος* vocem *πυγμήν*, atque 67 ante *αὐλον* (sic!) *στάδιον* inserunt et ipsa, pp. 142—148. Vol. ii.

In nonnullis tamen sed paucissimis coniectandi periculis SCALIGERUM a vero aberrasse eadem evincunt Armeniaca. Sic nec *Δέσμων* Olymp. XIV, nec *Πελληνεύς* LXVII, quorum alterum ille in *Δάσμων*, alterum in *Πριηνεύς* diffinxit, medicina indigere, sed formis memoriae proditis rectissime se habere ostenderunt. Alias quidem lectiones depravatas esse constat, quarum tamen quas SCALIGER proposuit emendationes, respuunt Armeniaca. Eiusmodi sunt *Τορύμμας* Olymp. LXXX et *Εὔκατος* XCIII, a critico nostro in *Τυρύμμας* et *Εὔβατος* deflexa (ADDENDD. p. 428ᵇ), refragantibus, quod e superioribus intellectum puto, Armeniacis. — Tantum de genuini Eusebii vindice Haicano, utut egregio, SCALIGERI tamen usibus negato. Pergo ad eos Olympionicarum auctores, qui aderant Nostro. Aderant autem, quos supra excitavi, Pausanias, Diodorus, alii, quos SCALIGER omnes diligentissime excutiendos, plerosque adeo respiciendos praecipue existimavit, cum in recensendo Eusebii textu, tum in hac Olympiadum concinnanda Descriptione. Quum autem in NOTIS AD GRAECA EUSEBII haud raro satis habuerit, si qui Eusebii a caeteris dissensus emergeret, eum simpliciter indicasse, nulla addita iudicii significatione, in RECENSU critici munus ita explevit et consummavit, ut, non dubia scilicet varietatis disceptatione, unam lectionem, eamque, sua quidem opinione, praestantissimam, deligeret solamque proponeret. Delectum vero ipsum non usquam libidine et arbitrio, sed iudicio ubivis et ratione instituit, neque uni alicui scriptori se totum addixit, sed suum cuiusque pretium e certis critices legibus aestimavit. Hinc nunc Africano Pausaniam aut de reliquis unum, nunc Pausaniae et reliquis Africanum praeoptandum duxit. Et Africanum quidem Olymp. VI. XIV. XVIII. XXV. XXXVIII. LXV. LXXIII. XCIX. Pausaniae, LXXV. XCI. XCIII. XCVIII. CIII. CV. CVII. CXVII Diodoro, CLXXVII Phlegonti, LXXIV Dionysio, VII utrique et Dionysio et Phlegonti [408]), Pausaniam vicissim XXVII et XCIII Africano, LXXV. XCIII. CV Diodoro, LXXIV Dionysio [409]) concedere iussit, non quidquam usquam, pro subsidiorum quidem ratione suorum, inepte aut idonea sine caussa molitus [410]). Quotiescunque vero aut in scriptura nominum aut in temporum descriptione dissensio veterum maior apparuit, quam ut certo componi posse videretur, utramque et nominis scripturam et temporis rationem diligenter enotandam suoque loco significandam existimavit. Nominum quidem discrepantias exhibuit sat multas: Olymp. IX. *Ξενοδόκος ἤτοι Ξενοκλῆς, Μεσσήνιος, στάδιον*, XXVIII. *Χάρμις Λάκων στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Χίονις Λάκων*, XXIX. *Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον*, XLVIII. *Γλαυκίας, ἐνίοις δὲ Γλύκων, ὁ Κροτωνιάτης, στάδιον*, LXXI. *Πυθαγόρας κέλητι. ὁ αὐτὸς κέλητι*, LXXVII. *Δάτης, ἤτοι Δάνδης, Ἀργεῖος, στάδιον*, LXXX. *Τορύμ-*

---

408) Reiectis Eusebii lectionibus SCALIGER *Pausaniam* expressit in *Οἰβώτας, Δάσμων, Λάμπις, Παγώνδας, Εὐτελίδας, Ἡραιεύς, Ἄστυλος, Συβαριάδης*, *Diodorum* in *Ἄσυχος, Ἐξαίνετος, Εὔβατος, Σώσιππος Ἀθηναῖος, Πυθόστρατος Ἀθηναῖος, Πῶρος, Σμικρίνας, Παρμενίων*, *Phlegontem* in *Ἑκατόμνος*, *Dionysium* in *Ἄστυλλος*, hunc denique *eundem cum Phlegonte* consentientem in *Δαΐκλῆς*.

409) Contra repudiata Pausaniae auctoritate *Africanum* secutus est in *Εὔρυβος* et *Πολυδάμας*, *Diodorum* in *Ἄσυχος, Εὔβατος, Πῶρος*, *Dionysium* in *Ἄστυλλος*.

410) Hoc tantum excipiam, quod ex uno eodemque trium Olympiadum continuarum (73. 74. 75) stadionica effecit tres: *Ἄστυλος, Ἄστυλλος, Ἄσυχος*· quorum hoc nomen ne Graecum quidem videtur. Certe quod ad similitudinem eius proxime accedit *Ἄσυχις*, hominis barbari est apud Herodotum II, 136. Iam vero putidum sit, coniecturam periclitari propter Stephanianae Diodori editionis marginem, quo solo lectio ista nititur firmamento. Alioquin sponte se offerat *Ἅσυχος* Dorice pro *Ἥσυχος*. Constat enim, veram nominis formam esse *Ἄστυλος* sive, secundum *Arcadii* praecepta (ap. LOBECK. Pathol. p. 121), *Ἀστύλος*, a quo *Ἄστυλλος* non magis differt, quam v. c. *Δέρκυλλος* a *Δερκύλος*. Vid. LOBECK. p. 137. Cf. tamen etiam not. ad RECENS. n. 695.

βας Θεσσαλὸς στάδιον, οἱ δὲ Τορύλλας, XCIV. Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Λασθένης ὁ Θηβαῖος, XCVI. Εὐπόλεμος Ἠλεῖος στάδιον, οἱ δὲ Εὔπολις, XCVII. Τεριναῖος Ἠλεῖος, ὡς δὲ ἄλλοι, Φορμίων Ἁλικαρνασσεύς, στάδιον, CIV. στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖος, ἢ Φωκίδης Ἀθηναῖος, CXVIII. Ἀνδρομένης Κορίνθιος, ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης, στάδιον, CLX. Διόδωρος Σικυώνιος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀνώδωκος. Calculos autem variatos quinquies offendas, primum ***in coronis Olympiorum victoribus tribui coeptis*** (*Olymp.* VII: Δαϊκλῆς Μεσσήνιος ... πρῶτος πάντων ἐστεφανώθη, XXVII: ὁ ἀγὼν πρῶτον στεφανίτης ἐγένετο κατά τινας), deinde ***in inchoato per Orsippum Megarensem nudorum cursu*** (*Olymp.* XV: Ὄρσιππος Μεγαρεὺς στάδιον καὶ γυμνοὶ ἔδραμον, XXXII, I: Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμονίου ἀγωνιζομένου, λυθὲν τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ ἥττης ἐγένετο, ἐξ οὗ καὶ νόμος ἐτέθη γυμνοὺς τρέχειν), tum ***in Lygdamide Syracusano pancratiastarum primo coronato*** (*Olymp.* XXVIII: τοὺς ἐσελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον ὁ Λύγδαμις συγκατειργάσατο Συρακούσιος, XXXIII: Λύγδαμις Συρακούσιος πρῶτος παγκράτιον ἐνίκησε κατά τινας), tum ***in Crauxidae Thessali victoria equo desultorio prima*** (*Olymp.* XXXI: Κραυξίδας Κρανώνιος κέλητι πρῶτος, XXXIII: προσετέθη καὶ [κέλης] καὶ ἐνίκα Κραξυλίδας Θεσσαλός) denique ***in abrogato rhedae mularis certamine*** (*Olymp.* LXXIX, I: τὸ πρὸ ι ἐτῶν ἀπήνη, τοῦτ᾽ ἔστιν ἅρματι ἐξ ἡμιόνων ζευχθέντι, ἀγωνίζεσθαι ὑπὸ Ἀσανδράστου ἐπιτηδευθέν, ἐν τῷδε τῷ ἔτει διελύθη, LXXXIV: ἀπήνης δρόμος ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρύγματι ἀπηγορεύθη[411]). Insunt quidem in his nonnulla varietatis exempla, quae e meris iisque manifestissimis codicum vitiis nata et propagata facile cognoscas nec penitus removenda dubites. Quo e genere ***Xenophon*** ille, Olymp. XXIX stadii victor ascriptus, ***Pausaniae*** debetur, tam aperte corrupto, ut mireris SCALIGERUM non perspexisse errorem. De quo non repeto, quae fusius dixi ad RECENSUM not. 88. Nec magis laudes, quod Olymp. CLX ex Eusebii textu item vitiato editum iuxta Διόδωρος collocavit Ἀνώδωκος, quorum hoc ex illo depravatum esse, perspicue demonstrant verae scripturae vestigia, quae, ut supra annotavi, servavit Armeniacorum Ἀνόδωρος. Caetera vero, licet partim nec rectius habeant istis, nec aliunde, quam e scriptorum eorum, quos supra harum rerum auctores enumeravi, minus quidem Pausaniae et Africani, quam reliquorum, naevis et hallucinationibus originem trahant, alius sunt quaestionis, difficilis, fateor, et variae, in tanta autem difficultate rerumque in censum venientium varietate magnam partem tam parum gratae et frugiferae, ut SCALIGERO, quod non omnes ubivis dubitationes tollere, non omnia in clara luce collocare contigerit, quis crimini vertat! De his igitur singulis deinceps accuratius disputabo. — Nunc absolvo ea, quae de pravis codicum lectionibus, errorum SCALIGERI parentibus, dicere institui. Saepissime autem praeter reliquos, quos notavi, imposuit Nostro corruptus P i n d a r i S c h o l i a s t e s, cuius tollere menda hodie praeclaris BOECKHII in Pindarum collatis studiis licuit. Hoc igitur duce freti ***Theronis Agrigentinorum tyranni*** curulem victoriam ex Olymp. LXXVII ad LXXVI protrahendam (vid. ad RECENS. not. 347), ***Epharmosti*** autem ***Locri Opuntii*** partam lucta palmam ex Olymp. LXXIII in LXXXI detrudendam significavimus not. 291. Unus adeo ex Olympionicarum numero penitus deleri debuit, ***Megacles Atheniensis,*** Hippocratis filius, Periclis avunculus, Olymp. LXXXVIII a SCALIGERO assignatus idemque duobus aliis locis importune oblatus

---

411) Caeterorum, veluti ***Lampidis, Eurybati, Euagorae, Xenodami*** item dupliciter digestas victorias hic consulto omisimus, ut quarum alterutra mentio non veterum testimoniis, sed incuriae MORI debeatur. Vid. PROLEGG. p. XLIV cum not. 322.

(cf. PROLEGG. p. XLIV), quem Olymp. LXXII. 3 quadrigis non Olympia, sed Pythia vicisse idem probavit BOECKHIUS. Vid. not. ad RECENS. n. 321. Denique etiam Photii editio, qua SCALIGER usus est, maculis inquinata fuisse videtur turpissimis. Certe quos Olymp. CLXXVII inde profert victores Olympiorum, e Phlegonte depromptos, eorum alii sunt mendose scripti, aliis rursus plane omissis, ut nihil dicam de certaminum, quibus vicerint singuli, generibus mirifice mixtis et turbatis. Neque hunc locum vitiis purgare suis, post BEKKERUM et MEIERUM, magni negotii fuit. Vid. not. 1308.

Nequaquam tamen sola codicum corruptela SCALIGERUM in errorem induxit. Saepius etiam a recta via eum deflexit ***interpretandi ratio parum idonea,*** qua duplici potissimum modo peccavisse arguendus est. Aut enim, quoscunque a Pausania aliisque laudatos repperit victores Olympicos, stadionicis annumerandos esse pertinaciter censuit, aut verba scriptorum maximeque temporum notas, in veterum libris inventas, falso rettulit et computavit. Priori ex caussa natam putes maximam partem earum SCALIGERI animadversionum, quibus memoriae de Olympionicis ambiguitatem quandam significat, quae, ubicunque rem accuratius rimere, nulla est. Olymp. XXVIII de curriculi palma certantes proponuntur ***Charmis*** et ***Chionis,*** uterque ***Lacedaemonius.*** Quorum ille quidem stadio, at hic alio certaminis genere, diaulo eoque primum, vicisse dicendus erat. Vid. not. ad RECENSUM 83. Redit idem Chionis proxima statim Olympiade XXIX, iterum cum stadii competitore quodam commissus: *Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος στάδιον· ὡς δὲ ἄλλοι, Χίονις τὸ δεύτερον.* Quorum adeo neutrum verum est. De Xenophontis prorsus intempestiva mentione aliis locis diximus. Sed nec Chionis ista quidem Olympiade alteram, sed primam stadio meruit palmam, quamquam eadem alteram quoque eamque diaulo, ni fallor, iterum reportatam adeptus esse traditur. Itaque nota illa sic erat concipienda: *Χίονις Λάκων στάδιον· ὁ αὐτὸς δίαυλον, ὡς ἔοικε, τὸ δεύτερον.* Cf. nott. ad RECENS. 88 et 89 [412]). Occurrit porro Olymp. LXXI novum par aemulorum Olympionicarum, de eadem non stadii quidem, sed equi desultorii victoria inter se contendentium, ***Pythagoras*** et *ὁ αὐτός,* h. e., ut haud inepte alibi nobis coniecisse videmur, ***Glaucus*** (*Γλαῦκος*). Iam Pythagorae quidem in certaminum Olympicorum tabulis multi celebrantur, aut de cursu illi (Olymp. XVI. CXX. CXXI) aut de pugilatu inter pueros (XLVIII) coronati, sed de celete ne unus quidem. Contra Glauci nomen praeter pugilem illum Carystium, a Demosthene De coron. p. 331, Pausania VI, 10, 1, Suida s. v. *Γλαῦκος* memoratum, inter Olympionicas prorsus inauditum est. Ne multa: utique certum esse arbitramur, cedere utrumque isto debere loco. SCALIGERI in referendis Laertii VIII, 51 seqq. verbis lapsu aliisque damnis turpissime deformato, et cedere quidem ***Empedocli Agrigentino,*** sedem vacuam optimo sibi iure vindicanti, cuius caussam ab adversariorum importunitate strenue defendimus in Not. ad RECENSUM 270. Ambigitur paullo post rursus de stadionica Olymp. XCIV: *Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Λασθένης ὁ Θηβαῖος.* Sed haec quoque discrepantia, quam Noster in veterum libris sibi repperisse visus est, mere fictitia deprehenditur. Vicit enim Olympiade illa et ***Crocinas Larissaeus*** et ***Lasthenes***

---

412) Non quidem sum nescius, istam primum a CORSINO monstratam Pausaniae cum Africano conciliandi componendique rationem nonnullis displicere Viris Doctis, quippe qui, ubicunque veteres scriptores annos per Olympionicas definitos, neglecta tamen certaminis accuratiore notatione, ediderint, de stadionicis constanter intelligendos esse censeant. His satis habeo exemplum opposuisse THUCYDIDIS, auctoris, ut fateri debebunt, locupletissimi, quem lib. III, 8 notandi temporis caussa meminerint victoria uti Doriei Rhodii Olympica iterum reportata, nihil ipsum de genere victoriae significantem. Simpliciter enim *Ὀλυμπιάς,* inquit, *ᾗ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα.* Qui proinde Dorieus ex istorum quidem ratione stadii victor putaretur, nisi peropportune animadverteret Pausanias VI, 7, 1, tria deinceps Olympia eum palmam cepisse de pancratio. In hac autem sola Thucydidis auctoritate vel maxime idoneum opinionis nostrae firmamentum situm esse, nemo profecto diffitebitur. Cf. idem Thuc. V, 49.

Thebanus, ille quidem cursu simplici, hic vero cursu cum equo contendens. Vid. not. 622. Porro ad Olymp. XCVII de eiusdem certaminis victore duplex notatur fama, quae revera simplex et una: *Τερinαῖος Ἠλεῖος, ὡς δὲ ἄλλοι, Φορμίων Ἁλικαρνασσεύς, στάδιον.* Nam de ***Terinaei Elidensis*** palmari cursu res certissima est minimeque dubia. ***Phormio*** autem ***Halicarnassensis*** eadem Olympiade pugilatus abstulit coronam, auctore Pausania V, 21, 2. Vid. not. 669. Deinceps Olympias CIV hoc infert dilemma: *ἐνίκα στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖος, ἢ Φωκίδης Ἀθηναῖος.* Non magis accurate. ***Phocidam*** quidem ***Atheniensem*** Olympiade ista stadio vicisse constat, teste Diodoro XV, 78, e quo simul Eusebii Graeci, luctae ei palmam attribuentis, elucet error, quem emendant Armeniaca. Vid. not. 777. ***Eubotas*** vero ***Cyrenaeus*** rettulit sane et ipse aliquando cursus coronam, neque tamen, ut hic fertur, Olymp. CIV, sed e congruis Diodori XIII, 68, et Africani calculis, XCIII. Atque de hac, si quid video, Eubotae corona loqui putandus est Pausanias VI, 8, 3, quamvis tempus eius indicare neglexerit. Vid. not. ad RECENSUM 596. Eodem loco quod Eubotae etiam victoriam curulem ascribit, hac ipsa, in qua versamur, Olympiade partam, famam tradit (*λέγεται*), non rem dubitationi exemptam. Itaque SCALIGER supra sic potius edere debebat: *ἐνίκα στάδιον Φωκίδης Ἀθηναῖος. Εὐβώτας Κυρηναῖος ἅρματι, ὡς λέγεται.* Denique etiam ultimum huius generis evanescat dissidium, de his traditum antagonistis Olymp. CXVIII: *Ἀνδρομένης Κορίνθιος, ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης, στάδιον.* Quorum hic quin revera istis ludorum Olympicorum sollemnibus de curriculo victor renunciatus sit, ambigi nequit ob disertum Diodori XX, 37 testimonium. Vicit quidem eodem certamine etiam ***Andromenes Corinthius,*** sed proxima demum Olympiade CXIX, auctoribus Diodoro XX, 91 et Africano. Quorum alter quod eundem Andromenem etiam Olymp. CXVIII de stadio coronatum perhibet, error est manifestus librarii, non Casauboni, quem exempli sui manum recte fideliterque expressisse, documento sunt CRAMERI Anecdota Tom. II. p. 147, nequaquam vero Africani ipsius. Hic enim, si Andromeni duabus Olympiadibus continuis stadii palmam adiudicare voluisset, profecto altero loco, Olymp. CXIX, non credo, nomen ipsum, certe non plenum, inscite iterasset, sed aut simpliciter scripsisset *ὁ αὐτός*, quod nulla alius rei mentione interiecta, constanter amplexus est [413]), adeoque aliena, ut hic Antenoris, memoria in medio posita, praetulit [414]), aut, quod tamen dicendi genus, sub eadem hac conditione, minus frequentavit *Ἀνδρομένης* sive *Ἀνδρομένης ὁ αὐτός*, abiecta gentilicia appellatione, posuisset [415]), nec solemne illud *τὸ δεύτερον*, quod non usquam neglexit, addere oblitus esset. Sed, ut dixi, error librarii est, qui, cum victorem Olympiadis CXVIII oculis nimis festinantibus transiluisset, commisit, ut nomen Andromenis e proxima praereptum superiori allineret, cum ex Africani sententia potius solam ad Olymp. CXIX pertineret. Proinde vix dubites, quin Olymp. CXVIII genuina lectio sit *Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης,* eaque pro *Ἀνδρομένης Κορίνθιος* Africano restituenda. ***Antenoris*** tamen ***periodonicae*** memoriam loco suo (Olymp. CXVIII) et ipsam esse deturbatam, nequaquam inde collegerim. Cf. not. ad RECENSUM 1037. Sed satis de hoc genere Olympionicarum, pristinum in pulvere Olympico certamen cum competitoribus suis hodieque in Olympiadum laterculis continuantium, quorum quid cuique debeatur iuris, aequis ponderatum momentis nobis reddidisse videmur. Non confundendum autem est cum illo genere alterum quoddam genus eorum, qui ipsi a popularibus suis duplici nomine revera sunt vocati. Horum

---

413) Cf. Olympp. XXII. XXX. LXIX. LXXIV. LXXXIV. LXXXIX. XCII. CII. CVI. CXXIII. CXXX. CLV. CLXVII. CXCV. CCVIII. CCXXVII. CCXXXIX. CCXLIX.

414) CLXXXIV et CCXLVI.

415) Posteriorem hanc rationem, dirempto per inserta additamenta orationis tenore, semel utramque adoptavit, alteram Olymp. CXXI, alteram LV.

nonnullos quidem statim ab initio a reliquis secludo, *Ξενοδόκος* sive *Ξενοκλῆς* IX, *Γλύκων* sive *Γλαυκίας* XLVIII, *Δάτης* sive *Δάνδης* LXXVII, *Εὐπόλεμος* sive *Εὔπολις* XCVI: ut qui utroque appellentur Graeco nomine, altero scilicet ex altero aut laudis cuiusdam significandae aut infamiae vitandae caussa, motibus vocum Graecarum facillimis gratissimisque, deflexo levius aut variato. Haec igitur nihil aliud esse putaverim, nisi exempla veteris cuiusdam *διссογραφίας*, cuius rationes aliquot solita subtilitate rimatur LOBECKIUS Pathol. p. 505. seqq. Annumerandum istis quodam modo etiam *Τορύμβας* sive *Τορύλλας* LXXX censerem, nisi de huius stadionicae genuino nomine aliud suaderet et dialecti Thessalicae ratio et Armeniacorum auctoritas. Vid. not. ad RECENSUM 394 et supra PROLEGG. Caeteri vero, qui, Africano duce, in OLYMPIADUM DESCRIPTIONE offeruntur genuina insigniti appellatione stadionicae, quamquam cum illis aliquatenus cognati, iidem suam potius et peculiarem sequuntur rationem, ab isto genere paullulum diversam. Quos seorsum colloco. Sunt autem hi: *Ἴδαιος ἢ Νικάτωρ, Κυρηναῖος* CXXXVI, *Ῥόδων Κυμαῖος, ἢ Θεόδοτος* CCXIII, *Ἀπολλοφάνης, ὁ καὶ Πάτις, Ταρσεύς* (sic. leg.) CCXVI, *Ἀπολλώνιος ἢ Ἡλιόδωρος, Ἀλεξανδρεύς* CCXVIII, *Θεωνᾶς, ὁ καὶ Σμάραγδος, Ἀλεξανδρεύς*, CCXXI, *Διονύσιος, ὁ Σαμμεύς, Ἀλεξάνδρεύς* CCXXVI, CCXXVII, *Ἐπίδαυρος, ὁ καὶ Ἀμμώνιος, Ἀλεξανδρεύς* CCXXIX, *Ἀνουβίων, ὁ καὶ Φειδοῦς, Ἀλεξανδρεύς* CCXL, *Ἐπινίκιος Κυζικηνός, ὁ καὶ Κυνᾶς* CCXLVI, *Ἡλιόδωρος, ὁ καὶ Τρωσιδάμας, Ἀλεξανδρεύς* CCXLVIII. CCXLIX. Postremo huc pertinet etiam pugil quidam Pausanianus, ob iniuriam ludis factam ab Eleis pecunia multatus, *Ἀπολλώνιος ἐπίκλησιν Ῥάντις, Ἀλεξανδρεύς* CCXVIII. Horum plerosque ***Aegyptios*** esse animadvertis, e capitali Aegypti urbe ***Alexandria*** oriundos, ad quos accedit ***Afer*** praeterea unus ***Cyrenensis*** simul cum tribus civibus ***Asianis***. Et Alexandrinis quidem patrium fuisse cognomina habere Pausanias [416]) adnotat, id scilicet, quod sine eius admonitione unicuique patet, dicens diserte, contra quod explicatione vel maxime indiget, quae sit ratio rei, quod tempus, ne verbo quidem attingens. Videntur autem non solum Alexandrini, sed Aegyptii omnes geminum nomen, alterum patrium, alterum Graecum, sive etiam utrumque Aegyptium, vulgo assumere soliti sub Imperatoribus Romanis, religionum gratia. Atque ex hoc profecto usu duplicia illa Olympionicarum Alexandrinorum nomina, quae supra ex Africano et Pausania repraesentat RECENSUS, explicanda esse arbitror [417]). Quibus prorsus simile addere iuvat exemplum, e Nubiensi illo petitum titulo, cuius facundissimus interpres extitit NIEBUHRIUS [418]). Ibi nimirum suae ipse laudis praeco prodit *ΑΥΡΗΛ. ΒΗΣΑΡΙΩΝ Ο ΚΑΙ ΑΜΩΝΙΣ, Αὐρήλ. Βησαρίων, ὁ καὶ Ἀμώνι[ο]ς*, i. e. ***Aurelius Besario, qui et Ammonius vocor:*** in quo observes adeo dicendi formulam eandem, quam in componendis plerisque istis nominum paribus (Olympp. CCXVI. CCXXI. CCXXIX. CCXL. CCXLVIII) sectatus est Africanus, in *Διονύσιος ὁ Σαμμεύς* [419]) CCXXVI levius variatam. Occurrit quidem apud hunc altera quoque per *ἢ* particulam copulandi ratio.

---

416) V, 21, 5: *καί πως καὶ ἐπιχώριον τὸ ἐς τὰς ἐπικλήσεις τοῖς Ἀλεξανδρεῦσίν ἐστιν.*

417) Ratio huius sententiae in plerisque tanquam sponte sua elucet. In duobus tantummodo paribus paullo est abstrusior et altius repetenda, in *Ἀπολλώνιος ἢ Ἡλιόδωρος* CCXVIII et in *Ἡλιόδωρος, ὁ καὶ Τρωσιδάμας* CCXLVIII: quippe quorum utrumque nomen genuine Graecum esse nec quidquam Aegypti patriae redolere videatur. De his igitur sic velim existimes, *Ἡλιόδωρος* nihil aliud esse, nisi meram Aegyptiaci nominis interpretationem, ad verbum expressam sic, ut forma quidem et origine bene Graecum sonet, re autem et significatione peregrini quiddam traxerit ex sacris Aegyptiorum; *Ἀπολλώνιος* autem, deo Aegyptio, qui primitus inhaeret nomini, in Graecum deum dignitate parem converso, praeter formam simul notionem Graecam et divino Graecorum cultui accommodatam ascivisse. Apollinem enim Graecorum respondere solari Aegyptiorum numini, notissimum est. Vid. Euseb. Praep. Evang. III, 15 coll. WESSELING. ad Diod. I, 25. Similiter etiam de altero indices, *Ἡλιόδωρος ὁ καὶ Τρωσιδάμας*, nisi quod hic cognomen *Τρωσιδάμας* aliunde, quam e deorum delubris, arripuit.

418) In scriptt. hist. et philol. min. IIdae collect. Bonn. a. 1843. 8. p. 181.

419) Hanc lectionem aliquando temptavi coniectura quadam (Not. ad RECENS. 1607), de cuius pretio penes peritiores iudicium sit.

sed eam, Alexandrinorum uni dumtaxat CCXVIII adhibitam, potiorem habuit in reliquis (CXXVI. CCXIII. CCXVI. CCXLVI) et ter deinceps frequentavit, in his rursus priori illa minus probata nec saepius, quam item semel CCXLVI, obvia. Sed omnino horum caussa ab illo genere aliquantulum differre dicenda est. Quamvis enim et ipsi altero nomine vocentur patrio et nativo, altero Graeco et ascito: hoc tamen non propter religiones nescio quas, sed ambitione quadam et ut gratos se praestarent erga tantae laudis suae auctores Graecos, post partam Olympiae palmam assumpsisse videntur. Utra autem singulorum nomina agnoscas nativa, utra ascita, noli dubitare. Nativa quidem sive patria manifesto haec sunt: *Ἰδαῖος* CXXVI, *Ῥόδων* CCXIII, *Πάτις* CCXVI, *Κυνᾶς* CCXLVI, quorum quod duo priora antecedunt alteris, posteriora sequuntur, negligentia quadam factum putem Africani, non nimis religiosi aut constantis in tuendo legitimo reique congruo nominum ordine, quippe nec alias, in binominium Alexandrinorum mentione, ubivis (cf. CCXLVIII) servato, et hic adeo in duobus (CXXVI et CCXIII) prorsus inverso. Atqui pleraque ista, licet Graeco de fonte derivata, tamen praeterquam in barbarorum aut inferioris aetatis hominum appellationibus vix invenias [420]), unum (*Κυνᾶς*) praeterea contemptionem resipit peregrinitati admixtam [421]), ultimum denique (*Πάτις*) mere barbarum est. Itaque abolendae barbariae, simulque extinguendae ignominiae caussa et Cyrenensem illum et hos Asiaticos hieronicas, de curriculo Olympico praeter palmam nominis quoque novi et gloriosi nobilitatem cepisse coniecerim. Cuius quidem coniecturae haud mediocre firmamentum positum est in exemplo eorum, quibus corona Olympica, si non nominis, at certe cognominis parens extitisse traditur. Debemus notitiam horum cognominum, quae *ἀπὸ συμβεβηκότος*, ut aiunt, deducta et Olympionicarum maximeque ***periodonicarum*** nominibus tanquam laudis praeconia quaedam a Graecis ipsisque fortasse ab Hellanodicis imposita censeas, maxima ex parte eiusdem beneficio Africani, unde rursus mutuatus SCALIGER repraesentat in hisce: *Ἀντήνωρ Ἀθηναῖος ἢ Μιλήσιος, περιοδονίκης, ἄληπτος ἐν ταῖς τρισὶν ἡλικίαις* CXVIII, *Κλεόξενος Ἀλεξανδρεύς, περιοδονίκης, ἀτραυμάτιστος* CXXXV, *Αἰσχίνης Μιλήσιος ὁ γλαυκιᾶς* CXCIX. Unum praeterea eiusdem generis decore insignem, ***pancratiastam,*** arripuit e Pausania VI, 4, 1: *Σώστρατος Σικυώνιος, ἐπίκλην ἀκροχερσίτης* CIV. Atque addere huic numero poterat, imo debebat etiam ***luctatorem*** illum Phlegonteum: *Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεύς, ἄπτωτος περιοδονίκης* CLXXVII, cuius cognomen *ἄπτωτος* sive *ἀπτώς*, in laudandis athletis alias quoque obvium (v. c. in Epigr. ***Alcaei Messenii*** Anthol. Graec. ed. FR. IACOBS Vol. I. p. 239 = Anal. R. F. PH. BRUNCK. Vol. I. p. 488), non animadversa scilicet Photiani textus corruptela, a cognominato imprudenter distractum pro Olympionicae alius et ab Isidoro diversi eiusque patria caren-

---

420) *ΙΔΑΙΟΥ* nomen sane notissimum est ex Homero, quem tamen memineris eo solis in Troianis, nullo in Graeco homine appellando uti. In quo secuta est Homerum posterior aetas, qua nec ipsa nomen illud offendas, nisi in peregrinis. GUIL. PAPIUS quidem in Lex. nom. propr. Graec. s. v. *Ἰδαῖος* praeter *Idaeos* Homeri duos tantummodo eius nominis recenset, alterum e Tzetze Hom. 441 proferens Alexandri ex Helena filium, alterum ipsum Cyrenensem nostrum, sed hunc solius Pausaniae VI, 12, 2 auctoritate, non simul Africani. Hic scilicet scriptor prorsus ignotus fuisse videtur isti lexicographo una cum fonte nominum propriorum longe uberrimo, stadionicarum catalogo. Fuit tamen praeterea alius quoque *Idaeus*, a PAPIO ille omnino neglectus, ***Lissi filius, Rhodius,*** incertae quidem, sed sine dubio et ipse sequioris aetatis poeta epicus, Homericorum, ut fertur, interpolator et peculiaris alicuius *de rebus **Rhodiorum*** poematis, tria fere millia versuum complectentis, auctor: cuius obscurior paullo memoria ne penitus interiret, providit Suidas s. v. h. Idem fere, quod de Idaeo, dicendum etiam est de *ΡΟΔΩΝΟΣ* nomine, cum in titulis, tum in scriptoribus oblato compluribus, his tamen iterum non aliis, quam temporum novissimorum. Vid. BOECKH. Corp. Inscriptt. Vol. I. n. 353. p. 422. n. 572. p. 493. et quos locos e Callimacho et Leonida Tarentino suppeditat Papius s. v. *ΡΟΔΩΝ*. De *ΚΥΝΑΣ* statim agam not. 421.

421) In nomine *ΚΥΝΑΣ* sola in *ᾶς* terminatio hominis et peregrinitatis et turpitudinis cuiusdam maculis notati facunda index est (Vid. FR. MEHLHORN. Gramm. Gr. Fasc. I. p. 138 seq. et LOBECK. Pathol. p. 507), ut mittam vocis a canicula originem, et per se, credo, parum honorificam, et Olympionicae nomini iusto indecentiorem.

tis nomine venditat. Vid. not. ad RECENS. n. 1308. Porro *Ἑρμογένους Ξανθίου* Olymp. CCXV et CCXVII ***de curriculo victoris*** oblitus est cognomen *ἵππου* indicare facetissimum, quod cum tribus Olympiorum solemnibus coronam octies meruisset, a Graecis obtinuisse dicitur Pausaniae VI, 13, 2. Quid? si, coniuncta Africani cum Antigoni Carystii narratione quadam ex Hippone Rhegino desumpta ***stadionicam*** Olympiadis XLVI, plene sic appellatum: *Ἀρυτάμας ὁ χροσόμαχος Λάκων*, ad eundem ordinem ascribas? Quo sane mirum quantum inclinaret animus, siquidem et certa esset CORSINI numerorum in Antigono correctio, nec omnino suspecta videretur scriptoris istius ne mediocriter quidem docti et in referendis aliorum sententiis parum accurati auctoritas [422]). Nunc vero de hoc, quemadmodum etiam de alio quodam, quem olim in hoc Olympionicarum genere numerandum putavi CCXXVI (vid. not. ad RECENS. n. 1607), verbum non amplius addam, scilicet ne iam his ingenii lusibus diutius immorata videatur disputatio nostra, vel maxime veritus. Relictos igitur relegenti cursus de ***numeris*** mihi pauca dicenda esse video indicibus temporum, nonnusquam contra apertam veterum scriptorum mentem ***computatis*** a SCALIGERO aut etiam ***emendatis.*** Videlicet coniecturarum quoque genus quoddam, quamvis id critici magis, quam interpretis munus esse, ideoque proximae potius, quam huic dissertationis parti convenire videatur, pro arctissima utriusque quaestionis in unam plerumque coeuntis mutua necessitudine, hoc simul conspectu complecti in animo est. Primum autem quam parum scite ad calculum vocaverit numeros quosdam Pausaniae V, 8, 3, luculentis exemplis docent et ***Lygdamidis Syracusani*** prima de pancratio parta victoria, Olymp. XXVIII ascripta, et ***Crauxidae Thessali*** corona de celete prima, Olymp. XXXI illata, cum tamen, secundum veram Pausaniae rationem, Africano omnino consentaneam, utraque conferenda esset in Olymp. XXXIII: qua de re fusius alio loco dixi, PROLEGG. p. XXXII seq. Nec si quid de coniectura immutavit in numeris, id ubique tale est, quod verum agnoscas. Mitto tres diversis locis redeuntes, totidem Scholiastae Pindarici emaculandi pericula aeque irrita obtrudentes, ***Megaclis*** mentiones, satis illas decantatas. Ad Pausaniam redeo, eius de Hellanodicarum numero paullatim aucto proferens testimonium V, 9, 5, in Olympiadum numeris aperte mutilatum aut corruptum: *πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν·* deinde, paucis interiectis, pergitur: *δευτέρᾳ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι προσετέθη καὶ ὁ δέκατος ἀθλοθέτης.* Hic numerum ***vicenarium*** falsum esse, rerum apud Pausaniam ostendit consecutio, quae tamen eadem SCALIGERI suspicioni, sub Olymp. CV *ἑκατοστῇ* pro *εἰκοστῇ* scribendum innuentis, omnem abrogat veri similitudinem. Vid. not. nostr. 797 coll. KRAUS. Olymp. p. 127. not. 6, cui adde — quem l. l. indicare neglexi — MEIERUM, in Encycl. Hal. III, 3. p. 310ᵃ *οη′* pro *κε′* proponentem. Sed ut probabilis sit ista SCALIGERI emendatio, vix tamen apte *δευτέραν ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς* parem esse existimes ***centesimae sextae:*** quam profecto numerandi rationem non minus ab antiquorum hominum, quam a nostra consuetudine alienam, sub Olymp. CVI criticum nostrum amplexum esse iure mireris.

Restat denique multiplicis et haec in OLYMPIADUM RECENSU erroris genitrix, ***perversa quaedam critices factitandae ratio,*** qua SCALIGERUM hic illic abductum deprehendas, ut nec singulorum scriptorum auctoritatem aequa ubivis lance ponderaret, nec, quis esset melioris, quis deterioris notae, quis fide dignus, quis minus dignus rerum auctor, in magno discrimine poneret. Cadit haec vituperatio in eos potissimum locos, quibus

---

422) Antig. Caryst. Mirabb. CXXI (133) p. 90 WESTERMANNI *Παραδοξογράφων*. Vid. CORSINI Dissert. Agon. p. 124. FF. AA. I. p. 328 seq. coll. not. nostr. ad RECENSUM n. 146. Ut unum afferam, unde liquido cognoscas, qualis istius hominis Minerva fuerit: rem, quam narrat, factam somniat Olymp. XXXVI, rege Athenis Epaeneto. Sapienti sat, ut opinor.

diversae veterum de auctis Olympionicarum ornamentis aut decertandi quibusdam rationibus ascitis vel abrogatis sententiae recensentur. In his enim cum par esset plurimi fieri Phlegontem, Africanum, Pausaniam, hisque cedere debere reliquos: nonnusquam SCALIGER et locupletissima illorum testimonia et Scholiastae Pindarici vel Homerici nugas ineptissimas eadem referre diligentia non dedignatus est. Quo virum alias *κριτικώτατον* culpam quandam contraxisse *ἀκρισίας* quamquam non dissimulandum est: eam tamen ipsam, amabilis quippe in suspiciendis et aestimandis veterum testimoniis vel superstitionis vel verecundiae notam, excusandam quodammodo et ignoscendam existimaverim. Praeterea exempla praeposterae illius rationis rarissima sunt. Primum quidem eorum area offert Olympiadis XXVII, utpote cuius victori primum coronae ex oleastri ramusculis nexae datum esse ornamentum perhibeatur, solemne illud, sed unicum omnium deinceps Olympionicarum virtutis praemium. Atqui stadionicas Olympicos multo prius coronatos esse constat, primumque omnium ***Daiclem Messenium*** eiusmodi coronam abstulisse Olymp. VII SCALIGER ipse asserit e Phlegonte, qui rursus e primariis et incorruptis harum rerum fontibus hausit, quocum proinde comparata cuiusvis alius scriptoris auctoritas tantum non evanescit. Iam vero coronas primum Olymp. XXVII victoribus dari coeptas esse, quis tandem auctor est? Olim quidem (in Not. ad RECENSUM 79[a]) mihi persuaseram, Strabonis testimonium quoddam SCALIGERO imposuisse. Sed falso. Impostor non alius est, quam ***Aristodemus Eleus,*** scilicet sic ille scribens ap. Eusebium SCAL. p. 38, 18 seqq.: *ὡς ἀπὸ εἰκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος ἤρξαντο οἱ ἀθληταὶ ἀναγράφεσθαι, οἱ δηλαδὴ νικηφόροι.* Ergo — sic enim haud dubie ratiocinatus est SCALIGER — si demum inde ab Olymp. XXVII fastis inferri soliti sunt hieronicae, nec potuerunt ante illud tempus coronari: de cuius argumenti ratione et ipsa liceat fortasse cum SCALIGERO expostulare. Sed accipiamus conclusiunculam, patiamur etiam auctorem Elidensem, caeteroquin haud indoctum hominem, de quo cf. VOSSIUS DHG. I. p. 137 seqq.: ***Olympias septima et vicesima,*** quam dicit Aristodemus, neutiquam ***Coroebi*** intelligenda est, sed ***Iphiti:*** id quod dubitare non potest, nisi qui praeiudicatis captus opinionibus id, quod in aprico est, videre non vult. Nam audi mihi tantum, quae sequuntur: *τῇ δὲ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τὸ στάδιον νικῶν Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη πρῶτον. καὶ ἡ Ὀλυμπιὰς αὕτη πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμοῦσι τοὺς χρόνους.* Solis igitur luce, ut dicitur, clarius est, Aristodemum de initio loqui Olympiadum Coroebearum, idque, quamvis aliis aliter computantibus, de quo dissensu vid. not. 1. ad RECENSUM, cum Iphitea Olympiade duodetricesima comparare. En, quantas SCALIGER poenas dederit solemnis erroris sui, cui etiam in caeteris libris suis chronologicis [423]) indulgens annos Coroebi cum Iphiteis constanter confudit: quo sane errore ne ipsos quidem veteres scriptores omnino liberos esse dicendum est [424]). Porro SCALIGER non debebat, certe non sine aliqua dubitationis significatione debebat, e Scholiastae Homerici Iliad. XXIII, 683 et Etymologici Magni p. 220. Lips. penu depromptam recoquere historiolam, qua Orsippo Megarensi amissum Olymp. XXXII, 1 subligaculum caussam extitisse amissae victoriae indeque primum nudos cucurrisse traditum est. Neque enim ista narratiuncula in censum venire poterat, collata cum disertis, non dicam Scholiastae Thucydidei I, 6 aut Hesychii s. v. *ζώσατο,* sed Africani et Pausaniae I, 44, 1 congruis inter se testimoniis, unde Orsippum Megarensem Olymp. XV et vicisse et primum omnium nudum coronatum esse constat certissime. Quo magis mireris, quod adeo OD. MUELLERUS Dor. II. p. 260 seq. not. 1. Orsippi victoriam Olymp. XXXII assignavit. Sensit tamen is postea et correxit errorem. Cf. not. 40 ad

---

423) Cf. Emend. Tempp. V. p. 387 A. 405 C, alibi.

424) Vid. Clem. Alexandr. Strom. I p. 145. SYLB. Vol. II. cap. 21. §. 137, 24. KLOTZ. coll. IDELERI Enchirid. chronol. Vol. I. p. 374. not. et nota nostra 1 ad RECENSUM.

RECENSUM, ne ipsum quidem sub Olymp. XV verioris rationis immemorem. Denique officium cauti et considerati critici vereor ne SCALIGER deseruisse videatur in eo, quod e satis dubiae auctoritatis teste locum quendam de cessante *ἀπήνης* certamine, cum per se confusum et inconditum, tum alius eiusque fide dignissimi scriptoris testimonio aperte repugnantem, paucis leviter mutatis, in RECENSUM transcribere non dubitavit sub Olymp. LXXIX, 1: *τὸ πρὸ ί ἐτῶν*, inquiens, *ἀπήνη, τοῦτ᾽ ἔστιν ἅρματι ἐξ ἡμιόνων ζευχθέντι, ἀγωνίζεσθαι ὑπὸ Ἀσανδράστου ἐπιτηδευθέν, ἐν τῷδε τῷ ἔτει διελύθη.* Fucum fecit critico nostro narratio quaedam Scholiastae Pindarici ad Olymp. v, 6. p. 119 falsis et veris mirifice mixtis in hunc modum conscripta: *ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα, ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. εἰθισμένον δὲ ἵπποις ἀγωνίζεσθαι, Ἀσάνδραστος ἐπετήδευσε καὶ ἡμιόνοις ἀγωνίζεσθαι. χρόνος δέ τις οὐ μακρός, ἀλλὰ δεκαετὴς τοῦτο διέλυσε· διελύθη γὰρ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην* (sic vulgo) *Ὀλυμπιάδα.* Atqui rhedae mularis cursum Olymp. LXX institutum, LXXXIV abrogatum tradit Pausanias v, 9, 1 non plus ille minusve iusto, sed tantum inter duos terminos constituens spatii, quod cum aliorum, tum ***Psaumidis Camarinaei*** aliunde notae mulari palmae suo loco (Olymp. LXXXII) collocandae satis faciat. Huic igitur duplici temporis notationi Pausanianae, quam nec ipsam SCALIGER neglexit ille quidem (cf. RECENSUS sub iis, quas diximus, Olympiadibus), quamquam, quod non solam amplexus est, mire secum ipse pugnans, obstrigillat Scholiastes, loco supra laudato mularum ludos, post decem annorum quos perdurarint intervallum, Olymp. LXXXIX praeconio antiquatos asserens. Iam illud quidem recte intellexit Noster, balbutientem Scholiastam decem non ***annos***, sed ***Olympiades*** dicere voluisse, eique inhaerens opinioni, numeris *πθ´* in *οθ´* deflexis, verba supra laudata Olympiadi LXXIX ascripsit. Hoc quoque — excepto dumtaxat, quod vel decem Olympiadum tempus iusto brevius Scholiastam dixisse constat — recte SCALIGER, certe rationi congruenter suae: quandoquidem ab Olymp. LXXXX ad LXX, quod *ἀπήνης* initium fuit, inclusis terminis retro supputanti decem revera Olympiades numerantur. Illud non item, quod, cum semel coepisset interpolare Scholiastam, vocem *δεκαετής* non in *δέκα Ὀλυμπιάδων* potius, quam in *δέκα* (*ί*) *ἐτῶν* immutavit: omnino sane — dicam enim, quod in universum de hoc loco dicendum videtur — multo ille rectius multoque magis e verae criticae desideriis facturus, si nihil prorsus moratus missum fecisset scriptorem istum, tam male doctum, ut, quae sentiret, ne sciret quidem, quomodo apte eloqueretur. Cuius hominis vel inscientia vel infantia quantopere ingenia exercuerit criticorum, infra (ad RECENSUM) explicuimus notula 386: cui ne nunc quidem habeo, quod addendum putem, praeterquam numeros quosdam, eidem Scholiastae debitos, tempus abrogatarum mularum amplius etiam variantes, ad Olymp. VI init. p. 129. Eum igitur locum hic diserte adiectum volo [425]). Ibidem vero quod ipsi coniecturam aliquam procudimus, Peerlkampianis, ut puto, non multo deteriorem, vitiorum quippe non librarii, sed scriptoris ipsius emendatricem, nunc quidem si lusisse arguar, non serio repugnem. Sed satis hinc intelligi posse videtur, quantopere auctoritatem libri sui elevaverit SCALIGER, auctoritatem elevans optimorum scriptorum, hos nimirum non meliore, quam pessimos, loco dignatus. Quid vero? quod passim ipsos auctores illos, quorum in rerum Olympiacarum iudicio praerogativam esse constat, a RECENSU suo omnino prohibuit eorumque suffragia ne audienda quidem existimavit, quamquam nusquam illa, ne prae Dionysio quidem aut Diodoro, impune contempta. Hic igitur, quin arbitrii cuiusdam aut lubidinis insimules criticum nostrum, non recusabo. Sic Olymp. LXXX edidit: *Τορύμβας. οἱ δὲ Τορύλλας*, illud quidem e Dionysio AA. RR. X. init., hoc vero e Diodoro XI, 77 expiscatus: et

---

425) Est autem hic: *κατελύθη δὲ ἡ ἀπήνη, ὥς τινές φασιν, ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι, κατ᾽ ἐνίους δέ, ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ.* Cf. BOECKH. Explicatt. ad Olymp. IV. p. 141.

tamen, quam tacite reiecit, Africani lectionem *Τορύμμας*, genuinae nominis formae propiorem ideoque praeferendam demonstrant Armeniaca. Eadem quidem cupiditate, sed ratione ductus non magis idonea, nomen stadionicae illius, qui tria deinceps Olympia LXXIII—LXXV coronam abstulit, trifariam variatum nunc *Ἄστυλος*, nunc *Ἄστυλλος*, nunc *Ἄσυχος* vocavit. De quibus supra (PROLEGG. not. 410) animadverti nonnulla, e grammaticorum mutuata scriniis. Unde quam unice probabilem produxi formam *Ἄστυλος* sive *Ἀστύλος*, eius praeter alios auctores minus disertos locupletissimus testis extat Pausanias VI, 13, 1, a quo Dionysii (AA. RR. VIII, 77 REISK.) *Ἄστυλλος* non abludit, nisi per licentiam dittographiae cuiusdam exemplo ibidem illustratae. Prae huius igitur scripturae pondere nihil debebant valere caeterae, nihil, inquam, non solum *Ἀστύαλος* Africani, qui hoc loco repudiatus merito est, sed, qui aperta infuscatus barbaria *Astyalo* multo etiam minus desideraretur, *Ἄσυχος* Diodori XI, 1. At enim SCALIGER cum Diodori et Dionysii mentionibus in transcursu factis plus, quam disertissimis Pausaniae et Africani testimoniis confidere studiose perseveraret, Astylum aliis quoque affecit iniuriis, si quidem, neglecta omni repetitae in eodem victoriae significatione, ex uno victore effinxit tres, eosque non nomine tantum, sed ex parte adeo patria diversos: quas ego turbas alibi (vid. supra PROLEGG. l. l. infra RECENS. n. 287), uti par est, exprobratas hic in SCALIGERO notare supersedeo.

Taedet cumulare alia istis leviora, quae etsi excusare non magis ausim, tamen nec gravius tulerim in tanti opere apparatus. Progredior ad examinandum ipsum Olympionicarum indicem, a SCALIGERO confectum, qui num omnes, quorum quidem certa sit victrix Olympias (PROLEGG. pp. XII. XLV), plene contineat, postremo inquirendum et e fontium, quorum isti aetati aditus patuit (p. XLI), rationibus aestimandum est. Quae etsi quaestio non iudicandi facultatem aut interpretandi sollertiam tangit, sed solam spectat investigandi dexteritatem et colligendi diligentiam in auctore conspicuam: tamen cum haud parum ad censendam utilitatem operis momenti habeat, devitari omnino non posse videtur. Et indagare quidem atque reperire idoneos rerum auctores difficile esse non potuit SCALIGERO, quippe multa imbuto veterum lectione et habitanti fere Graecis in litteris. In compilandis autem et excutiendis libris eorum tanta ubivis versatus est diligentia, ut vix tenuissimum posterioribus reliquerit spicilegium. STADIONICAE igitur, quos ut certaminis principes primo etiam loco ponere decet, non magnus labor fuit recensendi. Eos enim tanquam sponte obtulit Africani catalogus Casaubonianus, qui, exceptis paucis, quorum nomina aut oblita penitus aut suo loco mota aut depravata memineris, cursores Olympicos accurate persequitur, qui inde ab initio Olympiadum Coroebearum usque ad Olymp. CCXLIX victoriam adepti sint, continuo deinceps ordine omnes complexus. Propagata quidem est *πανήγυρις τῶν Ὀλυμπιάδων*, licet saepius intermissa et instaurata [426]), neque eodem, quo antea, honore habita, duobus fere saeculis etiam post Olympiadem illam CCXLIX perduravitque in Theodosium usque Imperatorem, cuius anno sexto decimo, secundo autem Olympiadis CCXCIII p. Chr. 394 tandem in perpetuum abrogata est, teste Georgio Cedreno [427]). Harum tamen Olympiadum, ab CCL

---

426) Studuit omissa dudum Olympiorum ludicra pristinae solemnitati reddere pecuniis largiendis *Iulianus Apostata* Olymp. 285. (Vid. Iuliani Epist. 35. Opp. p. 408 coll. SCALIG. Add. Nott. ad Graec. Euseb. p. 429 b et RATHGEBERO in Encycl. Hal. III, 3. p. 161. not. 79. p. 291. not. 59), studuit item paullo post, h. e. Olymp. 287. p. Chr. 369, *Valens Augustus* (vid. Hieronym. chron. n. 2384 et Cedren. ap. SCALIG. Animadvv. p. 258 b, coll. CORSIN. FF. AA. IV. p. 194). Sed frustra. Scilicet semel obsoleverat laus huiusmodi certaminum, neque aut ipsa aut reliqua artium ingenuarum studia probabantur amplius novo istorum temporum ingenio, ingruenti quippe barbariei.

427) Hist. comp. T. I. p. 326 ed. Par. Vid. de Olympiade a Theodosio e temporum descriptione deleta etiam Ioannes Lydus De Menss. 64. p. 258. ed. G. ROETHER. cap. I. p. 110. NIC. SCHOW. E recentioribus de hac re laudasse sufficiet CORSINUM Diss. agon. I, 11, IDELERUM Enchirid. I. p. 377. not. 1,

ad CCXCIII pertinentium, memoria cum praeter unam CCLXII, ***Dionysii Alexandrini*** victoria insignem, quae in excerpto quodam servata Herennii Dexippi [428]) oblivionem effugit, non stadionicarum nominibus, sed solis aut chronographorum aut patrum ecclesiasticorum [429]) numeris contineatur, nec aeque, ac priorum, superstes sit integra: SCALIGER intactas reliquit omnes, eundem ille ***Olympiadum suarum,*** quem et ***stadionicarum*** repperit, finem constituens (Vid. PROLEGG. pp. V. XII). Neque tamen satis habuit, indicem illum e CASAUBONI exemplo Graecis Eusebianis inserto simpliciter transcripsisse, sed idem ut cum emendatior, tum auctior prodiret in RECENSU, quantum per fontium inopiam liceret, operam dedit vel maxime. Atque huius profecto laboris id consecutus praemii est, ut stadionicarum catalogus ab ipso concinnatus exemplo fuerit futurusque sit omnibus, qui nostra aetate paullo accuratius de huiuscemodi rebus aut commentati sunt aut commentabuntur. Et scripturae quidem menda quatenus SCALIGERO tollere contigerit, supra expositum est. Numerum autem stadionicarum, lacuna quadam apographi Casauboniani (Olymp. CX. vid. not. ad Recens. 901) e Diodoro XVI, 77 suppleta, in Olympiadum Descriptione exhibuit iusto non minorem, nisi uno Olymp. CLXXIV victore, ***Demostrato Larissaeo,*** cuius nomen nunc demum innotuit Armeniacorum beneficio. Vid. PROLEGG. not. 401. Alterum non omisit ipsum, sed partae gloriae dimidio fraudavit, ***Aristonem Thurium.*** Is enim non una Olymp. CLXXXV, cui in RECENSU ascriptus legitur, Olympia curriculo vicit, sed idem alteram eodem certamine coronam abstulit Olymp. CLXXXVII, quam qui apud SCALIGERUM occupavit ***Sopater Argivus***, in vacuam proximae Olympiadis sedem detrudendus est. Scilicet iterum decepit Nostrum trunca et disiecta manus CASAUBONI, quam ita, ut indicavi, reficiendam cum MAII Armeniaca ostendunt, tum Parisiensia CRAMERI Anecdota. Vid. not. ad RECENSUM n. 1391. coll. PROLEGG. not. 402. Praeterea nullus omnino extat stadii victor, qui cum locum in RECENSU SCALIGERIANO iure sibi possit vindicare, debita careat mentione. Nam qui Olymp. VIII curriculi palmam meruisse traditur ***Phayllus,*** a Pythiorum victore Crotoniata, quem supra memoravimus, plane diversus, quamquam a veteribus ipsis nonnusquam cum illo confusus, eum cum et alia Olympiade et certamine alio, sed incerto, si quidem vicit, vicisse necesse sit; merito SCALIGER non a stadionicarum solo, sed ab universo Olympionicarum recensu suo exclusit [430]). Immerito autem idem stadionicis immiscuit nonnullos — ***Lasthenem*** dico ***Thebanum*** XCIV, ***Phormionem Halicar-***

RATHGEBERUM Encycl. III, 3. p. 161. not. 79. p. 291. not. 60, MEIERUM ibid. p. 168. Adde KRAUSIUM Olymp. not. 43, quamquam is fere totus pendet a RATHGEBERO. — Eundem Cedrenum, abolitas Olympiades INDICTIONIBUS concessisse dicentem, erroris arguunt Fasti Siculi, quorum et Chronici Paschalis nomen est, p. 187. B. Par. = 355, 13. Bonn. et p. 281 B = 522, 13, unde Indictiones in Syria quidem provincia iam inde ab Olymp. 182, 2. a. Chr. 49, in universo autem imperio Romano saltem ab Olymp. 273, 1. p. Chr. 313. initium cepisse constat. Vid. IDELERI Enchirid. II. p. 350 seq. coll. MEIERO Encycl. III, 3. p. 168 b.

428) ap. Eusebii quendam Eclogarium, cuius verba SCALIGER profert Add. Nott. ad Graec. Euseb. p. 429 b. Is etsi Dionysium illum simpliciter dicit *νικῆσαι*, quin de stadii palma loqui voluerit, non dubito. RATHGEBERUS quidem Encycl. III, 3. p. 161 not. 79. hanc victoriam Olymp. 242 ascripsit, sed non alio, ut videtur, quam memoriae errore. Cf. Photii cod. 82.

429) EUSEBIUM puta, HIERONYMUM, PROSPERUM AQUITANUM, CHRONICI PASCHALIS conditorem, a quibus eas, quas diximus, Olympiades ipsas quoque reperias perpetua serie continuatas. Unam et alteram passim etiam apud alios, sed similis aut eiusdem generis scriptores, deprehendas numeratam, v. c. CCLIV apud CENSORINUM, De Die Nat. cap. 18 (coll. IDELERI I. p. 375. not. 1), et CCLXXI apud SOCRATEM SCHOLASTICUM, cuius historia ecclesiastica ab hac Olympiade orditur, I. p. 6 A. VII. 391 D. ed. H. VALES. Mogunt. a. 1677. Fol. Quid? quod in Chronico et Prosperiano et Paschali, tuendae nimirum in temporum notatione constantiae caussa, Olympiades adeo infra CCXCIII, omnium, ut vidimus, ultimam, deductae et ad finem utriusque libri, tum illius in CCCVI, tum huius in CCCLII desinentis, digestae sunt. Atque eodem usus calculo Socrates quoque historias suas in Olymp. CCCV definit VII. p. 391 D. Hae igitur non verae et genuinae Olympiades sunt, sed fictitiae et adulterae.

430) Schol. Arist. Acharn. v. 214: *ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος (Φάϋλλος) ἀθλητὴς ὀγδόην Ὀλυμπιάδα νικήσας.* Cui loco medicina illa, qua in similibus non frustra nobis usi esse videmur, adhiberi non potest.

nassensem XCVII, ***Eubotam Cyrenaeum*** CIV — quos cum aliorum potius certaminum oleastra cepisse constet, iis quidem, quae diximus, Olympiorum solemnibus e cursus simplicis victoribus aut prorsus tollendos, aut eo certe, quo producuntur, loco movendos esse supra docuimus. Tantum de stadionicarum catalogo Scaligeriano, quem cum Noster tanquam fundum posuisset totius opusculi, in colligendis digerendisque reliquis Olympionicis minus laboravit. Horum igitur quotquot aliud agenti obviam facti sunt, cupide arripuit, eos tantum, qui quoque certamine primi vicissent, data opera sectatus. Vid. PROLEGG. p. XXVIII. Quamquam ex istis Olympiorum victoribus ut in RECENSU multi desiderentur, ne sic quidem commisit, quin committere vix potuit, quandoquidem horum omnium non aeque, ac stadionicarum, perpetuis transmissa indicibus, sed fortuitis iisque perraris innixa veterum mentionibus, obscura admodum et oblitterata ad nostram aetatem permanavit memoria. Itaque CURSUS DUPLICATI VICTORES nactus est omnes, excepto uno ***Chionide Lacedaemonio,*** quem praeter tres coronas de curriculo acceptas, minimum totidem etiam diaulo rettulisse sane certissimum est, sponsore Pausania [431]). Has tamen quin eodem duce IV, 23, 2. IV, 23, 5. VIII, 39, 2. Olympiadibus XXVIII—XXX continuis assignaret Noster, caussa fuit falsa huius scriptoris interpretatio, qua deceptum SCALIGERUM supra ostendimus. Pariter nec eorum, qui DE LONGIORE STADIO palmam meruerunt, quorum de ***Acantho Lacedaemonio*** vid. not. ad RECENS. n. 40, inepte omisit quemquam, praeter unum rursus, eumque novissimis demum temporibus ex Inscriptione quadam Iasensi, alias quoque vel maxime memorabili [432]), in lucem protractum, ***T. Flavium Metrobium,*** Olymp. CCXVII virorum dolicho victorem. Vid. RIC. CHANDLERI Inscript. ant. P. I. n. LV. p. 19 = BOECKH. Corp. Inscriptt. Vol. II. n. 2682 p. 466. In LUCTATORIBUS porro unum perperam numeravit, ***Euthymum Locrum Epizephyrium,*** quem, auctore Pausania VI, 6, 2, triplici pugilatus corona (Olympp. LXXIV. LXXVI. LXXVII) ornatum, Olympp. LXXVI et LXXVII iterum tertiumque lucta vicisse scribit, calami errore manifesto, quem notavimus supra PROLEGG. p. XLIII. Contra neglexit ***Paeanium Eleum,*** qui una Olympiade ante Caprum popularem suum, proinde Olymp. CXLI, adversarios stravit in palaestra, tradente rursus Pausania VI, 15, 10. Venimus ad PUGILES. Horum ***Euthymo*** et ***Phormioni,*** quorum ille

---

Nam ista quidem Olympiade praeter cursum nulla committebantur certamina. Neque vero numeri simplex correctio satis adiuverit Scholiastam, quippe a prima Olympiade saltem usque ad Olymp. CCXLIX nullus vacuus est locus, quem occupet iste stadionica. Itaque nihil superest, nisi ut, quod supra statui, revera utrumque statuatur. Qua autem Olympiade (an CVIII, propter Plutarchi Amat. 16 narrationem?), aut quo certaminis genere Phayllus iste vicerit, quis tandem coniectura definire ausit? Cf. VALCKEN. ad Herod. VIII. p. 640. 10. WOLF. in Epist. ad Vaterum in Aristot. Rhet. III, 16. p. 215. MUELL. Dorienss. II. p. 308. KRAUS. Olymp. p. 350 seqq. WELCKER. Cycl. Epic. in Mus. Rhen. Suppl. I, p. 48. not. 63. SCHNEIDEW. ad Zenob. Cent. VI, 23.

431) III, 14, 3: *Χίονις ἀνὴρ Λακεδαιμόνιος δρόμου νίκας ἀνείλετο ἄλλας τε καὶ Ὀλυμπίασιν· ἐνταῦθα δὲ ἑπτὰ ἐγένοντο νῖκαι, τέσσαρες μὲν σταδίου, διαύλου δὲ αἱ λοιπαί.* In quo cursim moneo numerum *τέσσαρες* falsum esse, quamquam non librarii culpa, sed memoriae errore Pausaniae ipsius. Qui *τρεῖς* potius scribere debebat. Plures enim curriculi victorias non concedit Chionidi Africani plenam stadionicarum seriem ex ordine tradentis catalogus. Proinde si recte se habet *ἑπτά* numerus, Chionis adeo quattuor de duplicato stadio palmas abstulisse existimandus erit, licet earum tres dumtaxat Olympiadum numeris descriptas deinceps proferat Pausanias. Aliter iudicat BOECKHIUS in Explicatt. ad Pind. p. 206, quamquam vereor, ut recte. Vid. nott. ad RECENS. 83. 89. 94.

432) Is nimirum titulus omnium, qui quidem genuini ad nos pervenerunt, unus solusque est, in quo temporis descriptio annis Olympicis applicata occurrit. Producuntur quidem praeterea in Inscriptionibus Boeckhianis nonnullae Olympiades, veluti prima Vol. I. n. 342, secunda n. 1345, denique alia quaedam, deleto numeri signo mutila, n. 446. Has tamen ad unam omnes cave pro *Coroebeis* existimes. ***Hadrianeae*** enim illae sunt, ab Olympieo Attico, Olymp. 227, 3 per Hadrianum dedicato, computandae. Vid. CORSINI FF. AA. II. p. 105 seq. BOECKH. l. c. n. 1345. p. 657. RATHGEBER. Hal. Encycl. III, 3. p. 195a. Hinc corrige, quod cupidius paullo iudicat MEIERUS Encycl. l. l. p. 168b. not. 57., quem tamen nunc ipsum video in Addend. p. 489 seq. sententiam retractare.

bis pro luctatore, hic pro cursore in RECENSU nostro iniuria venditatur, sua utrique iura restitui. Addo quattuor praeterea caestuum certamine victores, ***Daippum Crotoniatam*** Olymp. XXVII, ***Theagenem Thasium*** LXXV, ***Diagoram Rhodium*** LXXIX, denique ***Clitomachum Thebanum*** CXLII [433]): quorum mentio omnium cum desit apud SCALIGERUM, duorum saltem, nulla SCALIGERI culpa, deest, Daippi et Diagorae, siquidem illius memoriam universam, huius certe victricem Olympiadem e codicibus Stephani Byzantini et Scholiastae Pindarici, vivo Nostro irrepertis, eruerunt Viri Docti. ***Glaucum*** vero ***Carystium,*** pugilem et ipsum celeberrimum, etsi probe cognitum habuit SCALIGER [434]), ab OLYMPIADUM tamen DESCRIPTIONE seclusit consulto ob subspectam sine dubio Suidae auctoritatem. Ac profecto Graeculus iste s. v. *Γλαῦκος* cum Glaucum nostrum Olymp. XXV inter pugiles coronatum scribit, in errore versatur aperto. Etenim Glauco patri statuam positurum filium opifice usum esse Glaucia Aegineta, diligentissimus scriptor tradit Pausanias VI, 10, 1 [435]). Atqui Glaucias ille famam arte sua consecutus est circa Olymp. LXXIII—LXXV [436]). Cui suppar aetate Glaucida hercle! non potest patrem habuisse ducentis annis ante in percellendis athletis Olympiae spectatum. Omnino apud Suidam pro *πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ* rescribendum videtur *πέμπτῃ καὶ ἑξηκοστῇ.* Meminit Glauci Carystii etiam Demosthenes De Corona p. 331. Sequuntur VICTORIAE CURULES, partae quadrigis iisque integrae aetatis equorum: quod genus equestrium certaminum longe splendidissimum Graece aut *ζεύγους*, aut *ἅρματος τεθρίππου*, aut simpliciter vel *ἅρματος* vel *τεθρίππου,* nonnusquam etiam *ἵππων* nomine appellatur [437]). Harum e serie rursus una occurrit plane eximenda, non quin curulis sit, sed quod pro Olympica haberi omnino nequit. ***Megaclis*** dico, ***Hippocratis filii, Atheniensis,*** Pythiam quadrigarum victoriam, plus semel memoratam, quam SCALIGER ob somnium quoddam Scholiastae Pindarici ex Olymp. LXXII, 3. Pyth. XXV in Olymp. LXXXVIII deiiciens commisit, ut errorem suum alieno errore auxisse dicendus sit. Qua de re supra monuimus [438]). Hoc igitur Megacle ex Olympiorum victoribus expuncto, scilicet ne nomen Alcmaeonidarum, quemadmodum aliquando Athenis, sic a nostris Olympionicarum tabulis exulet: age, alius Megaclis memoriam Olympicam, indigna oblivione obrutam, si renovare possimus, experiamur. In quo experimento sane cautione opus est tum ob Herodoti in tempore accuratius definiendo solemnem negligentiam tum ob sublestam fidem recentiorum criticorum [439]). Hos quidem si audis, Alcmaeonidarum genti, qua nulla olim Athenis celebrior fuit, cum aliae, tum Olympicae palmae obtigerunt multae, eaeque omnes, si quid video, curules, quippe quae regalem familiae, equis alendis nobilitatae [440]),

---

433) De *Daippo* testis Phlego in genuini Stephani fragmento Seguieriano, quod anno 1664 a SAMUELE TENNULIO repertum primus cum excerpto geographi Hermolaico a. 167⁸ Amstelodami publici iuris fecit THOMAS DE PINEDO, s. v. *Δυσπόντιον* p. 742. Phlegontis Fragm. VI ap. WESTERMANN. Scriptt. Rerr. Mirabb. Graecc. p. 208. coll. eodem in censura libri Krausiani, Annalibus Novis Philol. et Paedag. a SEEBODIO, IAHNIO, KLOTZIO editis inserta, Cycl. XII. Vol. XXXVI. Fasc. I. p. 96. — De *Theagene* Pausanias VI, 6, 5 coll. VI, 11, 4 et VI, 15, 3. — De *Diagora* Scholiasta Pind. Olymp. VII. p. 157. Olympiadis numerum, victoriae indicem, e cod. Vratisl. D et A haustum primus inter Scholia recepit novissimus editor BOECKHIUS. — De *Clitomacho* Pausanias VI, 15, 3—5. coll. Suid. s. v. *Κλειτόμαχος*. Extat in eum Epigramma Alcaei Messenii IX. Anthol. Graec. ed. IACOBS Vol. I. p. 239 = Anal. BRUNCK. Vol. I. p. 488.

434) Vid. SCALIGERI *Ἀναγραφῆς τῶν πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον νικησάντων* Appendicem ab ipso Graece conscriptam Thes. Tempp. p. 350.

435) Cf. TISCHBEIN. Vas. of Hum. IV, 46.

436) Vid. MUELLERI Aeginet. p. 103. coll. RATHGEBERO in Encycl. Hal. III, 3. pp. 142 b. 144 b.

437) Vid. Paus. VI, 1, 4. 10, 7. 12, 7. 16, 6. saep. coll. MEIERO Hal. Encycl. III, 3. p. 305 a.

438) Vid. ad RECENS. not. 321. PROLEGG. p. XLIV. LVIII. LXIV seq.

439) Scriptores Argumentorum Aristoph. Nubb. II. p. 77 et X p. 79. ed. FR. DUEBNER: quos excripsit Tzetzes l. c. ap. CORSIN. FF. AA. II. p. 61.

440) Vid. Herod. VI, 125 coll. Argumentt. Nubb. II et X et Scholiast. Nubb. 64 p. 84.

opulentiam unice deceant. Nos nihil moramur caeteras victorias, solis inhaerentes Olympicis. Harum vero numerum tantum esse non posse, quantus ab Aristophanis Nubium Enarratoribus eorumque pedisequo Ioanne Tzetza [439]) perhiberetur, argumentatione ad persuadendum efficacissima probavit BOECKHIUS Explicatt. ad Pind. Pyth. VII. pp. 303—305, omnes ille coronas Olympicas Alcmaeonidis tributas amolitus, praeter duas, alteram ***Alcmaeonis,*** ab Herodoto VI, 125 et Pindaro Pyth. VII, 14 seq. memoratam, alteram ***Megaclis, Pisistrato aequalis***, a Scholiasta Pindarico emendato [441]) Olymp. LVII ascriptam. Quarum illa quidem, cum temporis indicio careat, nihil ad nos; haec vero, licet a victore exule tanquam reditus pretium Pisistrato remissa [442]) dicatur, nihilominus non nulla Megaclis mentione in vetustis Eleorum tabulis notata fuisse videtur; quam ob rem nostris eam Olympionicarum catalogis inscribendam utroque nomine censeo. Praeter Megaclem istum, victoriam suam Pisistrato gratificantem, alii quoque nonnulli ex equiriis oleastrum adepti traduntur, a SCALIGERO derelicti: quos hoc loco supplemus. Primum igitur Olymp. XXXIII nota ***Myronem,*** deinde LXXXVIII ***Hieronem,*** alterum ***Sicyoniorum,*** alterum ***Syracusanorum*** tyrannum [443]). Porro Olymp. XC fortasse desideres ***Lichae Lacedaemonii*** [444]) victoriam, quamquam eam certa de caussa, e Thucydidis V, 49 et Pausaniae VI, 2. 1 narrationibus notissima, memineris non ***Lichae,*** sed ***populi Thebani*** nomine in Eleorum fastos fuisse illatam. ***Eubotas*** vero ***Cyrenensis,*** qui Olymp. CIV quadrigis vicisse fertur, an ex hoc Olympionicarum ordine absit rectius, dubites una cum famae eius auctore Pausania VI, 8, 2. Unius restat coronae curru partae memoria, in Stephani Byzantini fragmento superstes supra laudato [445]), quod primum, vergente saeculo XVII, proinde post SCALIGERI aetatem, in communem virorum eruditorum usum pervenit, non tamen, quod maxime dolendum, sine foedis quibusdam lacunis. Eiusmodi lacuna ipsum infestavit Phlegontis testimonium, quod in reliquiis istis Stephanianis s. v. *Δυσπόντιον* oblatum, si integrum esset, rei nostrae egregie consuleret. Nunc vero, oblitterato Olympionicae nomine, nihil amplius inde proficias, nisi ***Olymp.*** XXVII ***Eleum quendam e Dyspontio oriundum*** Olympia vicisse quadrigis [446]). Defectum qui supplere conatur, Elidensium aliquot Olympionicarum nomina e Pausania aucupatus A. WESTERMANNUS *ἐν ΠΑΡΑΔΟΞΟΓΡΑΦΟΙΣ* Phleg. fragm. VI p. 208, si nesciendi quoque aliquam artem et scientiam esse meminisset, ut opinor, inani eiusmodi conatu abstinuisset. — In PANCRATIASTIS, ad quos deinceps deducit tem-

---

441) Pyth. VII. inscr. p. 391: *τὴν γὰρ τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην ἐκεῖνος (Μεγακλῆς) Ὀλυμπιάδα ἀναγράφεται νενικηκώς·* quo loco pro *μζ'* numero haud dubie vitiato *νζ'* restituendum docet BOECKHIUS Explicatt. p. 304.

442) Scholiasta Aristoph. Nubb. v. 64. p. 84 auctore.

443) De *Myrone* vid. Pausanias VI, 19, 2. De *Hierone* Scholiasta Pind. Olymp. I. inscr. p. 21 coll. BOECKH. Explicatt. p. 101.

444) *Ὀλύμπια ... οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα,* h. e. (cf. not. ad RECENSUM n. 545) Olymp. XC: Thucydides l. c.

445) Vid. not. 433.

446) *Ἐν κζ' (Ὀλυμπιάδι) ... Ἠλεῖος* (sic WESTERMANNUS pro codicis lectione *Ἠλείων*) *ἐκ Δυσποντίου τέθριππον.* In quibus eandem animadverte dicendi *ἀκρίβειαν,* quae, ni fallor, e genuinis harum rerum fontibus, Eleorum tabulis, traducta etiam in Africani Olympionicarum catalogo occurrit haud raro. Compara Olymp. CXXXII: *Ξενοφάνης Αἰτωλὸς ἐξ Ἀμφίσσης,* CLXIII: *Ἀρίστανδρος Λέσβιος ἐξ Ἀντίσσης* aliaque eiusdem usus in Armeniaco Eusebio exempla. Qua de re expressis verbis moneo, ne quis putet vocem *Ἠλεῖος* habendam esse pro nomine virili, cuius vices eam una cum multis aliis eiusdem generis gentilibus (quas vide apud LEHRS. De Arist. Stud. Hom. p. 283) passim et in fabularum et in rerum gestarum memoria sustinere in vulgus notum est. Vid. PAPIUS Lex. nom. propr. Gr. s. v. *Ἠλεῖος.* Quid vero, si Phlegontis locum neque mutilum neque omnino corruptum existimantes, ***universi Eleorum e Dyspontio populi*** (*Ἠλείων*) eum currum fuisse dicamus, eodem scilicet modo, quo etiam ***Thebanorum civitatem*** aliquando (vid. Paus. VI, 2, 1 coll. Thuc. V, 49) ex equiriis victricem et renunciatam Olympiae et Olympionicarum indicibus inscriptam esse constat? Quamquam huic quoque rationi quid obstare videatur, intelligo.

poris ratio, SCALIGER non neglexit ***Androsthenem Lichae filium, patria e Maenalo urbe Arcadem;*** sed cum duae eiusdem certaminis palmae ei obtigisse tradantur [447]), eorum unam tantummodo diserte recensuit, priorem, Olymp. XC recte collocatam, posteriorem vero, incertae quippe Olympiadis, merito praetermisit silentio. Nam etsi verisimile est, secundam hanc Androsthenis victoriam duabus de Olympiadibus altera, aut XCI aut XCII, fuisse paratam: harum tamen utri revera competat, certo definiri omnino non potest. Omissos autem ex hoc numero quattuor deprehendi, quorum suo quemque loco inseras OLYMPIADUM RECENSIONI: ***Olymp.*** LXXV ***Dromea Mantinensem,*** LXXVI ***Theagenem Thasium,*** LXXVII ***Calliam Atheniensem,*** CXLI ***Clitomachum Thebanum*** [448]). — Proximum iam est examen eorum, qui EQUO DESULTORIO, eoque admissario, adulto, cuius apud Graecos nomen *ἵππος κέλης* sive *κέλης μονάμπυξ* aut nude vel *κέλης,* vel *ἵππος,* passim etiam *μονάμπυξ* sive *μοναμπυκία,* uno et altero loco *μονοκέλης* vocatum reperitur [449]), coronam oleaginam meruisse dicuntur. Horum in numerum primum Olymp. LXXI pro ***Pythagora*** et ***Glauco,*** quos celetis victoribus a SCALIGERO temere immixtos supra (PROLEGG. p. LXV) delevi, substituo ***Empedoclem Agrigentinum.*** Vid. not. ad RECENSUM n. 270. Praeterea ***Olymp.*** LXXIV addo ***Calliam*** I, ***Phaenippi filium, Atheniensem*** [450]) et CVI ***Philippum, Macedonum regem*** [451]). ***Hieronis Syracusani*** non oblitus quidem SCALIGER est, sed semel tantum Olymp. LXXIII meminit de equo singulari coronati. Addidit tamen Hiero priori illi victoriae alteram, celete Pherenico partam, Olymp. LXXVII [452]). Quamquam de hoc quidem defectu cum SCALIGERO expostulare vereor. Facile enim fieri potest, ut Scholiastae verba ea, quibus istius palmae memoria continetur, in codice suo ne scripta quidem reppererit [453]). — Caeterorum certaminum victores licebit generatim complecti. Quorum nomina antiquitus tradita colligenti et cum iis, quae SCALIGER congessit, comparanti proximi mihi occurrunt quidam, numero rursus totidem, quot Olympiadis anni sunt, debitam adhuc in RECENSU mentionem expectantes. Ex his duo CURSORES sunt, INTER PUEROS coronam consecuti: ***Sostratus Pellenensis*** et ***Damiscus Messenius,*** quorum illum quidem Olymp. LXXX, hunc vero CII ascribendum esse, certissime evincas e Pausania [454]). Eodem teste, duobus certaminibus, et BIIUGIS INTEGRAE AETATIS EQUIS (*τελείᾳ συνωρίδι*) et PULLORUM CURRU (*πώλων ἅρματι*), una Olympiade CII victor renunciatus est ***Troilus Eleus*** [455]), quem et ipsum frustra quaeras apud SCALIGERUM. Quartus isque PULLI DE-

---

447) Vid. Paus. VI, 6, 1, coll. Thuc. V, 49.

448) De ***Dromeo*** vid. Paus. VI, 11, 2. coll. VI, 6, 5; de ***Theagene*** id. ibid., de *Callia* id. V, 9, 3 coll. VI, 6, 1. Procul dubio hic Callias pancratiastes idem est cum Callia I, Phaenippi filio, celetis victore, cuius meminit Scholiastes Aristoph. Avv. v. 283 coll. Pseudo-Herod. VI, 122. Vid. BOECKH. Oecon. reip. Attic. Vol. I. p. 630. ed. IIdae. De *Clitomacho* denique cf. Paus. VI, 15, 3. coll. PROLEGG. not. 433.

449) cf. MEIER. Encycl. III, 3. p. 305 a.

450) *Callias Atheniensis,* qui in gentis stemmate, a BOECKHIO Oecon. reip. Attic. I. p. 630. ed. IIdae proposito, eius nominis primus numeratur, celete Olympia vicit *τὴν τετάρτην καὶ πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα,* sponsore Scholiasta Aristoph. Avv. v. 283. p. 217 a, cuius numerum in *τὴν τετάρτην καὶ ἑβδομηκοστὴν,* praeeunte MEURSIO Archontt. Athenn. II, 4, probabiliter refingit CORSINUS FF. AA. III. p. 159. Meminit eius victoriae, sed nullo temporis indicio, personatus Herodotus VI, 122. Caeterum hunc Calliam a pancratiasta paullo ante laudato non diversum videri, supra not. 448 animadvertimus.

451) Tradit Plutarchus vit. Alexandri cap. 3: *Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτίδαιαν ᾑρηκότι τρεῖς ἧκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον· ἡ μὲν Ἰλλυρίους ἡττᾶσθαι μάχῃ μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος, ἡ δὲ Ὀλυμπίασιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τρίτη δὲ περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενέσεως.* Quae omnia, nisi in verbo *ἄρτι* nimis anxie haeseris, in Olymp. CVI ineuntem optime quadrare intelliges coll. not. nostr. ad RECENSUM n. 820.

452) Testis Scholiastes Pind. Olymp. I. inscr. p. 21: *ὁ δὲ αὐτὸς (Ἱέρων) καὶ τὴν οζ´ νικᾷ κέλητι.*

453) Eruit BOECKHIUS ex Vrat. A. D. MOSC. B. HAFN.

454) De ***Sostrato*** VII, 17 extr. coll. VI, 3, 4. de ***Damisco*** VI, 2, 10 coll. IV, 27, 6. Adde nott. ad RECENSUM n. 242. 399. — 751. 756. 759.

455) VI, 1, 2.

SULTORII (πωλικοῦ κέλητος) palmam adeptus, desideratur ***Callippus,*** patria ***Eleus,*** in victorum Olymp. CLXXVII coronatorum catalogo commemoratus Phlegonteo, quem in RECENSUM transcripturus SCALIGER cum alia turbavit, de quibus statim dicam, tum Callippi nomen oculis nimis festinantibus totum neglexit. Vid. not. ad RECENSUM n. 1308. Desunt quidem in RECENSU nostro duo praeterea Olympionicae, sed eos, Scaligeriano saeculo ignotos, sero in hominum doctorum notitiam attulerunt Armeniaca. Eorum alter ***Hippocrates Thessalus*** ex eo ipso, cuius modo in Callippo mentionem feci, certaminis genere recens ascito (πωλικῷ κέλητι) princeps omnium victoriam reportavit Olymp. CXXXI, alter, ***Aristoxenus Rhodius,*** Olymp. CLVI tertium sibi locum peperit in numero eorum, qui de PANCRATIO SIMUL ET LUCTA coronam cepisse perhibentur. Hinc emendanda SCALIGERI RECENSIO, in qua locis iniuria proinde occupatis cedere debebunt et ***Tlepolemus Lycius*** et ***Leonidas Tarentinus,*** quorum hic ex Eusebio Graeco lacuna deformato petitus, minime quidem a stadionicis, at certe ab athletis, ille e Pausaniae, famam illius (V, 9 extr.: λέγουσιν), non historiam narrantis fide receptus, ab Olympionicis omnino relegandus est. Vid. nott. ad RECENSUM n. 1113. 1214 coll. PROLEGG. p. LXI. Deinde unus, alter afferendus est, qui, etsi non deest in SCALIGERI catalogo, tamen cui ascriptus reperitur certamini, eo non vicit. Quo e genere ***Hellanicus*** est et ***Clitias*** sive ***Cletias,*** uterque et ***Eleus*** et Olymp. CLXXVII coronatus, quorum prior, quum duas eisdem Olympiorum solemnibus palmas reportasset, alteram PULLORUM, non, ut in RECENSU fertur, bigis, sed QUADRIGIS (πωλικῷ τεθρίππῳ), hic unam, quam cepit, non pullo desultorio illam, sed BIGIS PULLORUM (πωλικῇ συνωρίδι) obtinuit. Creavit, ut dixi, errores istos obiter inspectus Phlegontis locus apud Photium cod. 97. Denique qui eadem Olympiade a SCALIGERO affertur ***Aptotus*** periodonices, eum non solum ex Olympionicarum, sed ex omni hominum memoria extinguendum esse alibi probavimus, PROLEGG. p. LXVIII coll. not. ad RECENSUM 1308.

Sed haec hactenus. Certissimum enim de pretio Scaligerianae huius lucubrationis iudicium effectum putamus iis, quae huc usque disputavimus. Quorum summam paucis complectenti illud quidem statim ab initio diffitendum non est, Olympionicarum descriptionem, a SCALIGERO concinnatam, mendis quibusdam laborare, aliis quippe victorum nominibus perperam scriptis, aliis certaminis genere falso in fastos collatis, aliis denique penitus omissis vitiatam. Quum tamen vitia ista partim temporis potius, quam scriptoris habenda, partim festinationi cuidam, in tanto, tam laborioso, tam late patenti opere non nimis aegre ferendae tribuenda esse videantur: equidem non dubito de SCALIGERI catalogo in universum sic profecto iudicare, ut ne hoc quidem studii eius bonis litteris consecrati specimen, in Olympionicarum et nominibus colligendis et definiendis temporibus non sine tanto, quantum per aetatem consequi licuit, successu versatum, magno auctore suo indignum esse censeam. Atque idem fere cum etiam de reliquis rerum generibus, in RECENSU nostro tractatis, dici optimo iure possit (vid. PROLEGG. pp. XLV. LVII seqq.): operae pretium me facturum putavi, si totum SCALIGERI libellum, ex indignis THESAURI tenebris, quibus oppressus una cum multis aliis ingenii Scaligeriani monumentis non minus egregiis delitescit, pro virili parte emendatum et auctum in lucem proferendum communibusque, quibus in rarescentium exemplorum paucitate magis magisque carere coepit, usibus restituendum curaverim. Quam quidem curam si non frustra susceptam iudicarint viri harum rerum periti: fructum eius honestissimum ex illorum mihi iudicio videbor consecutus. —

Scribebam Gubenae Lusatorum d. XIV. m. Aprilis a. h. s. LII.

ΟΛΥΜΠΙΑΔΩΝ ΑΝΑΓΡΑΦΗ

EX

IOSEPHI SCALIGERI THESAURO TEMPORUM

ED. II. AMSTELOD. a. MDCLVIII. p. 313—343.

Ὀλ. Α. Κόροιβος Ἠλεῖος στάδιον 1).

α. Αἰσχύλου ἄρχοντος Ἀθηναίων ἔτος β' 2). Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου Λακεδαι- p.313a*)
μονίων βασιλέως ἔτος λδ' 3).

---

*) Numeris, quos margini adscripsimus, paginae indicantur Thesauri Scaligeriani.

1) Hausit Noster è Sex. Iulii Africani stadionicarum catalogo, qui rursus ex ipsis petitus Eleorum tabulis, cum rerum Olympiacarum testis locupletissimus, tum Scaligeri per universam hanc Recensionem princeps habendus dux et auctor est. Eusebius quidem *Ἀθηναίων* scripsit in Excerptis Scalig. p. 45, 19. Voluit tamen sine dubio *Ἠλείων*, certe debuit. Ipsius quippe auctoris, non librariorum id mendum esse, ex redeunte cognoscas apud pedisequum Eusebii, Georg. Syncellum p. 157 B Paris., eiusdem vocis importunitate. Superest, amissis Africani reliquis, egregium fragmentum illud et in manuscripto quodam Graecorum Eusebianorum Parisiensi, quod post Scaligerum p. 39 seqq. primus nostra aetate excudendum curavit Cramerus in Anecdd. Pariss. Vol. II. p. 142 seqq., et in codice Eusebii Armeniaci Haicano, nuper reperto, quem Latina interpretatione Armeniacis addita publicavit I. B. Aucherus Vol. I. p. 282 seqq., A. Maio et I. Zohrabo sola Latina offerentibus p. 142 seqq. Cf. Prolegg. pp. I. not. I. II. V. LII. LXXII. Extat eiusdem Africani de Coroebo, Olymp. 1 victore, testimonium, e quarto depromptum Historicorum libro, apud Syncellum p. 197 C. Praeterea stadionicae huius meminerunt Callimachus ap. Eusebium Scalig. p. 39, 20, a Syncello p. 196 C excriptum, Aristodemus Eleus ap. eosd. ibid., Castor rursus ap. Eusebium, Africani, ut videtur, fide fretum p. 28, 21 — quamquam huic perperam *Κόρυβος* audit, — Strabo VIII. p. 355. Vol. III. p. 134. ed. C. H. Tzschucke, Phlego De Olymp. fragm. ed. II. Fr. Franz. p. 130. ed. A. Westermann. p. 205, 7, Pausanias V, 8, 2. VIII, 26, 3. coll. I, 43, 7. I, 44, 1, Athenaeus IX p. 382 B, Eusebius Praepar. Evang. X, 9 p. 484. Etsi igitur tot gravissimorum scriptorum auctoritate constat, Coroebum Eleum primum omnium a popularibus suis in Olympionicarum fastos esse relatum: haec tamen ipsa Coroebi Olympias post restauratos ab *Iphito* ludos Olympicos quota censenda sit dubitatur. Aristodemus quidem, praeeunte Polybio, Iphiteam Olympiadem Coroebeae XXVII Olympiadibus anteponit, Callimachus autem XIII. Convenit cum Polybio et Aristodemo Phlegonti, at facit cum Callimacho Africanus ap. Sync. l. c. Quae quidem peritissimorum auctorum de intervallo Iphitum inter et Coroebum constituendo dissensio licet certa ratione componi omnino non posse videatur: hoc tamen sine ulla controversia certissimum est, alterum ab altero satis longo temporis spatio distare. Vid. L. Ideleri Enchirid. chronolog. math. et techn. Vol. I. pp. 372. 374. not. Neque magis dubium illud est, temporum rationem a Graecis deductam esse a Coroebea Olympiade, non usquam ab Iphitea. Aristodemus l. l: *Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν.* Castor l. l.: *Ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα Κόρυβος* (leg. *Κόροιβος*) *Ἠλεῖος στάδιον. ἐντεῦθεν δὲ κατὰ τὰς Ὀλυμπιάδας ἀριθμητέον τοὺς χρόνους.* Atque recte Coroebi Olympiadem omnium primam idem appellat Castor, accinente Africano l. l. Errant igitur qui a Lycurgo positam primam Olympiadem putant Ciceronis chronologi, ab ipso quidem Cicerone eo nomine expressis verbis castigati De Republ. II, 10, nihilominus tamen perversae opinionis suae participem nacti Plutarchum Lycurg. cap. 1, errant item qui numeratum ab Iphito Olympiadum initium scribunt Solinus, Polyh. p. 2 E. ed. Claud. Salmas., et Chronici Paschalis auctor p. 104 C. Par., errat denique idque ineptissime Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 336 B. Sylb. Vol. II. p. 92, 24. R. Klotz. *τὴν Ἰφίτου Ὀλυμπιάδα* dicens eam, qua stadio vicit Coroebus. Quid vero? quod ipse adeo Scaliger praeposteram istam loquendi rationem amplexus, ubicunque annos Coroebi intelligi vult, constanter de annis Iphiti narrat. De quo errore monuimus in Prolegg. p. LXX. not. 424. Cf. E. W. Fischeri Tabb. chronol. Graec. et Rom. 1. p. 41. — Reliquas veterum de aerae Olympiacae initio a regum aut magistratuum annis computato sententias complexi sumus nota proxima n. 2. In universum autem de anno Olympico vid. Ideleri l. l. atque de certaminibus Olympiae celebratis M. H. E. Meieri disput. in Encycl. litter. Hal. III, 3 p. 293 seqq. coll. G. Rathgebero ibid. p. 157 seqq. et I. H. Krause in libro, cui inscriptum Olympia Vienn. a. 1838. p. 61—69.

2) *Αἰσχύλου ἄρχοντος*] Eusebius, interprete Hieronymo, ad annum MCCXL: *'Hic constituitur OLYMPIAS prima secundo anno Aeschyli Atheniensium iudicis.'* Ipsam auctoris manum servavit Eclogarius Scalig. p. 38, 48: *Αἰσχύλου τῷ β' ἔτει πληρουμένῳ, τῷ τρίτῳ αὐτοῦ ἔτει, ὃς ἦν κθ' βασιλεὺς Ἀθηναίων ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Κέκροπος τοῦ διφυέος, ιβ' δὲ τῶν διὰ βίου ἀρχόντων, ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη,* et paullo accuratius Syncellus p. 195 C D: *Αἰσχύλου τῷ β' ἔτει πληρουμένῳ καὶ ἀρχομένῳ τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει, ὃς κτλ.* Cuius numeros *β'* et *γ'* qui in *ιβ'* et *ιγ'* mutavit G. Dindorfius ed. Bonn. p. 369, 8, vereor ut verisimili utatur emendatione. Is scilicet calculus potius est Castoris, qui dissidens ab Eusebio revera in duodecimum Aeschyli annum primam Olympiadem confert, ap. Euseb. Scalig. p. 28, 21. Aucher. P. I. p. 274. *Εἰκοστὸς*, inquit, *ἔνατος Αἰσχύλος Ἀγαμήστορος ἔτη κγ', ἐφ' οὗ ἔτει δωδεκάτῳ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη.* Verum hoc ipsum decennium, quo initium Olympiadum retardasse videtur, post ita compensat, ut *Ἀλκμαίωνι*, cuius regno Eusebius biennium tantum tribuit, annos XII assignet. Sic Castor, quamvis in statuendis Olympiadum et Alcmaeonis, Aeschyli successoris, initiis cum Eusebio dissentiat, in annis tamen a prima Olympiade usque ad Alcmaeonis obitum sive ad decennalis praeturae initium numerandis in concordiam cum illo redit: proinde ut Scaliger in Notis ad Graeca Eusebiana p. 426 a et Corsinus Fast. Att. T. III. p. 2 in laudato Castoris loco *δευτέρῳ* pro *δωδεκάτῳ* (*β'* pro *ιβ'*)

β.
γ.
δ.

ΟΛ. Β. Ἀντίμαχος Ἠλεῖος στάδιον[4]).

---

scribendum frustra coniecisse videantur. Chronici Paschalis scriptor satis habet Olympiadem primam ad Aeschyli tempora collegisse, sententiae auctore usus Africano, p. 104 B. C. Redeo ad Eusebium. Is scilicet etsi Olympiadum exordium computat ab anno Aeschyli secundo, signat tamen anno tertio: quo facto ***Aeschyli*** (ab anno 2 ante Olymp. I — Olymp. VI, 1), ***Alcmaeonis*** (ab Olymp. VI, 2 — VI, 3), item ***Charopis*** (ab VI, 4 — IX, 1), ***Aesimedis*** (ab IX, 2 — XI, 3), ***Clidici*** (ab XI, 4 — XIV, 1), ***Hippomenis*** (ab XIV, 2 — XVI, 3) praeturas, cum Olympiadum annis comparatas, toto anno reddidit priores, quam pro accuratiori temporum ratione, a Dionysio tradita, cuius eiusdem in Marmore Pario vindex disertissimus extitit Boeckhius, Corp. Inscriptt. Vol. II. pp. 306 seq. 332 seqq. Animadvertendum tamen, illud ipsum, quod diximus, annui temporis discrimen post Hippomenem exaequari eo, quod huic quoque Archonti, cui e Dionysii ratione novem tantummodo anni, aut, si anni Attici cardinem interim mutatum statueris, anni novem et semestre concedi posse videntur, decennium totum largitur Eusebius. Hinc utriusque canon, quorum alter ab altero, re subtilius examinata, ne discrepat quidem, manifesto congruit in ***Leocratis*** auspiciis, ex utraque ratione in Olymp. XVI, 4 collatis aut conferendis. Extat autem praeter hanc sive Dionysianam sive Eusebianam computationem altera quoque Archontum chronologia, priorem illam toto quinquennio antevertens, quam, a Pausania memoriae transmissam, Noster significat Olymp. V, 4. VIII, 2. X, 4. XXIII, 4. De hac quidem post dicemus not. 66. coll. 16. 20. 27. Nunc absolvam ea, quae dicere inchoavi de aerae Olympiacae ab aliis aliter constituto principio. Id quidem anno ***post Troica*** CCCCVIII ponit Eratosthenes ap. Clement. Alex. Strom. I. p. 92, 26 Vol II. Klotz., neque aliter Apollodorus ap. Diod. I, 5 et Porphyrius ap. Euseb. Scal. p. 28, 45, sed decennio inferius Clemens p. 92, 30, ***post Lycurgum*** CVIII Eratosthenes l. l., Polybius cum Aristodemo ap. Euseb. Scal. p. 39, 16 = Syncell. p. 197 C, Cicero De Republ. II, 10, Phlego De Olymp. p. 130 ed. Franz. p. 205, 9 West., Porphyrius ap. Euseb. Scal. p. 28, 45, CL autem Tatianus adv. Graec. p. 141 B (secundum emendationem Scaligeri certissimam, Animadv. p. 63 a.) et Clemens p. 56, 26, ***post Homerum*** circiter XC Sosibius Laco in Descriptione Temporum ap. eundem Clem. p. 81, 15, denique ***Nicandri regnantis*** XXXIV idem Sosibius, sed ***Theopompi*** X Apollodorus (cf. not. 3). En numeros satis varios, quorum qui ab Iliacis, Homero, Lycurgo sunt deducti, eorum duplex fere ratio est. Nonnullos quidem, verbi caussa 90 = 3. 30 et 150 = 5. 30, secundum aetates humanas computatos esse patet; reliquos vero haud ineptum videtur exigere ad normam cycli cuiusdam. Cyclos scilicet vocarunt chronologi annorum orbes certis intervallis redeuntes, quorum decursu rationes solis et lunae visae sunt exaequari. Quod genus cyclorum inprimis in notandis temporibus iis, quae Olympiades superant, usitatum fuisse constat. Nuperrime unum eorum, LX annos solares continentem, Homericae chronologiae tantopere dissonae et multiplici illustrandae haud infeliciter adhibuit Iul. Fr. Lauerus, quem praematura morte sibi ereptum lugent Litterae. Vid. Histor. Hom. p. 117. seqq. Hic aperte non tam LX, quam XLVIII annorum cyclum habes in numeris 408 et 108, quorum ille octo complet et dimidium, hic duo cum quadrante. Caeteras temporum notas 34 et 10, si quis e vetustissimis illis, de quibus supra Prolegg. p. XLVIII disputavi, ***Regum Lacedaemoniorum Successionibus*** depromptas statuerit, non erit magnopere, quod contra dicas. — Superest, ut de scriptoribus Christianis pauca moneantur. Quos quidem in Regum Iudaeorum aetatibus pedem fixisse consentaneum. Et Africanus quidem Olympiadem primam comparat cum anno I ***Achaz*** regis, libb. III et IV Historicorum apud Syncell. p. 197 C. D, XI somniat qui Excerpta barbarolatina consarcinavit apud Scal. p. 70 init. Accedit Africano in Praepar. Evang. X, 9 p. 484 Eusebius. Idem tamen in Canone et Africani consensum falso praetexens et mire secum ipse pugnans Olympiadum cardinem computat ab regno ***Ioatham***, accinentibus Cedreno p. 88, 41 ed. Basil. et Chronico Paschali p. 104 B, sed signat anno L ***Azariae***, Iudaeorum regis, qui et ***Ozias***. Quamquam ne hunc quidem Azariae annorum numerum constanter tenuerunt posteriores, si quidem Chronicon Paschale (p. 104 C) LI habet pro L, Syncellus autem sibi adeo ipse repugnans, cuius tamen repugnantiae caussam librariis tribuendam putaverim, duobus deinceps locis (p. 195 D et 199 B) modo XXXIX offert, modo XLV: quorum numerorum hunc (*με'*) ex uno loco in alterum reduxit Iac. Goarus. Eidem Syncello p. 197 C falsi poenas dedit Eusebius, utriusque autem et oblivionis et inconstantiae Scaligero Prolegg. ad Thes. p. 6, iterumque Animm. p. 69 a b. In tot igitur tantisque et singulorum inter se et Eusebii a semet ipso discrepantiis quis verum pervideat? Sed omnino ista chronologia, quidquid de ea meruit cum adversariis suis Scaliger, adhuc suum expectat sospitatorem.

3) *Νικάνδρου*] Testis Sosibius Lacedaemonius apud Clementem Alex. Strom. I. p. 327 C. ed. Sylb. Vol. II. p. 81, 15. Klotz.: *Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει. Βασιλεύει μὲν οὖν Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ἐννέα· τούτου κατὰ τὸ τριακοστὸν τέταρτον ἔτος τεθῆναί φησι τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα.* Fuit autem Nicander, qui aliis Nicostratus, octavus rex a Procle, regiae alterius Lacedaemoniorum familiae auctore. Cf. praeter Herod. VIII, 131 Scaliger (ad Euseb. Animadvv. p. 71 a.). XV annorum metachronismo a Sosibio discedit Apollodorus, qui teste Diodoro (ap. Euseb. Tom. I, p. 320. Aucher.) Olympiadum initia cum X anno Theopompi et Alcamenis regum comparat. Vid. Car. Henr. Lachm. in ***Lacedaem. Republ.*** Vratisl. a. 1836. pag. 310 seq.

α.

β. *Ῥωμύλος καὶ Ῥῆμος ἐγεννήθησαν*[5]).

γ.

δ.

Ολ. Γ. *Ἄνδροκλος Μεσσήνιος στάδιον*[6]).

α. *Ἄβαρις ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἦλθε*[7]).

β.

γ.

δ.

Ολ. Δ. *Πολυχάρης Μεσσήνιος στάδιον*[8]).

α.

β.

γ.

δ.

Ολ. Ε. *Αἰσχίνης Ἠλεῖος [Μεσσήνιος] στάδιον*[9]).

α.

β.

γ.

---

4) *Ἀντίμαχος*] Africanus ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39. Discrepat ab Africano Phlego (ap. Steph. Byz. secundum fidem codicis Segueriani, de quo vid. Prolegg. p. LXXV. not. 433, s. v. *Δυσπόντιον* Fragm. Phleg. 4 ap. Westerm. p. 208, 8), a quo quarta demum Olympiade stadio vicisse dicitur *Ἀντίμαχος Ἠλεῖος ἐκ Δυσποντίου*, nisi fortasse ibi *Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι β'* pro *Φλ. ἐν Ὀλ. δ'* scribendum est. Philostrati vero (Heroic. II, §. 6.) testimonium, qui Plutarchum quendam secunda Olympiade contra Hermiam Aegyptium virorum pugilatu certasse prodit, librariorum manu corruptum esse inde certum est, quod *πυγμῆς ἆθλα* Olymp. XXIII primum instituta diserte testantur Pausanias V, 8, 3 et Africanus ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39.

5) *Ῥωμύλος καὶ Ῥῆμος*] Hoc ex Tarutii vel Tarrutii calculis (L. Tarutius Firmanus audit Ciceroni de Divin. II, 47, 98, *Ταρρούτιος ὁ μαθηματικός* Ioanni Lydo in Excerptis Varii Argumenti ed. Nic. Schow. p. 6. ed. G. Roether. p. 14, L. Tarutius mathematicorum nobilissimus Solino, Polyh. p. 2. Salm. p. 10b ed. Heur. Petrin. Cf. Roether ad Lyd. l. l.) testatur Plutarchus vit. Romul. cap. 12: *ἀπεφήνατο (ὁ Ταρούτιος) τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θωὺθ ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς.* Ad eundem annum natalem Romuli deducit fama, quam, eodem Tarutio auctore, tradit Solinus l. l., non dissentiente Dionysio AA. RR. II, 56. p. 357, 2. Reisk.: '*Romulus auspicato fundamenta murorum iecit, duodeviginti natus annos.*' Quem annorum numerum si ab Olymp. VI, 3 retro supputaveris, profecto in hunc ipsum incides ann. 2 Olymp. II. Eidem huic Olympiadi, sed primo eius anno Romuli et Remi natales assignat Chronicon Pasch. p. 105 C.

6) *Ἄνδροκλος*] Afric. ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39.

7) *Ἄβαρις*] Testatur ex Nicostrati — de quo cf. Prolegg. p. XLI. not. 306 — sententia Harpocration s. v. *Ἄβαρις. Καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν. ὁ δὲ χρόνος, ἐν ᾧ παραγέγονε, διαφωνεῖται. Ἱππόστρατος* [*Νικόστρατος* recte Im. Bekker.] *μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν Ὀλυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι*, caeteris, quibus usus est lexicographus, temporum scriptoribus *Olymp. XXI.* praeterentibus. Pindarus vero (ap. eund. ibid.), quem sequitur Ed. Corsinus Fast. Att. T. III. p. 6, *Croesi temporibus*, chronologi denique Eusebiani (ap. Syncell. p. 239 A. 248 A) partim *Ol. LIV*, 2., partim *Ol. LXXXII*, 4. Abarim *χρησμολόγον* (Clem. Alex. Strom. I. p. 334 A.) e Scythia in Graeciam venisse scribunt. Vid. de Abari etiam Strabo lib. VII. Vol. II. p. 365 Tzsch., Pausanias III, 13, 2, Porphyrius De vit. Pythag. (in Iamblichi editione Th. Kiessling. Lips. P. II. §. 28. p. 58), Himerius Or. XXV. ed. G. Wernsd., Suidas s. v. *Ἄβαρις*, Scholiasta Aristoph. Equitt. v. 739 coll. Scal. Animadvv. ad Euseb. s. n. 1454. 1568, Fabr. Bibl. Gr. T. I. p. 10, M. S. F. Schoell. HLG. Vol. I. p. 417 seq. ed. Berol. a. 1830.

8) *Πολυχάρης*] Africanus ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39 et Pausanias IV, 4, 3. Idem Polychares Messenius una cum Euaephno Spartano bello Messenico primo caussam dedisse dicitur Diodoro Excerptt. de virt. et vit. Peiresc. Cf. Heur. Vales. p. 38 (p. 547, 5. Tom. II. ed. Pet. Wessel. = Vol. V. p. 447 sq. ed. L. Dindorf.).

9) *Αἰσχίνης*] Testis Africanus ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39, *Aeschinem* (e cod. Armen. ap. Aucher. P. I. p. 283 *Eschidem*) Elidensem Ol. V stadio Olympia vicisse. Verbum *Μεσσήνιος* ex iis, quae proxime praecedunt: *Πολυχάρης Μεσσήνιος στάδιον*, perperam in textum irrepsit.

δ. Ἔτος πρῶτον Χάροπος κατά τινας[10]).

ΟΛ. ϛ. Οἰβώτας Οἰνίου Δυμαῖος στάδιον[11]). Ἔδοξε τοῖς Πελοποννησίοις μαντεύσασθαι, εἰ στέμματα περιθῶσι τοῖς νικῶσι, καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἴφιτον εἰς θεοῦ[12]).

α.

β.

γ. ΑΛΚΜΑΙΩΝ[13]). Κατά τινας Ῥώμης κτίσις[14]).

δ.

---

10) *Ἔτος πρῶτον Χάροπος*] Incidit Charopis, Archontis inter decennales primi, initium in Olymp. V, 4 ex Pausaniae (IV, 5, 4) calculis a Dionysiana computatione, in Recensu Nostro Olymp. VII, 1 not. 16 indicata, de qua in universum diximus not. 2 coll. 66, plane diversis. Is scilicet cum Aesimedis, Charopis successoris, annum quintum in Olymp. IX, 2 conferat, efficitur, ut Aesimedis annum primum Olymp. VIII[vae] secundo, ideoque Charopis initium Olymp. V[tae] quarto assignari voluisse videatur: in qua ipsa ratione mirifice sibi constat Pausanias, id quod suis deinceps locis demonstrabimus. Eiusdem Pausaniae computum significavit Scaliger Olymp. VIII, 2. *κατά τινας Αἰσιμήδους ἔτος πρῶτον* et Olymp. X, 4. *Ἔτος πρῶτον Κλειδίκου κατά τινας*, in reliquorum Archontum decennalium auspiciis neglexit. Quod ni fecisset, de Thesiae principatu calculos non tantopere turbasset. Sed de hac re confer not. ad Olymp. XXIII, 4. Caeterum Charopis nomen *Χάροψ* scribitur a Dionysio Hal. R. A. I. p. 61 v. 36, neque aliter ab Eusebio Scalig. *χρον. λόγ.* I. p. 28, v. 27. p. 47 v. 31. et Syncello p. 211 D. Eiusdem tamen Dionysii codices alio loco (R. A. I. p. 58 init.) exhibent *Χαροποῦ*. Pro quo equidem malim *Χαρόπου*. Certe *Χαρόποιο* Homerus Iliad. B, 672, tuente Scholiasta Veneto. Vid. Lehrs. De Arist. Stud. Homer. p. 290.

11) *Οἰβώτας Οἰνίου*] Haec nominis scriptura, quam Scaliger repudiata Africani apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39 lectione *Οἰβώλας*, e Pausania (VII, 17, 3. VI, 3, 4) profecit, auctoritate confirmatur cod. Armen. apud Auch. I. p. 283. Vid. Prolegg. p. LXII.

12) *Ἔδοξε τοῖς Πελοποννησίοις*] Verba sunt Phlegontis Tralliani de Olymp. fragm. ed. Fr. Franz. p. 140 ed. II. Vid. Carol. Henr. Lachmann. Laced. Republ. p. 314 coll. not. nostr. 15 et Prolegg. p. LXX.

13) *Ἀλκμαίων*] Regnavit ***Aeschylus*** Agamestoris filius annos XXIII, teste Africano, cuius verba servavit conditor Chronici Pasch. p. 104 B. Africanum, qui rursus e Castore profecisse videtur (vid. Euseb. Scal. *χρον. λόγ.* p. 28, 20), secutus est **Eusebius** in canone num. MCCXXXIX. Abludit **Syncellus**, relictis temere Eusebii vestigiis regno Aeschyleo XIV tantummodo annos concedens, p. 195 C. Successit Aeschylo ***Alcmaeon*** Olymp. VI, 2 ex Eusebii canone, sed VI, 3 e Dionysii calculis, de quibus vid. not. 2. Fuit autem Alcmaeon perpetuorum Archontum ultimus, quo post *duo* principatus annos defuncto decennalis praetura constituta est. Ita quidem Eusebius, eique congruenter Syncellus p. 211 C D. Discedit tamen Alcmaeoni *duodecim* annos largitus Castor, de cuius dissensu et ipso supra monuimus. Caeterum cf. Velleius I, 8 et Orosius II, 1.

14) *Κατά τινας Ῥώμης κτίσις*] Magna veterum de anno Romae conditae dissensio est. Expressit Noster hoc loco notissimam ***M. Terentii Varronis*** sententiam, cui infra Olymp. VII, 1 subiungit ***M. Porcii Catonis*** calculos non minus celebratos. Et illum quidem origines Urbis in ver anni 3 Olymp. VI collatas voluisse, etsi nec ab ipso usquam, nec ab ullo veterum alio disertis verbis traditum est, satis tamen certo colligitur ex Censorini (De Die Nat. cap. 21) disputatione accuratissima comparata cum Plutarcho Romul. cap. 12. Vid. Ideleri Enchirid. II. p. 152 seqq. Adstipulati sunt Varroni ***T. Pomponius Atticus*** et ***M. Tullius***, teste Solino (cap. 1. p. 14a ed. H. P.), cui Ciceronem ipsum De Republ. II, 10 adversari falso sibi persuasit Ang. Maius. Cf. Idel. l. l. p. 156. Denique eiusdem sententiam tuetur ***Velleius*** I, 8 eamque suis temporibus publice receptam ostendunt Eutrop. I, 1: '*Romulus .... urbem exiguam in Palatino monte constituit XI Cal. Maii Olympiadis sextae anno tertio*', Orosius II, 1, Ioannes Lydus Excerptt. var. argum. ed. Schow. p. 5. ed. Roether. pp. 12. 14: '*Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην τῇ πρὸ δεκαμιᾶς Καλενδῶν Μαΐων.*' Reliquorum calculos paucis perstringam. Itaque anno XXXVIII ante primam Olympiadem h. e. a. a. Chr. 814 Romam aedificatam statuit ***Timaeus*** ap. Dionys. AA. RR. 1, 74 p. 187, 5 coll. Syncell. p. 193 D, Olymp. VII, 1 ***M. Porcius Cato***, consentientibus, ut infra not. 16 patebit, ***Dionysio*** ipso, ***Solino***, ***Eusebio***, Olymp. VII, 2 ***Eratosthenes*** et ***Apollodorus***, ***Q. Lutatio Catulo*** (sine dubio in libro, quem De consulatu et Rebus gestis suis scripserat, vid. Cicer. Brut. cap. 35 coll. Voss. DHL. I. p. 38 seq. et Bernhardio HLR. p. 203 ed. sec.) et ***Cornelio Nepote*** (in chronicis, de quibus coll. Voss. I. p. 70 et Bernh. p. 538 vid. Gellius NN. AA. XVII, 21) comprobantibus ap. Solin. l. l., item ***Polybius*** ap. Dionys. l. l., accinente ***P. Cornelio Scipione*** ap. Cic. De Rep. II, 10 coll. Idel. l. l. p. 156, postremo ***Diodorus*** ap. Euseb. Chron. Vol. II. p. 386. Aucher. et Syncell. p. 194 C (Fragm. Diod. ap. L. Dindorf. XIX. p. 188 Vol. II, 2), Olymp. VII, 4 ***Chronicon Paschale*** p. 109 D, Olymp. VIII ***Q. Fabius Pictor*** ap. Solin. l. l. et Syncell. l. l., Olymp. VIII, 2 ***chronologi nonnulli ap. Lydum*** l. l. p. 14, Olymp. XII, 4 ***L. Cincius Alimentus*** (de quo vid. Voss. I, p. 16 seqq. et Bernhard. p. 524) ap. Dionys. l. l. coll. Syncello l. l. et Solino l. l., quorum tamen hic neglecta anni notatione solam edit Olympiadem. Plerorumque veterum sententias accurate enumerat diligenterque excutit praeter Scaligerum Emendat. Tempp. V. p. 362 sqq., Petavium Doctrin. Tempp. IX. cp. 50 sq., Ed. Corsinum FF. AA. T. III. p. XXIX, L. Idelerus Enchirid. II. p. 152 sqq.

ΟΛ. Ζ. Δαΐκλῆς Μεσσήνιος στάδιον, καὶ πρῶτος πάντων ἐστεφανώθη[15]).

α. ΧΑΡΟΨ. Ἀρχόντων Ἀθήνησι δεκαετία. Ῥώμη ἐκτίσθη ὑπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου[16]). p. 313 b.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. Η. Ἀνολυμπιάς. Πισαῖοι τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἅμα Φείδωνι τῶν Ἀργείων τυράννῳ τῷ ἐν Ἑλλάδι μάλιστα ὑβρίσαντι[17]). Ἀντικλῆς Μεσσήνιος στάδιον[18]).

α.

β. Ἐντεῦθεν τὰ Ναβονασάρου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως ἔτη ἀριθμεῖται[19]). Ἔτος πρῶτον Αἰσιμήδους κατά τινας[20]).

γ.

δ.

ΟΛ. Θ. Ξενοδόκος, ἤτοι Ξενοκλῆς, Μεσσήνιος στάδιον[21]).

---

15) *Δαΐκλῆς*] Auctor Phlego Trallianus de Olymp. p. 140 = 207 extr.: *πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαΐκλῆς Μεσσήνιος, ὃς* (e coni. Meursii) *τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα.* Meminit Daiclis huius etiam Dionys. Hal. AA. RR. I, 71 p. 57. Sylb. p. 180, 3. Reisk. — Africanus ap. Euseb. Scalig. p. 39 eum *Διοκλῆς* nominat, pro quo cod. Arm. ap. Aucher. P. I. p. 283 *Δαρκλῆς* exhibet corrupte quidem, sed tamen ita, ut vel in corruptela sua verae lectionis *Δαΐκλῆς* vestigia haud obscure ostendat. Vid. Prolegg. p. LXII. Quod autem Phlego l. l. victores Olympicos primum Ol. VII corona donatos dicit, discrepat ab eo Clemens Alex. Paedag. II, 8, p. 181 B. Sylb. Vol. I. p. 236, 12 Kl., demum post bella Medica, quum Graecia opibus crevisset, coronas inter athletas certaminum distribui coeptas esse animadvertens. Cuius tamen a locupletissimo harum rerum auctore dissensus quam parum valeat, vel me non monente unusquisque intelligit. Vid. Prolegg. LXX.

16) *Χάροψ. Ἀρχόντων*] Tradit Dionysius AA. RR. I, 71. p. 179 seq.: *τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει τῆς Νομίτωρος ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοί, Ῥωμύλου καὶ Ῥώμου τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων, κτίζουσι Ῥώμην, ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαΐκλῆς Μεσσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χαροποῦ ἔτος τῆς δεκαετίας πρῶτον.* De *Charopo* quidem vel potius *Charope*, decennalium Archontum principe, supra diximus not. 10. — Aeram autem, quam vulgo vocant, significatam vides *Catonianam*, quam ab auctore ipso, M. Porcio Catone, ab anno excisi Ilii CCCCXXXII computatam, temporum rationibus usus Eratosthenicis, secundum annos Olympicos computavit Dionysius I, 74 p. 187 seq., assentiente Syncello p. 194 A. Fructum computationis suae et loco supra excripto praecidit et profert denuo lib. II, 2 p. 238 init. Idem ad eundem annum Urbis natalem, Olymp. VII, 1, deducitur I, 75 p. 192, 5, aliis innixus supputationis fundamentis, ab ipso inventis, quae operae pretium est contulisse. Hos igitur Dionysii calculos et assensu suo comprobat, collatis Romanorum Graecorumque temporibus, Solinus, Polyh. cap. 1. p. 14b., et in chronico canone suo sectatur Eusebius. Caeterum cf. not. 14.

17) *Ἀνολυμπιάς.*] Auctor Pausanias VI, 22, 2. Vid. de *Phidone Argivo Olympiorum agonotheta* etiam Herodotus VII, 127 et Ephorus ap. Strab. VIII. p. 358. Vol. III. p. 153 Tz., de eodem *mensurarum et ponderum inventore* praeter eosdem auctores Marmor. Par. ep. 30, Plinius Nat. Hist. VII, 57 Vol. II. p. 58 seq. Bip., Didymus ap. Schol. Pind. Olymp. XIII, 27 p. 272 B. coll. p. 270 ad v. 20 — quo loco quod *Corinthium* vocat, confudit sine dubio *cum Phidone, Corinthiorum legumlatore,* de quo testis est Aristoteles De Rep. II, 6 — Eusebius n. MCCXVII coll. Syncell. p. 198 C, Etymologicum Magn. pp. 388, 55. (352 Lips.) 613, 12 (555) coll. Boeckh. Oec. reip. Ath. Vol. I. p. 772 ed. II. *Quotus* fuerit *ab Hercule*, dissentiunt inter se veteres, quorum dissensum idem qui expendit Boeckhius ad Marm. Par. l. l. Corp. Inscriptt. Vol. II. p. 335, veram eius aetatem circa Olymp. III et XII ponendam dicit. In universum cf. Larcheri dissertation sur Phidon in Actt. Academ. Inscriptt. XLVI. p. 37 et Muelleri Aeginet. p. 60 sq.

18) *Ἀντικλῆς*] Africanus apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39. De Scholiastae Aristoph. Acharn. 214. (213), Olymp. VIII *Phayllum* quendam vicisse dicentis, testimonio aperte corrupto, vid. Prolegg. LXXIII. not. 430.

19) *Ἐντεῦθεν*] Testis Ptolemaeus *μεγάλ. συντάξ.* IV, 5. p. 244 ed. Halma., qui aera Nabonassaria constanter usus est ad definienda tempora coelestium suarum observationum. Quam simul caussam existimes, quod ex omnibus temporum computandorum rationibus, apud veteres usitatis, ista aera ab omni parte accuratissime descripta ad nos pervenit. Consurgit autem initium eius sive 1 Thoth anni Nabonassarii a d. XXVI m. Februarii a. 3967 P. I. = 747 a. Chr., cuius prius semestre cum octavae huius Olympiadis anno competat primo exeunti, memoriam rei e severiori ratione anno potius proxime antecedenti annotandam fuisse intelligitur. Verum hanc calculi severitatem sciens Scaliger in hoc libro neglexit. Cf. Scaliger Emend. Tempp. V. p. 367 sqq., Petavius Doctr. Tempp. IX. cp. 57, Ideler Enchirid. I. p. 98 seqq. Caeterum in textu supra pro *Ναβονσάρου*, quod nihili est, restituimus *Ναβονασάρου*.

20) *Ἔτος πρῶτον Αἰσιμήδους*] Ex Pausaniae calculis, de quibus vid. not. 10 coll. 2 et 66. De

α. Ἀρκτῖνος Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπόγονος Μιλήσιος ἐγνωρίζετο[22]).
β. Ἀρχὴ πρώτου Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων πολέμου κατά τινας[23]). Τὴν Ἄμφειαν πόλισμα πρὸς τῇ Λακωνικῇ ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι αἱροῦσι[24]).
γ. ΑΙΣΙΜΗΔΗΣ τοῦ Αἰσχύλου[25]).
δ.
ΟΛ. Ι. Δωτάδης Μεσσήνιος στάδιον[26]).
α.
β.
γ.
δ. ἔτος πρῶτον Κλειδίκου κατά τινας[27]).
ΟΛ. ΙΑ. Λεοχάρης Μεσσήνιος στάδιον[28]).
α. Ἡσίοδος κατά τινας ἤκμαζε[29]).

Aesimede Charopis successore, testes sunt Castor ap. Euseb. Scal. p. 28, 28, Eusebius ipse p. 47, 32. Syncellus p. 211 D.

21) *Ξενοδόκος*] stadionica est Pausaniae IV, 5, 4, *Ξενοκλῆς* Africani apud Euseb. et Graec. *χρον. λόγ.* p. 39 et Armen. Cf. Prolegg. p. LXVII.

22) *Ἀρκτῖνος*] Testem excitat Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 69 b. Artemonem Clazomenium — de quo vid. Vossius DHG. III. p. 335 — apud Suidam s. v. *Ἀρκτῖνος Τήλεω τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου* (supra *ἀπόγονος* e coni. Scal.), *Μιλήσιος, ἐποποιός, μαθητὴς Ὁμήρου, ὡς λέγει ὁ Κλαζομένιος Ἀρτέμων ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου, γεγονὼς κατὰ τὴν θ' Ὀλυμπιάδα, μετὰ τετρακόσια ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.* In multo inferiora tempora detrudit Phanias Eresius — de quo vid. Recens. s. Olymp. CXI, 1 not. 925 coll. Voss. I. p. 49 seq. — Arctinum cum Lesche Lesbio commissum ab eoque victum scribens, ap. Clement. Alex. Strom. I. p. 333 B. Vol. II. p. 88, 29. Quod si verum est, floruerit circa Olymp. XXX. Huic enim Olympiadi *auctorem parvae Iliadis* ascribit Eusebius coll. Syncell. p. 213 B. Propius ad Artemonis sententiam accedit Hieronymus, ad Olymp. III aut IV — e diversis scilicet Scaligeri et Maii (Collect. Vatic. Tom. VIII. a. 1833. 4) editionibus — haec de suo annotans Chronico Eusebiano: *'Arctinus, qui Aethiopidam composuit et Ilii Persin (Iliaeam vastationem codd.) agnoscitur.'* A quo non multum abludit Cyrillus adv. Iul. lib. I. p. 12 B (ed. Ioan. Aubert. Lutet. a. 1638. Tom. VI. Cyrill. Opp.): *πρώτῃ Ὀλυμπιάδι Μιλήσιος ἐποποιὸς Ἀρκτῖνος λέγεται γεγονέναι.* Nec dissentit Dionysius, qui AA. RR. I, 68 p. 55 Sylb. p. 172, 8 de Palladio loquens *παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν*, ait, *ὁ ποιητὴς Ἀρκτῖνος.* Quo ex loco qui Arctinum poetarum omnium antiquissimum fuisse collegerunt, vehementer errant, quum eum a Dionysio sic potius commemorari appareat, ut primus omnium Palladii mentionem iniecisse videatur, id quod recte observavit Fabricius Bibl. Graec. Tom. I. p. 9. Vid. *F. Th. Welcker* de cyclo epico in Mus. Rhen. Supp. I. a. 1835 p. 6 not. 22 coll. *Voss.* DPG. cap. II p. 10 et *Bernhard.* HLG. II. p. 152.

23) *Ἀρχὴ πρώτου*] Eusebius Lacedaemoniorum contra Messenios belli vicennalis initium Ol. IX, 1 assignat, ad quem locum haec adnotat Scaliger in Anim. ad Eus. p. 75 b.: *'Viginti annos absolutos bellum durasse ait, quare recte initium eius accommodaretur anno I Olymp. IX. Sed Tyrtaeus εἰκοστῷ ἔτει terminatum canit, quapropter XIX annos tantum duraverit.*

Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

Finem enim hoc bellum cepisse scribit Pausanias (IV, 13, 5) *anno 1 Olymp. XIV. hoc est anno LIII Iphiteo* (Voluit *Coroebeo*). *Quare deductis XIX solidis annis de LIII, initium belli cadet in ann. 2 Olymp. IX.'* Vid. Paus. IV, 13. 4. IV, 15, 1. et Strabon. VI. p. 279 Cas. Vol. II p. 289 Tz. coll. Corsin. F. A. I. p. 8. II. p. 84. III. p. 17 et Clint. FF. HH. T. I. sub Olymp. IX, 2.

24) *Τὴν Ἄμφειαν*] Pausanias IV, 5, 3.

25) *Αἰσιμήδης τοῦ Αἰσχύλου*] Indicat Dionysii computationem, e qua Aesimedes, Aeschyli filius, (Pausan. IV, 5, 4) Charopi successisse putandus est Olymp. IX, 3. Vid. not. 20. coll. 2.

26) *Δωτάδης*] Africanus apud Euseb. p. 39.

27) *Ἔτος πρῶτον Κλειδίκου*] E Pausaniae computo. Vid. not. 10 coll. 2 et 66. Excepit Aesimedem *Clidicus*, testibus Castore ad Euseb. Scal. p. 28, 29, Eusebio ipso p. 47, 33, Syncello p. 211 D. Caeterum nomen Archontis *Κλείδικος* audit Castori, sed reliquis *Κλεόδικος.* Cf. not. 31.

28) *Λεοχάρης*] Scaliger *Λεοχάρης* e coniectura posuit pro Africani *Λεωχάρης*, quae nobis scriptura videtur praeferenda.

29) *Ἡσίοδος*] Tzetzem (Chil. XII, 198. XII, 650 et Proll. ad Hes. p. 15 ad Operum v. 652) auctorem ipse laudat Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 72 a.:

Κατὰ τὴν ἑνδεκάτην δὲ ἣν τῶν Ὀλυμπιάδων
Ἡσίοδος φαινόμενος ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.

Quod quidem ineptissimi scriptoris testimonium quid valeat, nemo nescit. Veterum chronologorum de He-

β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΙΒ. Ὀξύθεμις Κορωναῖος στάδιον[30].
α. ΚΛΕΙΔΙΚΟΣ[31].
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΙΓ. Διοκλῆς Κορίνθιος στάδιον[32].
α. p. 314 a.
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΙΔ. Δάσμων Κορίνθιος στάδιον[33]. *Προσετέθη δίαυλος. Ὕπηνος Πισαῖος πρῶτος δίαυλον*[34].
α. Ἰθώμης ἅλωσις ὑπὸ Λακεδαιμονίων. Τέλος Μεσσηνιακοῦ πολέμου[35]. *Ἀριστομένης βασιλεὺς Μεσσηνίων ἐτελεύτησε*[36]. *Θάσος ἐκτίσθη*[37].
β.
γ. ΙΠΠΟΜΕΝΗΣ[38]. *Μαρδοκεμπάδου τοῦ Χαλδαίων βασιλέως ἔτος πρῶτον.*

---

siodi aetate testimonia quaedam Suidas s. v. *Ἡσίοδος* collegit, cum aliorum, quos nil moror, tum Porphyrii, quo auctore Hesiodus, Homero centum annis posterior, Olympiadum initium annis triginta duobus antevertit. Vid. Vossius DPG. cap. II. p. 11. coll. Clinton. FF. HH. Vol. I. p. 359 — 361 et Bernhard. HLG. Vol. II. p. 158.

30) *Ὀξύθεμις*] Africanus apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39.

31) *Κλείδικος*] Innuit Dionysianam Archontum chronologiam, de qua vid. not. 2. coll. 27.

32) *Διοκλῆς Κορίνθιος*] Africanus apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39.

33) *Δάσμων Κορίνθιος*] Pausanias IV, 13, 5. pro *Δέσμων* hunc victorem *Δάσμων* appellat. Africani apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39 lectionem, Armeniaci quoque codicis (apud Aucher. P. I. p. 283) auctoritate stabilitam, et frustra correxit Meursius de Archont. Ath. I. cp. 5. p. 13, et immerito prae Pausania contempsit Muellerus Dorr. II. p. 488. Cf. Prolegg. p. LXIII.

34) *Προσετέθη δίαυλος*] Testis Pausanias V, 8, 3, ubi *Ὀλυμπιάδι δὲ ὕστερον*, inquit, *τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ προσετέθη σφίσι δίαυλος. Ὕπηνος δὲ* (sic enim rectius, quam *Ὑπῆνος*, scribitur) *ἀνὴρ Πισαῖος ἀνείλετο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότινον.* Minus accurate, quoad nomen et patriam victoris, loquitur Africanus ap. Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39, cui *Ὑπήνιος Ἠλεῖος* audit. Mai tamen Armeniaca recte *Hypenum* exhibent.

35) *Ἰθώμης ἅλωσις*] Auctor Pausanias IV, 13, 4. 5.

36) *Ἀριστομένης*] In his errorem Scaligeri latere manifestum est. Expendamus temporum momenta. Aristomenem quidem, Messeniorum regem, belli Messenici secundi temporibus viguisse diserte testatur Pausanias IV, 6, 2. Qui quum res, ab Aristomene tunc temporis gestas, inde ab eiusd. lib. cap. XV. seqq. exposuisset, eum finito bello Rhodum concessisse, ibique fugam ad Ardyn et Phraortem, Lydorum alterum, alterum Medorum regem, parantem morte oppressum esse affirmat, cap. XXIV, 2. Ergo Aristomenem hic commemorari non posse intelligitur. Sine dubio pro *Ἀριστομένης* legendum est *Ἀριστόδημος*, quem de patriae salute desperantem, septimo regni anno, ad filiae pro republica frustra devotae tumulum brevi ante captam a Lacedaemoniis Ithomen semet ipsum interfecisse idem auctor est Pausanias IV, 13, 2.

37) *Θάσος*] Hoc quoque de Thaso condita testimonium errore aut operarum aut Scaligeriani calami hunc locum occupavit, quum potius ad Ol. XV, 1 pertineat: id quod in Animadvv. ad Eus. p. 37 a. ipse his verbis testatur Scaliger: '*In Collectaneis nostris Θάσος ἐκτίσθη Ol. XV.*' Cf. quae ad Ol. XV. diximus.

38) *Ἱππομένης*] Successit Clidico in decennali praetura *Hippomenes*, cuius initium secundum Dionysii sententiam in Ol. XIV, 3, e Pausaniae calculis in Ol. XIII, 2 incidit. Vid. Castor ap. Euseb. Scal. p. 28, 30, Eusebius ipse p. 47, 34, Syncellus p. 211 D. coll. nott. 2 et 66. De eius in filiam saevitia cf. Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. ed. Dind. Vol. II. P. II. p. 80, Aesch. in Timarch. p. 176. ibiq. Taylor., Heraclid. Pont. c. 1, Nicol. Dam. p. 42 cum Orell. comm. p. 189, Dio Chrysostom. Orat. 32. Fallitur procul dubio Suidas, quod s. v. *Ἱππομένης* coll. v. *πάριππον καὶ κόρη* Hippomenem propter crudelitatem illam imperio excidisse scribit. Nos certe, licet secus statuat C. F. Schoemannus Ant. iur. publ. Gr. Gryph. a. 1838. p. 169, caeteris credendum putamus auctoribus, qui uno omnes consensu singulos Archontes decennales septem numero integrum regnasse decennium testantur. Disertissime Velleius I, 8: '*coeperunt (Archontes) in denos annos creari, quae consuetudo in annos LXX mansit.*' De qua annorum summa ut plurimum remiserim semestre, si quidem verum est, quod coniicit Boeckhius ad Marm. Par.

Ἔκλειψις σελήνης[39]).

δ.

ΟΛ. ΙΕ. Ὄρσιππος Μεγαρεὺς στάδιον. προσετέθη δόλιχος, καὶ γυμνοὶ [ἔδραμον[40]). *Λάμπις Λακεδαιμόνιος πρῶτος πένταθλον. Εὐρύβατος Λακεδαιμόνιος πρῶτος πάλην*[41]). *Ἄκανθος δίαυλον*[42]).

Corp. Inscriptt. Vol. II. pp. 306. 332, maturis Archontum decennalium temporibus mutatum esse anni Attici cardinem.

39) *Μαρδοκεμπάδου*] Testis Ptolemaeus *μεγ. συντ.* IV, 5. p. 244 ed. Halma. Vid. de Mardocempado Scal. Emend. Tempp. lib. V. p. 369, et de lunae, quae primo regni eius anno contigit, defectione eiusd. lib. p. 371 coll. Petav. Doctr. Tempp. lib. XII. cap. 26. p. 256 et Idel. Enchirid. I. p. 98 seq.

40) *Ὄρσιππος* — in exemplari perperam expressum erat *Ὀρσίπποος* —] Praeeunte Africano apud Euseb. *χρον. λόγ.* p. 39, tres huic Olympiadi res assignavit Scaliger, valde ambiguas multisque plenas difficultatibus, primam Orsippi Megarensis partam stadio victoriam, alteram *δόλιχον* primum simplici et duplicato cursui additum, tertiam concessam athletis nudato corpore certandi libertatem. Orsippus aliis aliter audit. Patriam nominis formam *Ὄρριππος* servavit Inscriptio Megarica (ap. Aug. Boeckh. C. I. n. 1050. p. 553 coll. Iacobs. Anthol. Gr. Paralip. Vol. III. P. III. n. 41 p. 796. Anthol. Pal. Vol. II. p. 843 et Scholiast. Thucyd. I, 6.), unde deflexa est *Ὄριππος* scriptura, quam praebent Scholia Homeri Iliad. *ψ'*, 683 et Minora et Veneta A. *Ὄρσιππος* vero, quod in *Ἔρσιππος* corruptum offert Victorianus codex Schol. Homeri, *Ἀττικῶς* (cf. Gregor. Corinth. p. 153 ap. E. Popp. Thuc. I. p. 209) nominatur, uti ab Africano, Pausania I, 44, 1, Scholiasta Thuc. I, 6, sic ab auctore Etym. Magn. p. 220 ed. Lips. et Eustathio ad Hom. Il. *ψ'*, p. 1324, 12 ed. Rom. Tom. IV. p. 316, 17. ed. Lips. De Megaris, Orsippi patria, convenit cum Marmore Africano, Pausaniae l. l., Thucydidis Scholiastae l. l. Scriptor tamen Etym. Magn. l. l. et Scholiastae Homerici (Venet. A et Min.) Lacedaemonium fuisse Orsippum tradunt, cuius famae caussam repete e Thucydidis lib. I, 6, primos Lacedaemonios artem gymnasticam nudo corpore exercuisse narrantis, testimonio comparato cum Pausaniae l. l., ubi Orsippus, pro veteri athletarum more praecinctus, metam nudus attigisse et coronam adeptus esse dicitur. Quamquam ne de victoria quidem res sine controversia constat, si quidem Interpretes Homeri praeter Venetum A omnes, quorum a minori, qui vocatur, Didymiano sua sub Olymp. XXXII, 1 mutuatus est Scaliger, solutum nolenti subligaculum caussam Orsippo sive cladis sive mortis extitisse asserunt, non dissentiente Etymologo nec quidquam decernente Eustathio. Quid? quod Venetus alter (B), quamquam suppresso Orsippi nomine, ita loquitur, ac si res, quae agitur, non Olympiae, sed Athenis facta sit; neque aliter, qui inde pendet, Isidorus Origg. XVIII, 17. Quorum profecto non disserentium, sed somniantium litteratorum nugas hic redarguere nil attinet. Sufficiet opposuisse commentis istis locupletissimorum de rebus gymnasticis scriptorum testimonia, Africani et Pausaniae, qui Orsippi, non Athenis aut alio nescio quo loco victi, sed victoris Olympiae coronati, disertis verbis meminerunt, accinente praeterea Veneto priore (A). Omnino enim et qui minora Homeri Scholia concinnavit et Magni Etymologici auctor e codice hausisse videntur depravatissimo: id quod rursus cognoscas Olympiadis numero *λβ'* i. e. XXXII, quem Orsippo in stadio decurrenti ascribunt. Verum in hac quoque re nobis pluris est Africani auctoritas, Orsippi nostri palmam digerentis sub Olymp. XV: qui numeri ob continuam, qua in recensendis Olympionicis Africanus usus est, Olympiadum seriem corruptelae argui prorsus non possunt. Consentiunt in tempore notando cum Africano Eustathius et Schol. Hom. codex Victorianus, nisi quod in hoc per solemnem illam in notis chronologicis permutationem *μετὰ* abiit in *κατά*. Succurrit Hesychius, in universum ille animadvertens s. v. *ζώσατο*, primum Olymp. XV sine subligaculo Olympiae certatum esse; quin quodammodo vel ipsa Veneti alterius (B) mendosa lectio *κατὰ δὲ τὴν τςβ'*, quam e *μετὰ δὲ τὴν δεκάτην τετάρτην* ortum ducere acute demonstrat Boeckhius l. l. p. 555, cuius universa de Orsippo disputatio accuratissima nos egregie adiuvit. Od. Muellerum quoque honoris caussa nomino, Enchirid. archaeol. §. 336. n. 2. ed. pr., quamquam is de hoc ipso, qui nos in Orsippo tenet, veterum dissensu aliquando aliter statuerat Dor. T. I. p. 89. II. p. 260. de qua re vid. Prolegg. p. LXX. Postremo unus superest removendus scrupulus, quem vulgari de Orsippo famae obiicere visa sunt verba Dionysii Halicarn. Ant. Rom. lib. VII. p. 475. v. 45., Olymp. XV non Orsippum Megarensem, sed Acanthum Lacedaemonium nudum Olympia vicisse scribentis. Hinc Scaliger ad *ΟΛ. ΙΕ. α'· Ὀλυμπίασι πρῶτος γυμνὸς ἔδραμεν Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος.* Veruntamen quum Dionysius Acanthum Lacedaemonium Olympiade XV primum nudo corpore cucurrisse simpliciter affirmet, non indicato, quo cucurrerit, certaminis genere, Africanus autem eadem hac Olympiade primam eum *δολίχου* palmam abstulisse nudum testetur: omne hoc de Orsippo et Acantho auctorum dissidium fortasse sic poterit componi, ut statuatur, Olympiade quinta decima primum Orsippum Megarensem, postquam praecinctus ille quidem cursum inceperit, sed lapso cingulo metam nudus attigerit, stadii palma dignum esse visum, deinde lege a iudicibus sancita, ut athletae nudi certarent (cf. Ed. Cors. F. A. T. III. p. 23), Acanthum Lacedaemonium primum *δόλιχον* incepisse nudum, eiusque palmam meruisse. Hanc coniecturam cui probavero — probavero autem, cui leges novas inter ludos ipsos promulgandi libertas Hellanodicis fuerit concedenda visa — is Pausaniae locum lib. V, 8, 3, quem respiciunt verba Scaligeri: *Ἄκανθος δίαυλον*, confusum esse intelligit. Nos, nec Siebelisii ad Paus. p. 250 interpretatione, nec Kuh-

α. Ὀλυμπίασι πρῶτος γυμνὸς ἔδραμεν Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος[43]). Θάσος ἐκτίσθη. Ἀρχίλοχος ἤκμασε κατὰ Διονύσιον[44]). Σύβαρις ἐκτίσθη[45]).
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΙϚ. Πυθαγόρας Λάκων στάδιον[46]).
α. Ἡλίου ἔκλειψις[47]). Ῥωμύλος ἠφανίσθη[48]).
β.
γ. Πομπίλιος Νομᾶς εἰς τὴν βασιλείαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκλήθη[49]).
δ.

---

nii ad Paus. l. l., Meursium Misc. Lac. IV, 8. amplectentis, coniectura contenti, Krausii de Olymp. p. 340 vestigia sequimur, sic emendantes: Ὀλυμπιάδι δὲ ὕστερον τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ προσετέθη σφίσι δίαυλος. Ὕπηνος δὲ ἀνὴρ Πισαῖος ἀνείλετο τὸν κότινον· τῇ δὲ ἑξῆς Ἄκανθος ἐπὶ τῷ δολιχῷ. Quae emendatio etiam maiorem probabilitatis speciem nanciscetur, ubi memineris, Pausaniam in loco classico de ludis Olympicis, procedente tempore auctis, eam sequi rationem, ut, omissis caeteris, qui palmam retulerint, nonnisi qui victor primus renuntiatus sit, significare, hunc tamen in unoquoque deinceps addito certaminum genere nominare soleat. Nimirum hanc ipsam deseruisse videretur consuetudinem, si locus sanus esset. At sanus non est, sed ad eam, quam proposuimus, rationem corrigendus.

41) Λάμπις] Quo iure hanc utramque et Lampidis quinquertio, et Eurybati lucta partam victoriam, ad Ol. XVIII. referendam, huic anno assignaverit Scal., nescimus, nisi forte ideo, ut qui primus et cursu nudus, et quinquertio, et lucta vicerit, uno obtutu simul intelligeretur. Cf. n. 55.

42) Ἄκανθος] Cf. not. nostr. 40.

43) Ὀλυμπίασι] Cf. notam item 40.

44) Θάσος ἐκτίσθη. Ἀρχίλοχος ἤκμασε κατὰ Διονύσιον] Dionysius apud Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 333 B. Utraque enim et Θάσου κτίσις et Ἀρχιλόχου ἀκμὴ in idem fere incidit tempus, quandoquidem coloniae, e Dionysii calculis Ol. XV. in Thasum insulam a Pariis deductae, vel Archilochum ipsum praefuisse, vel cum patre Telesicle interfuisse, ex Apollinis oraculo, a Stephano s. v. Θάσσος allato, perspicuum est. Cf. de Thaso, a Phoenicibus cum Cadmo et Thaso condita, Scymnus Chius, Ch. G. Heyn. Annott. ad Apoll. p. 530, Steph. l. l.; de colonia, a Pariis eo deducta, praeter eundem Steph. l. l. Clementemque Alex. l. l. et Strabonem lib. X. p. 335 v. 43 ed. Isaac. Casaub. a. 1587. Scaliger. Animadvv. ad Eus. p. 37 a. b. — Quod vero ad Archilochi aetatem attinet, alii, imprimis Cyrill. adv. Iulian. lib. I. p. 12. C. tom. VI. opp. ed. Ioan. Aubert. Lutet. a. 1638. et Euseb. Praep. evang. X, 11, praeeunte Tatian. adv. Graec. ed. Wilh. Worth. Oxon. 1700. 8. cap. 49. p. 109. eum Ol. XXIII. floruisse dicunt. Clem. Alex. l. l. simpliciter Olympiadem definit, ante quam non inclaruerit, vicesimam. Herodotus vero lib. I, 12. eum Gygis, qui (cf. not. nostr. ad ΟΛ. ΙΗ. α'.) Ol. XVIII. Lydorum imperio potitus est, aequalem facit. Fuit autem Archilochus poëta mordacissimus, iamborumque, ut fertur, inventor. Cf. Valer. Max. 6, 3, Clem. Alex. Strom. I. p. 308 D., Tzetz. Chil. I. Hist. XXV. 685 seq. cum Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 572. et Clint. F. H. 1. Oxon. a. 1834. ad Ol. 18. p. 175 et 177. Vid. etiam Prolegg.

45) Σύβαρις ἐκτίσθη] Scaliger ipse Animadvv. ad Eus. p. 79 a. in definiendo anno Sybaris conditae teste utitur Marciano τῷ περιηγητῇ, vel potius Scymno Chio (ed. Erasm. Paul. F. Vinding. Hafn. 1662. 8.) vv. 361 — 364., qui eam urbem eversam scribit, postquam annos CCX. steterit. Atqui deleta est Sybaris, auctore Scaligero, Ol. LXVII, 3: unde si annos CCX. deduxeris, ad Ol. XV, 1. pervenies, quo anno aedificata Sybaris. Quo iure tamen V. D. priorem Sybaris eversionem ΟΛ. ΞΖ. γ'. assignaverit, infra videbimus. Cf. diversa testimonia examinantem Ioan. Theodor. Voemel. in Exam. Solemn. Gymn. Francof. ad Moen. a. 1833. 4. p. 3 sq.

46) Πυθαγόρας] Testes sunt Afric. ap. Eus. Ἑλλ. Ὀλ. p. 39 et Dionys. Ant. Rom. lib. II. p. 120. v. 39.

47) Ἡλίου ἔκλειψις] Tradit Plut. vit. Rom. cap. 27., Romulum obiisse Nonis Iuliis, quo die solem defecisse, densissimisque repente tenebris esse obductum, et foedissimam tempestatem cum ingenti tonitruum vi ventorumque turbine consecutam scribit: cui suffragantur Dionys. Ant. Rom. lib. II. p. 119, 16. et Liv. I, 16. Memoratur illa solis defectio, quam d. Maii XXVI. contigisse docent Scal. Emend. Tempp. lib. V. p. 372 et Petav. Doctr. Tempp. lib. X. cap. 21., etiam a Seneca ad Luc. lib. XIX., a Cic. de Rep. II. cp. 10., a Floro I, 1, 16, ab Ovid. Fast. II, 491., ab Auctore chron. Pasch. p. 117 a. ed. Paris. = p. 217 ed. Bonn. De anno autem, quo obierit Romulus, cf. not. 48.

48) Ῥωμύλος ἠφανίσθη] Indicat Scaliger Dionysii Halicarnassei calculos, qui, Romuli auspiciis Ol. VII. 1. aut potius Ol. VI, 4. veri (cf. Idel. enchirid. II. p. 159 sub fin.) assignatis, eum post XXXVII. annorum imperium i. e. Ol. XVI, 1. anno aetalis LV. obiisse (lib. II. p. 119, 22.), deinde totum annum insequentem i. e. Ol. XVI, 2. interregnum explevisse (lib. I. p. 61, 22.), post ab Ol. XVI, 3. regnasse Numam (lib. II. p. 120, 36) scribit. Alii, quos secutus est Petav. Doctr. Tempp. lib. X. cap. 21, eodem, quo Quirinus obiit, anno interregnum fuisse statuunt.

49) Πομπίλιος κτλ.] Verba Scaliger debet Dionys. Ant. Rom. lib. II. p. 121, 8. seq., ubi καθ'

ΟΛ. ΙΖ. Πῶλος Ἐπιδαύριος στάδιον[50]).

α. ΛΕΟΚΡΑΤΗΣ (leg. ΛΕΩΚΡΑΤΗΣ)[51]). Τούτου ἔτους ἐνισταμένου ἐν Βιθυνίᾳ τὴν Ἄστακον (rect. Ἀστακὸν) ᾤκισαν Μεγαρέων ἄποικοι ἀπό τινος τῶν λεγομένων Σπαρτῶν καὶ γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις Ἀστάκου (leg. Ἀστακοῦ) τὴν κλῆσιν· ἱστορεῖ Μέμνων[52]).

β.

γ. Μύσκελος Κρότωνα ἔκτισε[53]).

δ.

ΟΛ. ΙΗ. Τέλλις Σικυώνιος στάδιον[54]). Πένταθλον, καὶ πάλη προςετέθη. Λάμπις πεντάθλῳ, Εὐρύβατος πάλῃ, ἄμφω Λακεδαιμόνιοι, ἐνίκησαν[55]).

α. Γύγης τὴν Λυδῶν βασιλείαν ἐξεδέξατο. Οὗτος πρῶτος ὠνομάσθη τύραννος. ἱστορεῖ Εὐφορίων ἐν τῷ περὶ Ἀλιαδῶν[56]). Ἀρχίλοχος ἐγνωρίζετο κατὰ Ξάνθον τὸν Λυδόν[57]).

ὃν, ait, χρόνον ὁ Νομᾶς ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐκαλεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, οὔπω πόλις ἦν ἡ Κρότων. De initio Numae regni confer not. 48. Id quamdiu duraverit, magna apud veteres scriptores dissensio est, quandoquidem Numam Dionys. Ant. Rom. lib. I. p. 61 cum auctore chron. Pasch. ed. Paris. p. 117 A. = ed. Bonn. p. 217. XLIII., Georg. Cedren. p. 122. XLII., Eusebius chron. I. p. 214, II. p. 323, ed. Med. et Georg. Syncellus p. 168 ed. Venet. = 211 B. ed. Paris. XLI., Hieronymus chron. lib. II. p. 118. XL., Polybius apud Cic. de Rep. II, 14. (sequamur autem potissimum Polybium nostrum, quo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior) XXXIX. annos Romanis imperitasse testatur.

50) Πῶλος] Testis Afric. ap. Euseb. Ἑλλ. Ὀλ. pag. 39.

51) Λεοκράτης] Indicat Scaliger Dionysii sententiam, quam qui sequitur Leocratis, Hippomenis in decennali praetura successoris (cf. Euseb. Scal. p. 47, Georg. Sync. p. 169. ed. Venet. = p. 212. A. ed. Par., Hieron. chron. lib. II. p. 118, initium Ol. XVII, 1. assignet necesse est. E Pausaniae calculis Leocrates Ol. XV, 4. regnare inceperit. Cf. not. 10.

52) Τούτου ἔτους κτλ.] Tradit Memnon ap. Phot. cod. CCXXIV. Τὴν Ἀστακὸν δὲ Μεγαρέων ᾤκισαν ἄποικοι Ὀλυμπιάδος ἐνισταμένης ιζ΄, Ἀστακὸν ἐπίκλην κατὰ χρησμὸν θέμενοι ἀπό τινος τῶν λεγομένων σπαρτῶν καὶ γηγενῶν τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστακοῦ τὴν κλῆσιν, ἀνδρὸς γενναίου καὶ μεγαλόφρονος. Cf. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 78 a. Hanc Astacum, Bithyniae urbem, Ol. CXXIX, 3. vel 1. Nicomediam a se nuncupavit Nicomedes. Cf. Hieronym. chron. lib. II. p. 119 et Euseb. Mai. p. 351 cum iis, quae ad Ol. CXXIX, 3. diximus.

53) Μύσκελος Κρότωνα ἔκτισε] Secundum Dionys. Ant. Rom. lib. II. p. 121, 10 seq. Accuratius Crotonis origines exponit Strabo lib. VI. pag. 181, qui tamen quod Crotona post Sybarim quidem, at eodem fere cum Syracusis tempore aedificatam esse (cf. lib. laud. p. 186, 13 seq.) affirmat, duas dicit temporis notas, quarum altera alteri repugnat, quandoquidem Sybaris Ol. XV, 1. (cf. not. 45.), Syracusae autem (cf. quae nos ad Ol. XLV, 1. monebimus), Ol. IX, 4. conditae esse videntur. Talem vero repugnantiam diligens lector haud raro reperiet in classicorum de his rebus antiquissimis scriptorum testimoniis. Caeterum conditor Crotonis a Dionysio l. l. et a Scymno Chio Orb. descript. ed. Erasm. Paul. F. Vinding. v. 329. Μύσκελος, in Epigrammate autem ap. Strab. p. 121. et Diod. Excerptt. Vatic. Vol. III. p. 9. ed. Dind. Μύσκελλος appellatur. cf. Phil. Cluv. Ital. ant. p. 1310 sqq.

54) Τέλλις] Testis African. ap. Euseb. Ἑλλ. Ὀλ. pag. 39. Cod. Armen. ap. Aucher. P. I. p. 284. Tullum exhibet.

55) Πένταθλον κτλ.] Auctores Scaliger sequitur Paus. V, 8, 3. et Africanum apud Euseb. χρον. λογ. p. 39, quorum tamen posterior Pausaniae Λαμπίδα nominat Λαμπίαν. Sed Pausaniae scriptura confirmatur textu Armeniaco ap. Auch. P. I. p. 284. Recte igitur Meurs. Arch. Ath. I, 7. p. 20. Λάμπις pro Λαμπίας Africano restituendum censet. Pro Eurybato Hybatum corrupte exhibet cod. Arm. l. l. Cf. Kraus. Olymp. p. 286.

56) Γύγης] Testis Clem. Alexandr. Strom. lib. I. p. 327 C, ubi Εὐφορίων, ait, ἐν τῷ περὶ Ἀλιαδῶν, κατὰ Γύγην αὐτὸν (τὸν Ὅμηρον) τίθησι γεγονέναι· ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ὃν καί φησι πρῶτον ὠνομάσθαι τύραννον. Scaliger corruptam Ἀλιαδῶν scripturam servavit, mutandam illam in Ἀλευαδῶν· quomodo scriptum esse videmus a Valesio ad Harpocr. p. 75, a Toupio ad Theocr. p. 519, nec non ab Aug. Meinekio in Euphor. Chalcid. Fragmentt. Gedan. a. 1823. 8., qui illum de Aleuadis librum secundo inter Euphorionis opera historica loco collocavit. Cf. Scal. Animadvv. p. 79 a. b. Quod autem Euphorio Gygem primum tyrannum appellatum tradit, consentit Hippias sophista ap. auct. Argum. Soph. Oed. Reg. Archilochi temporibus reges asserens tyrannos denominatos, et confirmat Herod. I, 14. Vid. Fr. Creuz. Hist. Gr. antiq. Fragm. Heidelb. a. 1806. 8. p. 150 seq. not. 7.

57) Ἀρχίλοχος ἐγνωρίζετο κατὰ Ξάνθον τὸν Λυδόν] apud Clement. Alex. Strom. lib. I. p. 333 B.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΙΘ. Μένων Μεγαρεὺς στάδιον [58]).

α.

β.

γ. ΑΨΑΝΔΡΟΣ [59]). Ἀρχίλοχος ἤκμαζε [60]).

δ.

ΟΛ. Κ. Ἀθηράδας Λάκων στάδιον [61]).

α.

β.

γ. p. 314 b.

δ.

ΟΛ. ΚΑ. Πανταχλῆς Ἀθηναῖος στάδιον [62]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΚΒ. Πανταχλῆς Ἀθηναῖος τὸ δεύτερον στάδιον [63].)

α. ΕΡΥΞΙΑΣ ἔσχατος τῶν Μεδοντιδῶν [64]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΚΓ. Πυγμῆς ἆθλα ἀπεδόθησαν. Ἰκάριος Ὑπερησιεὺς στάδιον. Ὀνόμαστος Σμυρναῖος πρῶτος πυγμῇ, ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος [65]).

α.

β.

γ.

Vid. notam nostram 44. coll. Fr. Creuzer. Historic. Graec. antiquiss. fr. Heidelb. a. 1806. p. 227, qui tamen Xanthi testimonium perperam ad Leschem, nec vero ad Thasi *κτίσιν* rettulit, Archilocho coaevam.

58) *Μένων*] Teste Africano ap. Euseb. *χρον. λογ.* pag. 39, Ol. XIX. stadio vicit *Μένος Μεγαρεύς*· quam scripturam, etiam cod. Arm. auctoritate (ap. Auch. P. I. p. 284.) munitam, frustra et ad Euseb. verba laud. corrigit et hoc loco corrigendam innuit Scaliger.

59) *Ἄψανδρος*] Apsandri, qui Leocrati successit (Eus. Scal. p. 47, Hieron. chron. lib. II. p. 119, Georg. Syncell. p. 169. ed. Venet. = ed. Paris. p. 212 A), initium e Dionysii sententia in Ol. XIX, 3, e Pausaniae calculis in Ol. XVIII, 2. conferendum est. Vid Freculph. I, 2, 14. Cf. etiam not. 10.

60) *Ἀρχίλοχος ἤκμαζε*] Archilochum Ol. XIX, 3. floruisse, quantum scimus, nemo veterum diserte testatur. Verum non dubitamus, quin nota ista huncce locum ipso invito Scaligero occupaverit, quum potius ad Ol. XX, 3. pertineat, ita ut Scaliger Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 333 B. de Archilochi aetate sententiam indicare voluisse videatur. Cf. not. 44.

61) *Ἀθηράδας*] Auctor est Afric. ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 39.

62) *Πανταχλῆς*] Idem testis est Afric. l. l. } Crameri Anecd. Par. Vol. II. p. 142. *Πενταχλῆς* exhibent.

63) *Πανταχλῆς*] Rursus tradit Afric. l. l. }

64) *Ἐρυξίας κτλ.*] Eryxiae, Apsandri successoris, (Euseb. Scal. p. 47, Hieronym. chron. lib. II. p. 119, Georg. Syncell. p. ed. Venet. 169. = ed. Par. p. 212 A.), qui fuit ultimus Medontidarum, annus primus ex Dionysii calculo Ol. XXII, 1, ex Pausaniae autem sententia Ol. XX, 4. assignandus est. Vellei. I, 8. eum Erycem appellat. Cf. not. 10.

65) *Πυγμῆς κτλ.*] Auctor African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 39, a quo tamen *Ἰκάριος* nominatur *Ὑπηρεσσιεύς*. Rectiorem formam *Ὑπερησιεὺς* Scaliger Strab. lib. VIII. p. 264. 1. et Paus. V, 8, 3. IV, 15, 1. debere videtur, quorum tamen alter nomen stadionicae non *Ἰκαρίου*, sed *Ἰκάρου* exhibet. Sed tuetur formam *Ἰκάριος* etiam textus Armeniacus ap. Auch. P. I. p. 284. Denique Onomastum Smyrnaeum hac Olymp. victoriam lucta primam rettulisse tradit praeter Afric. l. l. Paus. V, 8, 3.

δ. *ΤΛΗΣΙΑΣ*[66]). *ἀρχὴ τοῦ δευτέρου Μεσσηνιακοῦ πολέμου*[67]).
ΟΛ. ΚΔ. *Κλεοπτόλεμος Λάκων στάδιον*[68]).
α.
β.
γ. *ΚΡΕΩΝ, πρῶτος ἐνιαύσιος ἄρχων Ἀθήνησι*[69]).
δ.

---

66) *Τλησίας*] Hanc de Tlesia mentionem qui cum iis comparat, quae ad *ΟΛ. ΚΔ. γ'.* de Creonte notata leguntur, eum, praesertim si non cognitam habet Olympiadum scriptoris rationem, haud diffitemur sane in hanc incidere posse sententiam, ut Eryxiae, octavo magistratus anno sive defuncto sive amoto Ol. XXIII, 4. Tlesiam suffectum, expletisque ab eo, qui de Eryxiae decennio restabant, annis tribus Ol. XXIV, 3. Creontem annuam praeturam auguratum esse statuat. Quid mirum, quod Ioan. Meursium de Arch. Ath. lib. I. cap. 8., qui Olympiadum recensionis auctorem tantum abest, ut e veteribus pendere totum arbitretur, ut ipsum veterem et, si non maiori, certe pari cum caeteris auctoritate habendum esse censeat, illi ipsi opinioni indulgere videmus? Ei ut congruam efficeret refragantem Pausaniae lib. IV, 14. extr. sententiam, qui, quamvis Tlesiae praeturam Ol. XXIII, 4. assignet, idem tamen archontes tum annuos fuisse asserit, hanc sibi levem repperisse visus est medicinam, ut inter verba Pausaniae *Ἀθήνησι δὲ* et *οἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἦσαν ἤδη τότε ἄρχοντες* particula *οὐχ* insereretur. Omnes hasce ineptias, quas refellere nil attinet, evitasset Vir alioquin prudentissimus, si Anonymum suum perspexisset non alio niti, quàm Pausaniae testimonio. Quod cui persuasum est, is de Tlesiae praetura, Ol. XXIII, 4. illata, sic iudicabit, respondere eam accuratissimis, Dionysianam computandi et Charopis et Creontis initii rationem (cf. nott. 10 et 69.) toto quinquennio antevertentibus, Pausaniae calculis, qui quum decennale imperium Ol. V, 4. incepisse, idque, interiecto LXX. annorum intervallo (cf. Vell. I, 8.), Ol. XXIII, 2. annuam praeturam consecutam esse demonstrent, Pausaniae simul ipsi, belli Messenii secundi principium Ol. XXIII, 4. assignanti, anni eius archontem, Tlesiam, iam inter annuos referendum fuisse ostendunt. Inde vero qui hausit Scaliger, in eam incurrit vituperationem, quod postquam in definiendis archontum Atheniensium temporibus praeter Dionysii calculos (*ΟΛ. Ζ. α'. Θ. γ'. ΙΒ. α'.*) etiam Pausaniae sententiam *ΟΛ. Ε. δ'. Η. β'. Ι. δ'.* verbis *κατά τινας* constanter annotavit, deinde vero *ΟΛ. ΙΔ. γ'. ΙΖ. α'. ΙΘ. γ'. ΚΒ. α'.* solam Dionysii computationem indicavit, hoc loco recurrens ad spretam quater Pausaniae rationem verba ista *κατά τινας* adiicere neglexit.

67) *ἀρχὴ κτλ.*] Auctor Paus. lib. IV, 14. extr. Cf. not. 66.

68) *Κλεοπτόλεμος κτλ.*] Testatur Africanus ap. Eus. *χρον. λογ.* pag. 40 init. In textu Armeniaco nomen Cleoptolemi in *Κλεοπτολεμαῖος* corruptum esse videtur secundum Aucheri Tom. I. p. 285 versionem, quamquam Angelo Maio Cleoptilemus audit.

69) *Κρέων κτλ.*] Significat Scaliger Dionysii computum, qui quum Charopis initium in Ol. VII, 1. conferat (cf. not. 10.), capta post LXX. annos (v. Vell. I, 8. et Euseb. Scal. p. 47 coll. Castore ap. Euseb. Arm. ed. Mediol. a. 1818. fol. lib. I. p. 134 cp. 29.) a Creonte annuae praeturae auspicia Ol. XXIV, 3. assignet necesse est. Cf. not. 66, ubi Pausaniae calculis effici indicavimus, ut Creon quinque annis ante i. e. Ol. XXIII, 2. archon fuisse videatur. Ad hunc fere annum, si quidem recte interpretor, etiam Africani (ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 47 et Georg. Syncell. p. 169 ed. Venet. = p. 212 ed. Paris.) testimonio deducor hocce: *ἀφ' οὗ (Κρέοντος) ἐπὶ τὴν διακοσιοστὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα* (int. excluso termino) *ἄρχοντες ἐννακόσιοι καὶ τρεῖς μέχρι Φιλίνου, καθ' ὃν ὑπάτευον Ῥωμαίων Γρᾶτος Σαβινιανὸς καὶ Σέλευκος.* Fuit is annus tertius M. Aurelii Antonini, qui et Heliogabalus dictus est, quartus autem Olymp. CCXLIX., in qua explicit opus chronicorum Africani. Cf. Ios. Scal. in Add. Nott. ad Gr. Eus. p. 426 a. b. cum Bapt. Aucheri ad Eus. Arm. p. 313 annotatione. Supputatis igitur inde ab Ol. CCXLIX, 4. annis 903, Creontis annum Ol. XXIV, 1. Africanus assignari velle videatur. Hoc tamen quominus statuas, duo impediunt *ἀναρχίας* anni, quos vel in lacunosis, quibus utimur, Fastis Atticis notatos reperimus. Primum enim Olymp. XCIV. anni 1., quo anno XXX. tyranni Athenas tenuerunt, Pythodorus nominatur ille quidem archon a Lys. orat. VII. de Trunco oleae sacrae exciso pag. 74 ed. Car. Foertsch. et a Pseudo-Plutarcho de X. Oratt. vit. Lys. p. 324, sed in Annales videtur non relatus esse ab Atheniensibus, qui annum illum aut *τὴν ἀναρχίαν* (cf. Diod. lib. XIV, 3) aut *τὴν πρὸ Εὐκλείδου ἀναρχίαν* (cf. Pseudo. Plut. l. l. p. 323.) vocare consueverant. Ecce verba in Xenoph. Hell. II, 3. init. *Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἐν ῳ ἦν Ὀλυμπιάς, ᾗ τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλός, Εὐδίου ἐν Σπάρτῃ ἐφορεύοντος, Πυθοδώρου δ' ἐν Ἀθήναις ἄρχοντος, ὃν Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ᾑρέθη, οὐκ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἀναρχίαν τὸν ἐνιαυτὸν καλοῦσιν κτλ.* Hanc accuratissimam temporis significationem cum multis aliis, quae in Xenophontis Hellenicis reperiuntur, aeque plenis et exactis, etsi bene scimus Dodwellum et Marshamum (cf. et Idel. chron. tom. I. p. 372 not. 2.) a Xenophontis manu profectam negare, quippe quum, teste Polybio XII, 2, primus Timaeus *ἐν κοιναῖς ἱστορίαις* Atheniensium archontibus ephorisque Lacedaemoniorum et Argivorum sacerdotibus ad annos designandos usus esse perhibeatur: tamen eam homini, talia qui scire posset, deberi certum est, ita ut rem, de qua agitur, Xenophontis auctoritas, non fides historiae deserere putanda sit. Alter *ἀναρχίας* annus est Olymp. CCXV, 3, de quo testis Phlegon. de Mirabb. cap. 24. (Cf. quae ad *ΟΛ. ΣΙΕ. γ'.* annotavimus.) Utraque autem *ἀναρχία* quum 903 annis, quos inde a Creonte usque ad Philinum praeterlapsos esse propter archontum numerum, ab Africano indicatum, statui debet, annum 904 et 905 addat: Creontis praetura, ex Africani calculis, non in Ol. XXIV, 1, sed in Olymp. XXIII, 3. conferenda ita videtur, ut, quoniam civilis Atheniensium annus sine dubio tum

ΟΛ. ΚΕ. Θάλπιος Λάκων στάδιον[70]. ἵππων τελείων δρόμος προςετέθη. Παγώνδας Θηβαῖος ἅρματι τελείῳ πρῶτος[71].

α. Ἀνακρέων ὁ λυρικὸς ἤκμαζε κατά τινας[72].

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΚϚ. Καλλισθένης Λάκων στάδιον[73]. Φιλόμβροτος Λάκων πένταθλος τρισὶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε[74]. Κιθαρῳδῶν ἀγών[75]. Ἕως ὧδε τὴν προστασίαν ἔσχον τοῦ τε ἱεροῦ, τοῦ τε ἀγῶνος οἱ Ἠλεῖοι. Οἱ δὲ Πισᾶται τὴν οἰκείαν ἀπολαβόντες αὐτοὶ συνετέλεσαν τὸν ἀγῶνα, ὁρῶντες εὐδοκιμοῦντα[76].

α. Τὰ Κάρνεια ἀγὼν πρῶτον ἐτέθη ἐν Σπάρτῃ[75].

β. ΛΕΩΣΤΡΑΤΟΣ. Τύλλος Ὀστίλιος μετὰ Νομᾶν Πομπίλιον Ῥώμης ἐβασίλευσε[77].

γ.

δ. κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἰντεράμνα (leg. Ἰντέραμνα) ἐκτίσθη[78].

---

a Gamelione ordiebatur (cf. Idel. chron. T. I. pp. 286, 369.), semestre de eius imperio incurrerit in Olymp. XXIII, 2, ad quem ipsum annum supra nos deducebat etiam Pausaniae computus.

Tota haec a nobis monstrata Africani cum Pausania in concordiam revocandi ratio ea nititur condicione, ut Africanum l. l. revera archontum annuorum, qui a primo omnium usque ad Ol. CCXLIX, 4. Athenis imperitassent, non vero annorum, qui per illud temporis spatium praeterlapsi essent, numerum indicare voluisse concedatur. Quod qui non largiuntur, Africanum Ol. XXIV, 1. Creontis annum significare dicentes, habent et hi, quibus nitantur, gravissima testimonia, nimirum Africani ipsius hocce: *καὶ πρῶτος ἡγήσατο ἐνιαύσιος ἄρχων Κρέων ἐπὶ τῆς εἰκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος* ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 28. v. 34 sq. Cf. Periz. ad Aelian. V. H. V, 13., Cors. Fast. Att. tom. I. p. 7. tom. III. p. 33. seqq., Clint. Fast. Hell. I. p. 182, Boeckh. in can. ad chron. Par. ep. 27. Corp. Inscr. II. p. 307.

70) *Θάλπιος κτλ.*] Testis Afric. ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 40. Crameri tamen Anecdota pag. 143 cum text. Euseb. Armen. scripturae *Θάλπις* patrocinantur.

71) *ἵππων κτλ.*] Auctor Paus. lib. V, 8, 3. Pro Pagonda Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. corrupte scribit *Πάτων*. Mendum indicat textus armeniaci P a o r o n.

72) *Ἀνακρέων κτλ.*] Testis est corruptus locus apud Suidam s. v. *Ἀνακρέων*, ubi Anacreon, Teius, lyricus, Scythini vel Eumeli vel Parthenii vel Aristocritae F., secundum nonnullos chronologos i. Ol. XXV. vixisse dicitur, Cyro et Cambysae aequalis. *Οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου καὶ Καμβύσου τάσσουσιν αὐτὸν* (int. *τὸν Ἀνακρέοντα*), *κατὰ τὴν κε΄ Ὀλυμπιάδα.* Quis credat? Nos *νε΄* pro *κε΄* corrigendum putamus. Scaliger Suidae verba aut coniectura tentare noluisse, aut inserta inter *αὐτὸν* et *κατὰ* formula *οἱ δὲ* legisse censendus est. Caeterum *κατά τινας* scripsit, quia infra Suidae ipsius sententiam Anacreontem Ol. LII. Polycratis Samii tempore floruisse scribentis, ad *ΟΛ. ΝΒ. Α.* prolaturus est. Sed hic quoque numerus Welckero correctione indigere videtur, in lib. de cycl. ep. p. 244. not. 384. *ξβ΄* pro *νβ΄* probabiliter rescribenti. Certe Hieronymus Anacreontem Ol. LXII, 1. (Mai. Arm. Ol. LXI, 2) inclaruisse testatur chron. lib. II. p. 128. Athenaeus lib. XIV. cp. 9. p. 635 E. eum simpliciter dicit aetate posteriorem fuisse, quam Sappho. Fuit autem Anacreon amatorii carminis inventor (Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 308 C.) vixitque, teste Lucian. Macrob. 26. p. 226 tom. III. ed. Reiz., annos LXXXV. Cf. Prolegg.

73) *Καλλισθένης Λάκων στάδιον*] teste Afric. ap. Eus. *χρον. λογ.* I. p. 40.

74) *Φιλόμβροτος κτλ.*] Ibidem tradit Africanus. Textus Armen. corrupte *Φιλίμβροτον* appellat.

75) *Κιθαρῳδῶν ἀγών*] Africanus l. l. ad *ΟΛ. κϛ΄.* *Κάρνια ἐτέθη πρῶτον ἐν Λακεδαίμονι κιθαρῳδῶν ἀγών.* Distraxit Scaliger, quae non sunt distrahenda, citharoedorum certamen a Carneis, quae sub *ΟΛ. Κϛ. α΄.* primum Ol. XXVI, 1. Spartae celebrata esse annotat, non intelligens, verba *κιθαρῳδῶν ἀγών* apud Africanum nil aliud esse, nisi Carneorum explicationem. Unde factum est, ut citharoedorum certamen ad ludos Olympicos referendum censuisse videatur, quum tamen *μουσικοὺς ἀγῶνας* certum sit Olympiae non actos esse, nisi iubente Nerone Ol. CCXI, 3. Cf. quae ad *ΟΛ. ΣΙΑ. γ΄.* annotavimus. Confirmat Africani testimonium etiam Sosibius ap. Athen. lib. XIV. cap. 9. p. 635 E, unde hausit Scaliger, quae ad *ΟΛ. κϛ. α΄.* adscripsit. Celebrabantur autem Carnea eodem fere tempore, quo ludi Olympici, mense Lacedaemoniorum *Καρνείῳ*. Cf. Eurip. Alc. 460. ibique Interpp. de Carneis ludis. De mense Carneo vid. Thuc. V. 54. Cors. F. A. T. II. p. 452. Idel. chron. T. I. p. 363, de Carneonîcis Manso Spart. I, 2. pag. 214.

76) *Ἕως ὧδε*] Strabo VIII. p. 245, 4 solus auctor est huius rei.

77) *Λεώστρατος κτλ.*] Commisit quadriennii prochronismum Scaliger, aut, si mavis, eius typotheta. Pertinent enim utriusque et Leostrati et Tulli Hostilii auspicia in Olymp. XXVII, 2. Testis Dionysius Ant. Rom. lib. III. p. 136 extr. et seq. init. coll. lib. II. p. 63 ubi regnum Pompilii XLIII. annos durasse tradit cf. nos s. n. 49.

78) *κατὰ τὴν Ἰταλίαν κτλ.*] Testatur vetus Inscriptio, quae extat apud Gruter. p. CXIII. num. 2.

ΟΛ. ΚΖ. Εὔρυβος Ἀθηναῖος στάδιον[79]). ὁ ἀγὼν πρῶτον στεφανίτης ἐγένετο κατά τινας[79a]).

α. Ἀλκμὰν ὁ λυρικὸς ἐγνωρίζετο, Ἄρδυος Σαλυάττου (leg. Σαδυάττου) πατρὸς τῶν Λυδῶν βασιλεύοντος[80]).

β.

γ.

δ. ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ[81]).

ΟΛ. ΚΗ. Χάρμις Λάκων στάδιον, ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει[82]). ὡς δὲ ἄλλοι Χίονις Λάκων[83]). Ταύτην ἦξαν Πισαῖοι, Ἠλείων διὰ τὸν πρὸς Δυμαίους πόλε-

---

„Genio. municipi. anno. post.
Interamnam. conditam.
DCCIIII. ad. Cn. Domitium
Ahenobarbum. . . . . .
. . . .
Providentiae. Ti. Caesaris. Augusti. nati. ad. aeternitatem. | Romani. nominis. sublato. hoste. perniciosissimo. P. R. | Faustus. Titius. Liberalis. cet."

„„Haec tabula,"" inquit Scaliger Emend. Tempp. lib. V. p. 385 laudata ista Inscriptione, „„manifesto gratulatur Tiberio Caesari de caede Seiani, quae accidit anno ante consulatum Cn. Domitl Ahenobarbi et L. VitellI, qui obiit in magistratu, cuius nomen hic derasum est."" Fuit autem Cn. Domitius Ahenobarbus cum A. Vitellio Nepote, in cuius locum M. Furius Camillus suffectus est, Consul a. U. c. 785. i. e. (teste Scal. in Euseb. can. p. 202.) Ol. CCII, 4, unde si retro numeraveris annos 704. i. e. Olympiadas 176. solidas, incides in Ol. XXVI, 4, quo anno conditam Interamnam innuit Inscriptio, de cuius auctoritate disputare ab hoc loco alienum est. Sita fuit Interamna in confluente Liris et Casini. Auctor Strab. lib. V. p. 157 v. 44. et p. 164 v. 17. Vid. Phil. Cluv. Ital. ant. I. p. 635, cuius in adhibendo Anonymi sui testimonio errorem in Prolegomenis castigavimus.

79) *Εὔρυβος κτλ.*] Testis African. ap. Euseb. χρον. λογ. pag. 40. Qui Eurybus stadio victor ab Africano appellatur, is Dionys. Ant. Rom. lib. III. p. 137, 1. Eurybates, Pausaniae lib. II. cap. 24. §. 8. Eurybotus est. Sed tuetur Eurybum etiam text. Arm. Caeterum vicerunt hac Olympiade etiam Daïppus Crotoniata pugilatu, et Eleus ex Dyspontio quadrigis, uti auctor est Phlegon apud Steph. s. v. *Δυσπόντιον*. Cf. Westerm. in censura lib. Kraus. in „Neue Iahrb. f. Philol. u. Paedagogik. Herausg. v. Seebode, Iahn, Klotz." XII. cycl. XXXVI. vol. I. fasc. p. 96.

79a) *ὁ ἀγὼν κτλ.*] Haec nota manifesto nititur Scaligeri errore. Nos certe, unde sua repetierit Scaliger, nescimus, nisi forte e loco Strab. VIII. tom. III. p. 136 ed. Tzsch. perperam distincto. Vid. Palm. Exercitt. ad auctt. Gr. p. 308.

80) *Ἀλκμὰν κτλ.*] Testis Suidas s. v. *Ἀλκμὰν Λάκων ἀπὸ Μεσσόας κατὰ δὲ τὸν Κράτητα πτώοντα (πατρόθεν* Schneidew. *περὶ ποιητῶν* Bernh.) *Λυδὸς ἐκ Σάρδεων, λυρικὸς, υἱὸς Δάμαντος ἢ Τιτύρου. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς κζ΄ Ὀλυμπιάδος, βασιλεύοντος Ἄρδυος τοῦ Ἀλυάττου πατρὸς· καὶ ὢν ἐρωτικὸς πάνυ, εὑρετὴς γέγονε τῶν ἐρωτικῶν μελῶν.* Recte perspexit Scaliger, perperam a Suida Ardyis filium dici Alyattem, cui potius Sadyattem patrem extitisse ex Her. I, 16. satis constat. Idem etiam Ardyis filium Sadyattem fuisse testatur, ita ut *Σαδυάττου* pro *Ἀλυάττου* Suidae restituendum esse rectissime Scaliger indicare videatur. Nam quod supra in textu legis *Σαλυάττου*, sine dubio error est typographi. Cf. de Alcmane Corsin. F. A. T. III. p. 50 sq. Cf. Prolegg.

81) *Πεισίστρατος*] Athenis archon fuit teste Pausan. II, 24, 8, anno quarto eius Olympiadis, qua stadio vicit Eurybotus Atheniensis, qui non alius est, quam Eurybus Africani. Cf. not. 79.

82) *Χάρμις κτλ.*] Testis Afric. ap. Euseb. p. 40, ubi quod *Χίονις* pro *Χάρμις* rescribendum esse dicit Krausius Olymp. p. 243 extr. (cf. ibid. p. 260) ei assentiri non possumus. Nam praeterquam quod text. arm. *Χάρμις* scripturam confirmat, simul si *Χίονις* l. l. rescriberetur, penitus turbaretur Africani catalogus, qui demum ab Ol. XXIX. per tres deinceps Olympiadas Chionida stadio palmam rettulisse testatur. Cf. not. 84. Verba deinde ab Africano addita „*ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει*" notissimam spectant athletarum *ἐγκράτειαν*, quae eos, ut ad certamina sese corroborarent, moderate, caste, ieiune vivere iubebat. Ex hoc antiquissimo athletarum more corporis parco cultu cuicunque molestiae assuefaciendi haud dubie fluxit verbi *ἀσκεῖν* sensus vulgatissimus, quo a patribus ecclesiasticis usurpatur. Cf. de athletarum *ξηροφαγίᾳ* Tertull. de ieiuniis cp. IX., de eorum *ἀσκήσει* Wetstenium ad Pauli apost. ad Corinth. epist. I. cp. 9. v. 25. Vid. et Vales. ad Harpocr. v. *ξηραλοιφεῖν*, Stallb. ad Plat. Remp. III. p. 389 C., Kraus. l. l. p. 144.

83) *ὡς δὲ ἄλλοι Χίονις*] Errat Scaliger, quod secundum aliorum sententiam Chionidem Lacedaemonium hac Olympiade stadii palmam rettulisse asserit. Isti enim alii, quos dicit, non alius quam Pausanias est, qui tamen quum lib. IV. 23, 2 simpliciter affirmet Chionidem Ol. XXVIII. Olympia vicisse, cum Africano facillime sic componi poterit, ut eadem hac Olympiade et Charmis stadio et Chionis sive Anchionis (cf. Paus. III, 14, 3. cum eiusd. VI, 13, 1. et Kraus. Olymp. p. 243) non stadio, sed alio certaminis genere (diaulo: cf. Paus. III, 14, 3) victor extitisse dicatur. Cf. Corsin. F. A. T. III. p. 44. et quae ad ΟΛ. ΚΘ. Λ. ΛΑ. diximus.

μον ἀσχολουμένων[84]). παγκρατιαστής τε ἀνὴρ καὶ ἵππος κέλης προσετέθη. τοὺς ἐςελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον ὁ Λύγδαμις συγκατειργάσατο Συρακούσιος[85]).

α. ΑΥΤΟΣΘΕΝΗΣ. Εἶρα Μεσσηνίων ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων ἑάλω. ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν. οἱ ἐκ τῆς ἁλώσεως Εἴρας σωζόμενοι Μεσσήνιοι Κυλλήνην ἀνέκτισαν, τῆς ἀποικίας σφίσιν ἡγουμένου Ἀριστομένους[86]). p. 315 a.

β.

γ.

δ. Ναυμαχία Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους πασῶν παλαιοτάτη[87]).

ΟΛ. ΚΘ. Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος στάδιον[88]), ὡς δὲ ἄλλοι Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον, οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβʹ[89]).

---

84) *Ταύτην ἦξαν κτλ.*] Secundum Afric. ap. Euseb. p. 40.

85) *Παγκρατιαστής τε ἀνὴρ*] Haec quum ad Ol. XXXIII. pertineant, Scaliger intulit huic anno ex perperam intellecto Pausaniae loco, qui lib. V, 8, 3. *ὀγδόῃ δέ*, ait, *ἀπὸ ταύτης* (*τῆς εἰκοστῆς* male supplevit Scaliger, quum ex iis, quae praecedunt, verbis *πέμπτῃ δὲ ἐπὶ τῆς εἴκοσι* potius *τῆς πέμπτης ἐπὶ ταῖς εἴκοσι* supplere deberet) *Ὀλυμπιάδι ἐδέξαντο παγκρατιαστήν τε ἄνδρα καὶ ἵππον κέλητα· ἵππος μὲν Κρανωνίου Κραυξίδα παρέφθη, τοὺς δὲ ἐςελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον (ὁ) Λύγδαμις κατειργάσατο Συρακούσιος.* Cf. quae ad Ol. XXXIII. diximus.

86) *Αὐτοσθένης. Εἶρα κτλ.*] Auctor Paus. IV, 23, 1. Verum Pausanias aut eius librarius hallucinatus est. Age temporum momenta paullo accuratius expendamus. Initum est bellum Messenium secundum Ol. XXIII, 4, ut ait lib. IV, 15. init. Tertio porro belli anno victi sunt Messenii ad Taphrum. Cf. lib. IV, 17, 2. Secuta est Irae obsidio per annos XI. Cf. lib. IV, 20, 1. Fiunt ab initio belli anni XIII., qui Ol. XXIII, 4. additi desinunt in Ol. XXVII, 1, non vero, uti Paus. IV, 23. init. vult, in Ol. XXVIII, 1. Hinc Pausaniae textum labem contraxisse manifestum est, quam equidem in anno, quo ad Taphrum superati sunt Messenii, quaerendam puto, qui annus forsitan belli non fuit tertius (γʹ), sed septimus (ζʹ). Alibi sedem mendi latere putat Petav. Doctr. Tempp. lib. XIII. p. 301. Ceterum forma nominis Ira fluctuat inter Ἱρά, Ἰρά, Εἴρα, Εἶρα. Cf. Aug. Meineke in Act. Acad. Boruss. class. hist. phil. a. 1832. p. 113 not. 2. (de Rhiano poeta).

87) *Ναυμαχία κτλ.*] Testatur Thucyd. I. cp. 13. his verbis: *ναυμαχία τε παλαιτάτη* (al. *παλαιοτάτη*) *ὧν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους. ἔτη δὲ μάλιστα καὶ ταύτῃ ἑξήκοντα καὶ διακόσιά ἐστι μέχρι τοῦ αὐτοῦ χρόνου* i. e. *μέχρι τῆς τελευτῆς τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου.* Atqui bellum Peloponnesiacum finem habuit Ol. XCIII, 4. Deductis igitur de Ol. XCIII, 4. integris Olympiadibus LXV., proelii illius annus reperitur Ol. XXVIII, 4. Sed ex mea sententia numeri apud Thucydidem non accurati sunt, sed rotundi. Cf. Mueller. Dorr. I, 119, 5 et II, 23, 1.

88) *Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος στάδιον*] Testis Pausan., qui lib. IV, 24, 2. *Μεσσηνίων δέ*, inquit, *τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν τῇ γῇ, συντελοῦντας κατὰ ἀνάγκην ἐς τοὺς Εἵλωτας ἐπέλαβεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων ὕστερον ἀποστῆσαι κατὰ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστήν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχιμήδους Ἀθήνησιν ἄρχοντος.* Haec lectio vulgata est, quam Scaliger secutus est. Verum Petav. Doctr. Tempp. lib. XIII. p. 300 optime intellexit Pausaniae locum corruptum et *ἑβδομηκοστὴν* pro *εἰκοστὴν* restituendum esse. Olympiade enim LXXIX^na Xenophontem Corinthium stadio vicisse testantur praeter African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Dionys. Halic. R. A. lib. IX. p. 617 sq. et Diod. XI, 70. init., qui archontem eiusdem Olympiadis anno primo Athenis fuisse Archedemidem, non Archimedem testantur. Meursius igitur in Arch. Ath. II, 15., Palmer. Exercitt., Simson. chron. cathol. a. m. 3541., Wesseling. ad Diod. XI, 63 Pausaniae verba sic restituunt . . . . . *κατὰ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑβδομηκοστήν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν Ἀρχεδημίδου Ἀθήνησιν ἄρχοντος.* Cf. nos ad Ol. LXXIX, 1. s. n. 379.

89) *ὡς δὲ ἄλλοι*] Chionis hac Olympiade victor coronatus est, ex Afric. apud Euseb. *χρον. λογ.* I. p. 40. Scaligerum illa verba „*ὡς δὲ ἄλλοι*" perperam addidisse apparet ex iis, quae modo de Xenophontis victoria disputavimus. Ceterum de saltu prodigioso cf. Scal. in Add. Not. ad Graec. Euseb. p. 427 a, siquidem tantus fuit, quantus ex Africano fuisse videtur: quod secus se habet. Nunc enim ex textu Armen. ap. Auch. I. p. 286 satis constat, Eusebio *κβʹ* pro *νβʹ* restituendum esse. Neque vero in eo anxie haerendum est, quod in Arm. textu duos et viginti cubitos aequasse saltus Chionidis dicitur: quandoquidem cubitus, incertum mensurae nomen, apud Armenios vel pro pedum mensura usurpari monuit Aucherus in nott. ad l. l., testimonio usus Moysis Chorenensis de Varazdate Armeniorum rege, Tom. III, 40. p. 280 in Whistoni interpr. lat. Deinde quod Scaliger Chionidem sive Anchionidem (Paus. III, 14, 3. IV, 23, 2, 5. VI, 13, 3, Boeckh. Explicatt. ad Pind. Olymp. XII. p. 206, Kraus. Olymp. p. 243), hac Olympiade stadio iterum vicisse affirmat, in errorem inductus est a Pausania. Is tamen, quum IV, 23, 5 (de quo loco rectissime iudicat Siebel. Annotat. Vol. II. p. 142) Chionidem Laconem simpliciter tradat Ol. XXIX. iterum

α. *ΑΡΧΙΜΗΔΗΣ*[90]). *Πάλιν ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων Μεσσήνιοι ἀπέστησαν*[91]). *Περίανδρος ἐν Κορίνθῳ ἐγεννήθη, ὁ μετὰ ταῦτα τῆς πατρίδος τυραννήσας.*[92]) *Ἀρίων Μηθυμναῖος Κυκλέως υἱὸς τὸν ἐν Σικελίᾳ νικήσας ἀγῶνα, ἐπὶ δελφῖνος εἰς Ταίναρον τῆς Λακωνίας ἐσώθη*[93]).

β.

γ.

δ.

---

victorem extitisse, eadem Olympiade unam stadio, alteram alio certaminis genere (fortasse diaulo: cf. Paus. III, 14, 3.) palmam rettulisse videtur.

90) *Ἀρχιμήδης*] Archimedis praeturam Scaliger e Pausaniae loco corrupto (IV, 24, 2.) in hunc annum intulit, ut paullo ante demonstravimus s. n. 89.

91) *Πάλιν ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων*] Idem Pausaniae locus corruptus fraudem fecit Scaligero. Initium enim belli huius ex Pausaniae sententia assignandum est Ol. LXXIX, 1, quod anticipatum ad Ol. LXXVII, 4. rettulit Diodorus XI, 63, de cuius sententia ad Ol. LXXVII, 4. exponemus. Nunc confer Wesseling. ad Diod. l. l. et ad cp. 84.

92) *Περίανδρος*] Nititur his Diogenis Laërt. (vit. Periandr. I. p. 66. Casaub.) verbis: *καὶ ὅς* (scil. *ὁ Περίανδρος*) *ἀθυμήσας ἐτελεύτησε, ἤδη γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος.* Scal. in Canon. Isag. III. p. 342 hanc Sosicratis fuisse sententiam ex illis verbis enucleavit: „Sosicrates Lacon eum (sc. Periandrum obiisse scribit) anno ultimo Ol. XLVIII. annos natum LXXX., annis XLI. ante mortem Croesi." Coniunxit igitur Scaliger *καὶ ἑνὶ* cum *τετταράκοντα*, verbaque *πρὸ τῆς μθ' Ὀλυμπιάδος* sic accepit, quasi statim ante Ol. XLI. i. e. Ol. XLVIII, 4. Periander mortem obiisse a Sosicrate diceretur. Qua si occubuit vel annos natus LXXX., vel anno aetatis LXXX^mo (id enim ex verbis *γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα* perspici nequit) Olympiade vel XXVIII, 4. vel XXIX, 1. natus sit necesse est. At sine dubio falsus est Vir Summus in explicanda verborum *καὶ ἑνὶ* ratione: ista enim, id quod viderunt Menagius ad Laert. l. l. — cuius interpretationem Ambrosianae posthabere non debebat Henr. Gust. Huebner. in Diog. edit. Vol. I. p. 68, — Corsin. F. A. T. III. p. 61, Clinton. F. H. Vol. II. ed. II, 4. Oxon. a. 1827. App. p. 296 cum vv. *πρὸ τῆς μθ' Ὀλυμπιάδος* coniungenda et commate interposito ab iis, quae praecedunt, sic distinguenda sunt: *τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς κτλ.*, quae quidem distinctio licet in anno nati mortuique Periandri nil mutet, Croesi tamen mors efficit, ut non cum Scaligero ad Ol. LIX, 1. sed anticipata ad Ol. LVIII, 4. referenda esse videatur. Cf. Io. M. Schultz. Appar. ad Ann. crit. rer. Graec. Spec. II. p. 26 sq. not. 50. Explicata iam Laertii sententia ceterisne autoribus cum eo conveniat, necne videndum est. Solin. cp. 12. Arionem Methymnaeum, postquam in certamine Siculo victor exstitit, Ol. XXIX. i. e. eodem anno, quo secundum Sosicratem natus est Periander, delphine in Taenarum promontorium delatum esse tradit. Atqui Herod. I. 23. 24. id gestum esse narrat, dum Periander Corinthi principatum, quem Ol. XXXIX, 1. adeptus est, tenebat. Ut miram hanc repugnantiam tollerent, veteres iam duos fuisse Periandros sumserunt. Sotion, Heraclides, Pamphila (cf. Diogen. l. l.) alterum tyrannum, alterum sapientem, Neanthes vero Cyzicenus *ἀνεψιοὺς* fuisse statuit (Diog. l. l.), quos tamen falli ait Meurs. Arch. Ath. I. cp. 10. p. 38 sq., quandoquidem et regnum tenuisse sapientem satis certum sit, nec ut *ἀνεψιοὶ* fuerint, temporum permittat ratio. Idcirco duos fuisse Periandros statuit ille quidem et ipse, sed alterum avum, Cypseli filium, quique etiam ipse filium, patris nomine Cypselum nuncupatum, habuerit; cuius filium Periandrum dictum alterius nepotem Ol. XXIX, 1. esse. Nec haec Meursii ratio nobis arridet, amplectentibus Corsini sententiam, qui F. A. T. III. p. 48 seq. missis de Arionis aetate ambagibus cum plerisque veterum nonnisi unum Cypselum unumque Periandrum fuisse statuit, quorum alterum testibus Herod. V, 92 et Aristot. Polit. V, 12. annos triginta, alterum vero annos quadraginta quatuor auctore Aristot. l. l. regnasse demonstat, ita ut tyrannis Cypselidarum ipsa sub patre et filio ann. LXXIV. obtinuerit. In hac sententia confirmat V. D. locus Herod. III. cp. 53. et oraculum Cypselo redditum, quo eius nepotes imperii expertes fore ostenditur, hocce:

Κύψελος Ἠετίδης βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου
Αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες

Idem ante Corsinum etiam Scaliger statuit, Can. Isag. II. p. 169 et lib. III. p. 342, nisi quod Laërtio (I. p. 25. Men.) et Hieron. chron. libr. II. p. 123 testibus Periandro nonnisi XL. annos regni adscribit. Corsinus autem nec Strabonem moratur, qui lib. VIII. p. 260 sq. Cypselum ad heredem tertium propagasse tyrannidem dicit; nec Aelianum, qui Var. Hist. VI, 13. sapienter a deo institutum ait, quod tyrannides ad tertiam generationem non perveniant.

93) *Ἀρίων Μηθυμναῖος*] Scaliger tempus rei e Solino (cp. XII. p. 28. v. 31 sqq. ed. Basil. 1543.), verba quaedam e Syncello p. 213. D. sumsit. Sic enim hic: *Ἀρίων ἐγνωρίζετο Μηθυμναῖος· οὗτος ἐπὶ δελφῖνος εἰς Ταίναρον διεσώθη.* Patris nomen tradit Suid. s. v. *Ἀρίων*, qui floruisse eum scribit Ol. XXXVIII. Vid. Prolegg. De salute Arionis prodigiosa mentionem iniecerunt Herod. I, 23, 24 et Strab. XIII. p. 425. Hieron. chron. lib. II. p. 123. et Euseb. Arm. Arionem Ol. XL, 2 vel Ol. XLII, 3 a delphino ad Taenarum allatum esse volunt. De simulacro aeneo cf. Paus. III, 25, 5, qui etiam alterum Arionis delphino insidentis signum in Helicone affert lib. IX, 30, 2. Ceterum cf. Scalig. Animadvv. ad Euseb. p. 84 a. et Fabric. Bibl. Gr. lib. II. cp. 15. 16.

ΟΛ. Λ. Χίονις Λάκων στάδιον τὸ δεύτερον 94). Πισαῖοι Ἠλείων ἀποστάντες ταύτην τε ἦξαν καὶ τὰς ἑξῆς κβ' 95).
α. Μεσσήνιοι τὴν ἐν Σικελίᾳ Ζάγκλην ἐπικτίσαντες Μεσσήνην ἐπωνόμασαν 96). Φιγάλεια τῆς Ἀρκαδίας ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἑάλω 97).
β. ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ 98).
γ.
δ.
ΟΛ. ΛΑ. Χίονις Λάκων στάδιον τὸ τρίτον 99). Κραυξίδας Κρανώνιος κέλητι πρῶτος 100). Ἄβδηρα ὑπὸ Τηΐων ἐκτίσθη 101).

---

94) *Χίονις Λάκων*] African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Idem Chionis hac Olympiade etiam tertiam palmam alio certaminis genere (diaulo Paus. III, 14. 3.) rettulit ex Paus. VIII, 39, 2.

95) *Πισαῖοι Ἠλείων*] Testimonio African. apud Euseb. l. l. nititur, cuius verba transcripsit Scaliger. Cf. eiusd. Add. ad Not. in Graec. Euseb. p. 427 a. At suspecta videtur Africani auctoritas Corsino F. A. T. III. p. 47 et Krausio Olymp. p. 51. n. 46, tum quia Pausan. VI, 22. 2. nonnisi Olympiadas VIII. XXXIV. CIV. ab Elidensibus Anolympiadas appellatas esse diserte tradat, tum quia ex Strabon. VIII. p. 245, 26. satis appareat, finito bello Messenio secundo ius praesidii Olympici ad Elidenses redisse.

96) *Μεσσήνιοι Ζάγκλην*] Hanc temporis assignationem quin Scaliger coniectura assecutus fuerit, non dubitamus. Pausan. enim lib. IV, 23 postquam Messenios cum Rheginis superasse Zanclaeos et cum his iunctos urbem Zanclen, ab ipsis Messanam denominatam, incoluisse enarravit, haec addit §. 5: *ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος τῆς ἐννάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος κτλ.* Scaliger, comparato loco lib. VIII, 39, 2, ubi ab eodem Pausania Miltiadis praetura ad Ol. XXX. refertur, quodque altera Chionidis stadii palma ab Africano ipsi Ol. XXX. assignatur, et quod praeturam Ol. XXIX, 1. e corruptis Pausaniae verbis Archimedes occupavit, *τριακοστῆς* reposuit pro *ἐννάτης καὶ εἰκοστῆς*. „*Sed*, ut ait Siebel. Annot. ad Pausan. l. l. Vol. II. p. 142, refutaturus Meursium, qui Lectt. Att. II. 23. eandem, quam Scaliger indicat, coniecturam proposuit, *ibi vicisse dicitur Chionis, quam hoc loco secunda eius memoretur victoria. Miltiades autem, qui ibi quoque summo Athenis magistratu functus perhibetur, iterum archon esse potuit Ol. XXX., quod et ipse concedit Meursius Arch. Ath. I. 10. 11. et sumit Marshamus p. 559.*" Hactenus Siebelis., quem velim illud etiam addidisse, Miltiadis praeturam a Pausania VIII, 39, 2. non primo, sed secundo anno Ol. XXX^{mae} assignari, ita ut, qui Scaligeri Meursiique coniecturam amplectatur, pro *πρώτῳ δὲ ἔτει* corrigere coactus sit *δευτέρῳ δὲ ἔτει*. Huic vero ipsi coniecturae licet Scaligerum indulsisse ex anno Phigaliae a Lacedaemoniis captae adscripto (Ol. XXX, 1.) intelligatur, infra tamen apparebit, eum non ita certo confisum esse, ut Miltiadis praeturam non ex integro Pausaniae textu Ol. XXX, 2. assignaret. An *Μιλτιάδου* nomen Ol. *Λ. β.* errore typographico occupasse dicamus, quum Scaliger Ol. *Λ. α.* inseri voluerit, ita ut coniecturam semel adamatam constanter tenuerit? Revertamur ad urbem Zanclen. Ea teste Thucyd. VI, 4. 5. primum a piratis Cumanis condita, tum a Chalcidensibus Euboicis aucta, nomen apud Siculos a falcis, quod ibi *ζάγκλον* appellatum est, forma (Strab. VI. p. 185. Aliter Diod. IV, 85) adepta est: quam post a Samiis aliisque Ionibus, qui Medos fugientes ad Siciliam appulerunt, liberatam mixtisque incolis restauratam Anaxilas, Rheginorum tyrannus, a patria sua Messenen nuncupavit. Cf. Poppon. Prolegg. ad Thuc. P. I. Vol. II. p. 531. „*Zanclen ab Anaxilao Ol. XXIX. captam scribit Pausan. IV. 23. Refellit eum ex ratione temporum (cf. Diod. IX, 48.) et Anaxilaum Ol. LXXVI. mortuum esse ostendit Spanhem. de praestant. et usu numism. Dissert. VIII. p. 554.*" Duk. ad Thucyd. VI, 5. Nos Pausaniae testimonium vindicavimus in Prolegomenis.

97) *Φιγάλεια τῆς Ἀρκαδίας*] Nititur illo loco Pausaniae VIII, 39. 2, de quo modo verba fecimus. *Ἐγένετο δέ*, ait, *τῆς Φιγαλίας ἅλωσις καὶ Φιγαλέων ἡ ἐξ αὐτῆς φυγὴ Μιλτιάδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον.*

98) *Μιλτιάδης*] cf. quae ad Ol. XXX, 1. s. n. 96. disputavimus.

99) *Χίονις Λάκων*] Afric. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Tres igitur stadii palmae a Chionide reportatae ex Africani sententia efficiuntur. Quod vero Paus. III, 14, 3. eum quater stadio, ter diaulo Olympia vicisse dicit, hallucinatus esse videtur, nisi forte sic corrigere mavis: *ἐνταῦθα (Ὀλυμπίασι) δὲ ἑπτὰ ἐγένοντο νῖκαι, τέσσαρες μὲν διαύλου, σταδίου δὲ αἱ λοιπαί*: ita ut forsan quartam diauli palmam hac ipsa Olympiade meruerit.

100) *Κραυξίδας Κρανώνιος*] Errore typographi aut calami Scaliger. victoria Crauxidae, quae in Ol. XXXIII. pertinet ex Paus. V, 8, 3, hic inculcata est. Pravam autem Scaligeri interpretationem illius loci si spectaveris, adscribenda erat victoria ad Ol. XXVIII. cf. nos ad Ol. XXVIII. s. n. 85 et ad Ol. XXXIII. s. n. 109.

101) *Ἄβδηρα ὑπὸ Τηΐων*] Scaliger secutus est Solinum, qui p. 35, 50. *Abderam*, inquit, *Olympiade prima et tricesima senio collapsam Clazomenii ex Asia ad meliorem faciem restitutam, oblitteratis quae praecesserant, nomini suo vindicarunt.* Communicaverant autem cum Clazomeniis coloniae Abderam deducendae consilium Teii (Her. I, 168), unde proverbium: *Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία.* Cf. Strab. XIII. p. 443. Est autem verbum *κτίζειν*, quo usus est Scaliger, non de prima aedificatione, sed, ut saepius, de instauratione intelligendum: Abdera enim ab Hercule ante condita et ab Abdero, Erimi filio (cf. Strab. Excerptt. lib. VIII. fin. p. 228), denominata docet Apollod. II. et in marmore Farnesiano explicando monet Corsin.

α. Κατά τινας τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἐν Κορίνθῳ Κυψέλου τυραννίδος, ἔτεσιν υμζ´ ὕστερον τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου[102]). τὴν πόλιν Ἄβδηρα χρόνῳ ἐρημωθεῖσαν καὶ ἐρριμμένην οἱ Κλαζομένιοι ἀνέκτισαν[103]).

β.

γ. Κατὰ τὴν Σικελίαν ἡ Σελινοῦς ἐκτίσθη[104]).

δ.

ΟΛ. ΛΒ. Κρατῖνος Μεγαρεὺς στάδιον, ὅτε καὶ πυγμὴν Κομαῖος τρίτος ἀδελφῶν ἀγωνισάμενος ἐνίκα[105]).

α. Πιττακὸς γέγονε κατὰ τούτους τοὺς χρόνους[106]). Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμο-

---

F. A. T. III. p. 52 sqq. De tempore instauratae Abderae paene consentit cum Solino Eusebius: Is enim secundum versionem Hieron. chron. lib. II. p. 121 refert ad Ol. XXXI, 2. Paullulum abludunt Maii Armeniaca, Ol. XXXII, 2. Abderae restitutionem assignantia. Cf. Herod. I, 168. et C. F. Hermann. „Versuch einer urkundlichen Geschichte von Abdera" in Zimmermann. Diariis Scholast. ann. 1830. n. 63 sq. Causa, cur eadem bis legantur (vid. ann. α.), in promtu est, negligentia editoris Mori, Scaligeri mentem non assecuti, qui quum in Thesauri editione priore non exhibuisset nisi verba Ἄβδηρα ὑπὸ Τηΐων ἐκτίσθη, post melius duxit, Solini verba, graece translata apponere margini, ut in editione nova locum illorum occuparent. Morus autem quum religioni sibi duxisse videatur, quicquam delere, eadem bis edidit. Vid. Pomp. Mel. II, 2, 108., Scymn. Chii perieg. 668., Steph. Byz. s. v. Ἄβδηρα, Philostr. Heroic. III, 1., Icon. II, 35., Hygin. II, 30. Conditorem Timesiam Clazomenium, non, ut Herod. I, 168. Timesium appellant Plut. de amic. multit. (VII. p. 296, Hutten. p. 374 Wyttenb.) et Aelian. V. H. XII, 9. Cf. Schultz. Spec. II. p. 32. n. 71., qui Teios, in Thraciam profectos, Abderam ibi condidisse et primum urbis conditorem Timesium s. Timesiam ut heroem coluisse Ol. LIX, 4. ex Herod. l. l. et Strabon. XIV. p. 644 colligit.

102) κατά τινας τὸ πρῶτον ἔτος] Auctor Diod. ap. Euseb. Scalig. χρον. λογ. p. 35, 36., auspicia tyrannidis Cypseli Heraclidarum reditu annis CCCCXLVII. posteriora fuisse. Iam vero Hieron. chron. lib. II. p. 98. Aletem, qui primus fuit ex prosapia Corinthiorum Heraclidarum, anno Abrahami DCCCCXVI. assignat, a quo usque ad Ol. l. l. anni numerantur CCCXXVI. Hos si de annis CCCCXLVII. deduxeris, restabit Ol. XXX, 1. annus, eumque Cypseli tyrannidis primum fuisse diserte tradit Hieron. chron. lib. II. p. 121. Euseb. Scal. p. 157 eum Ol. XXX, 3. assignat, videlicet secundum Apollodori calculos, ex quibus a reditu Heraclidarum usque ad Ol. I. anni computantur CCCXXVIII., cf. Diod. prooem. 5. Apollod. fragm. ed. Heyn. p. 1084. Clem. Alexandr. Strom. I. p. 145. v. 25., Porphyr. ap. Euseb. χρον. λογ. p. 28. v. 42 sqq., ubi tamen in annis ab Heraclidarum reditu ad Ionicam usque migrationem numeratis non ς´ sed ξ´ legendum est. Hunc calculum secutus est Petav. Doctr. Tempp. lib. XIII. p. 302. Exercuit autem tyrannidem Cypselus secundum Hieron. l. l. XXVIII. annos, sed sec. Herod. V, 92. et Aristot. Pol. V, 12. XXX. annos.

103) Τὴν πόλιν Ἄβδηρα] Scaliger transtulit verba Solini p. 35, quae ascripsimus ad Olymp. nostrae init. s. n. 101.

104) Κατὰ τὴν Σικελίαν] Duo extant de Selinunte condita veterum testimonia, quorum neutrum Scaliger amplexus esse videtur. Thucyd. enim (lib. VI, 4.) tradit, Megarenses, duce Hyblone, rege Siculo, condidisse Megara Hyblaea, indeque CCXLV. annis post a Gelone, Syracusarum tyranno, motos esse. Atqui Gelo, ut infra dicetur ad Ol. LXXII, 2, teste Diodoro XI, 38. Syracusas occupat Ol. LXXIII, 4. Si igitur annos CCXLV. retro supputaveris, Hyblaea Megarensia condita esse invenies Ol. XII, 3. Quum vero Thucyd. l. l. C. annos intercessisse inter Hyblaeorum et Selinuntis initia tradat, ex Thucydidis calculo Selinus condita est Ol. XXXVII, 3. Ad alium annum nos ducit Diodorus l. XIII. cp. 59, qui Selinuntem Ol. XCII, 4. (coll. Xen. Hell. I, 1, 27) ab Hannibale Carthaginiensi eversam esse testatur, postquam CCXLII. annos steterit. Cluver. Sicil. antiqu. p. 227 in Diodori verbis τριάκοντα pro τεσσαράκοντα (σλβ´ loco σμβ´) scribendum censet, ita ut Selinus Ol. $\frac{\text{XXXIV, 4.}}{\text{XXXV, 1.}}$ condita videatur. Ubi vero ab Ol. XCII, 4 annos CCXLII. retro numeraveris, urbis illius primordia ex Diodori sententia in Ol. XXXII, 2. incidere intelliges. Quod autem Scaliger Selinuntem Ol. XXXI, 3. conditam apposuit, nullo testimonio veterum nititur, ita ut dubitari vix queat, Scaligerum Diodori sententiam significare voluisse, sed aberrante manu illa verba in Ol. XXXI, 3. irrepsisse.

105) Κρατῖνος] African. ap. Euseb. χρον. λογ. p. 40, ubi tamen πυγμὴν excidit in textu Scaligeri. Hoc loco Scaliger reposuit, et confirmat cod. Armen. ap. Aucher. P. I. p. 287. Nunc tamen Anecdota graeca Parisiens. Crameri Vol. II. p. 143. fidem faciunt, πυγμὴν legi etiam in Excerptis Casaubonianis, nec in textu Scalig. Euseb. excidisse, nisi errore typothetae. Comaeus ille haud dubie fuit Cratini frater, Megarensis et ipse. cf. Kraus. Olymp. p. 312.

106) Πιττακὸς] Suidas s. v. Πιττακός· οὗτος γέγονε κατὰ τὴν λβ´ Ὀλυμπιάδα. Quod vero Suidas γέγονε scripsit, indicare videtur tempus natale Pittaci: floruit enim Pittacus sec. Diogenem, Cyrillum Ol. XLII., ubi conferas nostra ad annum I. et cum Phrynone Olympionica certamen singulare iniit Ol. XXXVI. Pittacus enim Mitylenaeus, de VII. sapientibus unus (Paus. X, 24, 1, Diog. vit. Pitt. I. p. 19. Men., Euseb. Hieron. chron. lib. II. p. 124) quum adversus Lesbios, Achillitidem regionem (Diogen.) et Sigeum (Suid.) vel universam Troadem (cf. Strab. XIII. p. 413) sibi tanquam iure hereditario vindicantes, bellum gererent Athe-

νίου ἀγωνιζομένου λυθὲν τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ ἥττης (λύπης) ἐγένετο, ἐξ οὗ καὶ νόμος ἐτέθη γυμνοὺς τρέχειν[107]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΛΓ. Γύγις Λάκων στάδιον[108]). Προςετέθη παγκράτιον. Λύγδαμις Συρακούσιος πρῶτος παγκράτιον ἐνίκησε κατά τινας, ὃς στάδιον ἐξεμέτρησε τοῖς ἑαυ- p. 315 b.
τοῦ ποσὶ, μόνος ἑξακοσίας παραθέσεις ποιησάμενος. προςετέθη καὶ . . . . . καὶ ἐνίκα Κραξυλίδας Θεσσαλός[109]).

α. Πείσανδρος Πείσωνος, καὶ Ἀρισταίχμας, Καμειρεὺς ἀπὸ Ῥόδου, ὁ τὰ Ἡράκλεια ποιήσας ἐν βιβλίοις β', ἐγνωρίζετο[110]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΛΔ. Στόμας* Ἀθηναῖος στάδιον[111]). Ἀνολυμπιάς. ταύτην Ὀλυμπιάδα ἀντὶ Ἠλείων ἔθεσαν Πισαῖοι, καὶ βασιλεὺς αὐτῶν Πανταλέων ὁ Ὀμφαλίωνος[112]).

α.

---

nienses, illis praefectus et altercante utrinque fortuna cum Phrynone pancratiasta, Atheniensium duce, pugna singulari congressus, adversarium reti, quod clypeo obduxerat, cepit et trucidavit. Bellum ne sic quidem finitum Periander, a Mitylenaeis et Atheniensibus arbiter delectus, non armis, sed decreto diremit, regionemque Achillitidem et Sigeum Atheniensibus adiudicavit. Cf. Strab. XIII. p. 412 sqq. et Diog. Laert. l. l. Memorant Pittaci stratagema Herod. I, 81, Plut. de malign. Herod. p. 858 A. B., Schol. ad Aesch. Eum. v. 336, Polyaen. Strateg. I. cp. 25., Festus s. v. retiarius. Cf. Hieronym. l. l., Syncell. p. 191 ed. Venet. = p. 239 ed. Paris., Diod. Excerptt. Vatic. p. 21, p. 25, v. 17. p. 24, v. 26, Exc. de virtut. et vit. p. 82 ed. Dindorf. Isid. lib. V. cp. 6. Phrynonem *Σιγείου ἄρχοντα* appellat.

107) *Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμονίου*] Refert hic Scaliger Schol. Hom. Min. et auctoris Etymol. Magni p. 220 ed. Lips. sententiam, quorum ille ad Il. XXIII. v. 683. *πρῶτον*, ait, *ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς περίζωμα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα καὶ οὕτως ἀγωνίζεσθαι. Κατὰ δὲ τὴν τριακοστὴν καὶ δευτέραν Ὀλυμπιάδα Ὀρσίππου τοῦ Λακεδαιμονίου λυθὲν ἀγωνιζομένου τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ ἥττης ἐγένετο, ἐξ οὗ νόμος ἐτέθη γυμνοὺς τρέχειν.* Sed de his verbis iam satis dictum est ad Ol. XV. s. n. 40.

108) *Γύγις*] African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* I. p. 40. Text. Armen. secundum Aucheri versionem *Γῖλις* indicat, sed Maii versio praebet *Γύγις*.

109) *προςετέθη παγκράτιον*] Verba sunt Africani ap. Euseb. *χρον. λογ.* I. p. 40, ubi tamen pro *μόνας*, quod legitur, Scaliger recte restituit *μόνος*. Quod deinde *ἑξακοσίους* scriptum est, ex errore typographi ortum videtur: *ἑξακοσίας* enim praebent Exc. Casaub. sec. Crameri Anecd. graec. Paris. II. p. 143 et Scaliger ipse in Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 427 fin. Lacunam post *προςετέθη καὶ* verbo *κέλης* esse explendam, docere poterat Scaligerum Paus. V, 8, 3. (cf. nos ad Ol. XXVIII. s. n. 85.) et nunc docuit nos text. Armen. apud Auch. l. l. Sed quod apud African. *Πραξίλλας* legitur pro *Κραξίλλας* (sic quoque cod. Armen. ap. Auch. I. p. 287.) et in nostro libro *Κραξυλίδας* pro *Κραυξίδας*, quam nominis formam Pausaniae auctoritate (V, 8, 3.) ipse in Nott. ad Graec. Euseb. p. 427 a. comprobat Scaliger, typothetae debetur. Eundem Comis Natal. Mythol. p. 421. Creusidam appellat. De Lygdamide, cuius nomen cod. Armen. ap. Auch. l. l. exhibet Yggamis, convenit cum Africano Pausaniae V, 8, 3., cuius sententiam a Scaligero male intellectam et ad Ol. XXVIII. falso relatam supra indicavimus: ex quo errore etiam illud *κατά τινας* ortum ducit. Extat de Lygdamide etiam historiola quaedam ap. Solin. p. 12.

110) *Πείσανδρος*] Testis Suidas s. v. *Πείσανδρος· Πείσωνος καὶ Ἀρισταίχμας, Καμειραῖος ἀπὸ Ῥόδου* (vid. Steph. Byz. s. v. *Κάμιρος*) *. . . . καί τινες μὲν αὐτὸν Εὐμόλπου τοῦ ποιητοῦ σύγχρονον καὶ ἐρώμενον ἱστοροῦσι, τινὲς δὲ καὶ Ἡσιόδου πρεσβύτερον· οἱ δὲ κατὰ τὴν λγ' Ὀλυμπιάδα τάττουσιν. . . . ποιήματα δὲ αὐτοῦ Ἡράκλεια ἐν βιβλίοις β'.* Clemens Al. Strom. VI. p. 628 B. *Πίσανδρον* nominat. Cf. F. H. Clint. F. H. Vol. I. Oxon. a. 1834. 4. p. 199. ad a. Chr. 647. De alio Pisandro, iuniore poëta, qui Severi temporibus vixit, e Laranda oriundo, vid. Zosim. Hist. V, 29 atque Suid. s. vv. *Πείσανδρος* alt. lemm. et *Νέστωρ* coll. Steph. Byz. s. v. *Λάρανδα*. Agunt de hoc altero Pisandro Heyn. Exc. I. ad Virg. Aen. lib. II. et Muell. Dorr. II, 475 seq. De Pisandro Macrobii Sat. V, 2., impostore, vid. Prolegg.

111) *Στόμας* Ἀθηναῖος*] Testis African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* I. p. 40. Quo loco non minus quam nostro Scaliger ad nomen *Στόμας* asteriscum apposuit, lacunae signum. Sed nihil deesse text. Armen. P. I. p. 287. Auch. evincit, ubi tamen Stomus legitur.

112) *Ἀνολυμπιάς. Ταύτην τὴν Ὀλ.*] Verba sunt Pausan. VI, 22, 2. Pantaleontem Naevius Pisatilem (Pisâ alitem: Both. fragm. tragicc. in Poët. scen. lat. T. V, 1. p. 95 seq. not. 24.) nominat ap. Festum s. v. Pisatilem. Cf. de eo etiam Strab. VIII, 4, 10.

β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΛΕ. *Σφαῖρος Λάκων στάδιον. καὶ δίαυλον Κύλων Ἀθηναῖος ὁ ἐπιθέμενος τυραννίδι*[113]).
α. *ΔΑΜΑΣΙΑΣ*[114]). *Θαλῆς ἐγεννήθη*[115]). *Σφαῖρος Λακεδαιμόνιος ἐγνωρίζετο*[116]). *Τυρταῖος Ἀρχιμβρότου Λάκων ἐλεγειοποιὸς ἐγνωρίζετο*[117]).

---

113) *Σφαῖρος Λακεδαιμόνιος*] Testatur totidem verbis Afric. ap. Euseb. *χρον. λογ.* I. p. 40. At cod. Armen. victorem appellat *Σφαίρων*. Rectius tamen sese habere videtur *Σφαῖρος*, quam scripturam etiam confirmat Dionys. R. A. III. p. 177, simul tradens, secundo anno huius Olympiadis Romae regnum ad Ancum Marcium pervenisse: id quod miramur Scaligerum non enotasse. De Cylone tyrannidem affectante vid. Herod. V, 71 et Thucyd. I, 126 coll. not. nostr. ad Ol. XLV, 1. n. 141.

114) *Δαμασίας*] Auctor Dionys. Ant. Rom. lib. III. p. 117, qui *παραλαμβάνει*, ait, *τὴν ἀρχὴν ὁ Μάρκιος ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Σφαῖρος ὁ Λακεδαιμόνιος, καθ' ὃν χρόνον Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν εἶχε Δαμασίας*. Quibus Dionysii verbis Damasiae praeturam in Ol. XXXV, 2 conferri putat Sigonius. Verum Meursius de Arch. Athen. lib. I. cap. 11. p. 40 Sigonium erroris insimulans, scilicet ne Anonymum suum falsum statueret, Dionysii verba illud sibi velle ait, venisse in regni successionem Ancum Marcium anno II. Olymp. XXXV., qua stadio vicerit Sphaerus Lacedaemonius, quum Athenas archon gubernaret Damasias: quod nimirum anno praecedente sive primo Olymp. XXXV. factum esse. Sic Dionysium etiam Scaligerum explicuisse, testis est haec Olympiadum descriptio. Sed unice vera est Sigonii interpretatio, confirmata illa altero eiusdem scriptoris loco lib. III. p. 194, 9, nostro vere genuino, ubi Scaligerum (ad Ol. XLI, 2) cum Meursio eam ipsam, quam hic spretam vides, explicandi rationem amplexum esse iure mireris. Cf. Corsin. Diss. Agon. II. p. 47.

Huic Damasiae I., qui e Dionysii calculis Ol. XXXV, 2 summo Athenis magistratu functus est, omnino *ὁμώνυμος* Damasias II. in fastis Atticis occurrit eo anno, quo certamen Pythicum institutum est coronarium. Tradit Pindari Scholiasta in Pyth. argum. ed. Boeckh. tom. II. p. 298. init., qui *περιεγένετο δέ*, inquit, *αἰτῶν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι μὲν Σιμωνίδου, Δελφοῖς δὲ Γυλίδα . . . . μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ καταγωνισαμένων τῶν μετὰ τοῦ Ἱππίου τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Κιρραίων, ἐπὶ μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος Δαμασίου, ἐν δὲ Δελφοῖς Διοδώρου, ὕστερον καὶ στεφανίτην ἔθεντο κατορθώσαντες*. Atque iterum eadem pagina extr., ubi alius Scholiasta pro Simonide Simonem, et pro Damasia Damasidem appellans, *τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα*, ait, *διέθηκεν Εὐρύλοχος ὁ Θεσσαλὸς σὺν τοῖς Ἀμφικτύοσι . . . . ἐπὶ ἄρχοντος Δελφοῖς μὲν Γυλίδα, Ἀθήνησι δὲ Σίμωνος. καὶ . . . ἔθετο χρηματικὸν ἀγῶνα. . . καὶ ἔτει ἕκτῳ μετὰ τὴν τῆς Κίρρας ἅλωσιν ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην, ἐπὶ Διοδώρου μὲν ἄρχοντος Δελφοῖς, Ἀθήνησι δὲ Δαμάσιδος*. Denique Damasia archonte Thaleti cum sex caeteris Graeciae viris Sapientis nomen inditum esse refert Demetrius Phalereus ap. Diog. Laërt. I, 22 his verbis: *ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ*. Quo tamen loco quum dubitari queat, Damasiasne I., an II., aut, si Dis placuerit, etiam tertius quidam intelligendus sit, dubitationem tollere studuit Cors. F. A. Tom. III. p. 84 seq. Diss. Agon. II. p. 46, qui ex equorum quadrigarumque certamine, quod ludis Pythicis Ol. XLVIII, 3 teste Paus. X, 7, 3. ab Amphictyonibus additum sit, nec non ex morte, quam Periander, unus et ipse e VII Sapientibus, Sosicrate ap. Laërt. I, 95 auctore, Ol. XLVIII, 4 obierit, Olympiadis XLVIII. anno 3. et Damasiam II. Athenis archontem fuisse, et coronarium Pythiis certamen institutum, et vero septem Graeciae viros Sapientium nomine condecoratos esse colligit. Atque huic sententiae adhaerentem video etiam Car. Odofr. Mueller. in C. A. Böttiger. Amalth. tom. I. a. 1820. 8. p. 126. Verum, obsecro, qualis tandem haec est argumentatio? Egone propterea, quod Sosicrates Periandrum Ol. XLVIII, 4. mortem obiisse scribit, quodque is unus de VII illis, quos Damasia archonte sapientes appellatos esse testatur Demetrius, fuisse fertur, Damasiam alterum Ol. XLVIII, 3, spreto nimirum perspicuo marmoris Oxoniensis testimonio, assignabo? Porro Corsinus nos ablegat ad Pausaniam, quippe qui ipsius patrocinetur sententiae. Verum Pausanias l. l. non *ἀγῶνα στεφανίτην*, sed *αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν* Ol. XLVIII, 3 ab Amphictyonibus *τοῖς κιθαρῳδίας ἄθλοις* additum testatur: coronarium certamen secunda Pythiade, non, uti Clint. F. H. II. p 195 seq. vult, altera Pythiorum celebratione, summotis praemiis institutum esse statim post addens. Cui nitidissimo Pausaniae testimonio ubi alterum adiunxeris non minus perspicuum Marm. Par. ep. 39., quo certamen illud Pythicum coronarium Ol. XLIX, 3 institutum esse diserte traditur: tantum non necessaria mathematicorum ratione Olympiad. XLIX, 3 Pythiadi secundae respondere colligetur: ita ut Pythiades ab Olymp. XLVIII, 3 numerari coeptas esse appareat, denuoque falli videatur Corsinus, qui opinioni, semel adoptatae, constanter inhaerens Diss. Agon. l. l. F. A. III. p. 86 Pythiades ab Olymp. XLIX, 3 computatas vult. Sed ad Marmor Parium redeo, cuius testimonium quum ab aliis ad aliam tuendam sententiam adhibitum sit, paucis explanandum est. Henr. Dodwell. de vet. Gr. et Rom. cycl. Oxon. a. 1701. 4. p. 236 cum Augusto Boeckhio ep. 39. sic scribit: *ἀφ' οὗ στεφανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΙΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου*, annis nimirum 318. ante epocham chronici Oxoniensis, quae incidit in Ol. CXXIX, 1 = a. a. Chr. 264. Additis ergo numero

β.
γ.
δ.

263., non 264. annorum (vid. Lud. Ideler. enchirid. chronol. tom. I. p. 382), annis 318.: annus evadit a. Chr. n. 581., in quem ineuntem incidit posterius, quo ipso celebrabantur ludi Pythici, semestre anni III. Olymp. XLIX. Vides igitur de coronis Pythiis Ol. XLIX, 3 dari coeptis inter se consentire Pausaniam et Marmoris auctorem. Verum Clintonus F. H. II. p. 195, qui in Chron. Pario, praeeunte Chandlero, hos legit numeros: *ΗΗΗΔ(Δ)* II. i. e. 322., Damasiae II. praeturam certaminisque coronarii institutionem Ol. XLVIII, 3 assignat, anno post bellum Cirrhaeum Simonide s. Simone archonte finitum V. expleto vel VI. inchoato, Pythiades vero inde ab Ol. XLIX, 3 i. e. a secunda ludorum celebratione (Paus. et Euseb. testibb.) computatas esse arbitratur. p. 195 seq. Quam sententiam Clintonus, nixus suis in Chronico Pario numeris, nixus Eusebio, nixus denique Pindari Scholiastis etiam in Supplem. Vol. III., a. 1830. 4. Oxonii editi, p. 612 —615. tuetur, hoc tantum modo concedens Boeckhio Expl. Pind. tom. II. P. 2, p. 206., e Pausaniae calculis rem aliter se habere. Cf. eiusd. Vol. I. a. 1834. Oxon. 4. pp. 228 et 230 ad Ol. XLVIII, 3 et XLIX, 3. Assignans igitur Ol. XLVIII, 3, quae in Ol. XLIX, 3, incidunt, ac rursus Ol. XLIX, 3, quae ad Ol. XLVIII, 3 pertinent, tribuens confudit doctissimus chronologus Pythiadum initium cum certaminis coronarii institutione. Atque haec vetus confusio est. Reperio enim eam adeo apud Pindari Scholiastas, quorum verba non impune contemsit Boeckhius. Uterque enim aut potius communis utriusque auctor de intervallo quodam verba facturus, eius intervalli non, uti sibi persuasit cum Dodwello l. l. p. 236. Boeckhius l. l., annorum turbavit numerum, sed terminum alterum perperam definivit. Quum enim prorsus singulare animadvertere vellet hoc, inter institutum ab Eurylocho Thessalo Pythiorum *ἀγῶνα χρηματίτην* et proximam huius certaminis celebrationem non, uti inter binas quasque caeteras ludorum commissiones, quadriennium, sed quinquennium (*μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ*) intercessisse: alteram illam Pythiorum celebrationem pro altera Pythiade interpretans, tribuit sexto post inductos ludos pecuniarios anno, quod tribuendum erat secundae, quae quidem numerata est, Pythiadi. Atque hoc ipsum quinquennale intervallum ubi ita, uti diximus, figitur, licet obloquente Boeckhio, rectissime se habet. Nimirum *ὁ ἀγὼν*, ut ait Marm. Par. auctor ep. 38., ... *ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων, ἔτη ΗΗΗΔΔΠΙΙ.* i. e. annis 327. ante chronici epocham. Computatis igitur annis 327. cum 263: fiet annus a. Chr. 590., cuius prius semestre posteriori Olymp. XLVII, 2, non 3, uti vult Boeckh., respondet. Hinc sequitur, ludos Pythicos ab Eurylocho positos excipi a constanti Boeckhio monstrata reliquarum Pythiadum regula, sive Ol. XLVII, 2, sive Ol. XLVII, 3 priori dimidio, quocum a. a. Chr. 590. posterius semestre congruit, celebrati sunt. Sed illud mihi videtur verisimilius. Numerantur autem inde ab Ol. XLVII, 2 usque ad Pythiadum initium Ol. XLVIII, 3 anni quinque.

Ut igitur, quae ad Pythicorum ludorum initia et progressus pertinent, breviter complectamur: certamine citharoedorum musico (errat enim Marm. Par. auctor, *γυμνικὸς* scribens ep. 38.) pecuniario, e spoliis, quae bello Cirrhaeo facta erant, Ol. XLVII, 2. Simonide s. Simone archonte instituto, Olympias XLVIII, 3, auloedorum tibicinumque certamine citharoedico addito, indictisque tum iisdem, qui in Olympiis ponebantur, praeter quadrigarum commissiones, tum puerorum quoque et longiori et repetito cursu certantium agonibus, omnium prima Pythias censeri vocarique solita est, pentaëteridis quoque lege tum demum, ni fallor, ab Amphictyonibus constituta. Cf. Paus. X, 7, 3 et Pind. Scholl. Secunda deinde Pythiade Ol. XLIX, 3 auloedorum certamine abolito abrogatisque praemiis, coronarium dumtaxat ut esset certamen sancitum est, archonte Athenis Damasia II. Quo ipso anno etiam VII sapientes sec. Demetrium Phalereum et Eusebium appellati sunt. Neque enim moramur Sosicratem, Periandrum Ol. XLVIII, 4 defunctum esse tradentem, quandoquidem eum e numero illorum virorum diserte expungit Suidas s. v. *Περίανδρος*, eoque reiecto alii alium substituunt. Haec usque ad laudata Marm. Oxon. verba ante hos fere quatuor annos scripsi, priusquam ullam Boeckhianae de Pythiadum initio disquisitionis notitiam contraxeram.

115) *Θαλῆς*] Testis Apollodorus in Chronicis ap. Diog. I, 37 seq., Thaletem Olymp. XXXV, 1 natum esse. Consentiunt cum Apollodoro Cyrillus adv. Iul. I. p. 12 D., Hieronymus, Suidas s. v. *Θαλῆς* prior. lemm. Nec multum abludunt Mai Armeniaca p. 327 ad Olymp. XXXV, 3. Soli Sosicratis ap. Diog. I, 38 calculi tota eum Olympiade iuniorem faciunt. In Phlegontis vero testimonio ap. Suid. l. l., quo Graecorum philosophorum princeps Olymp. VII. floruisse traditur, numerus ζ' manifesto corruptus est, in ν' ille, ni fallor, e Tatian. or. adv. Gr. p. 141 et Clem. Alex. Strom. I, p. 302 A; 332 B. commutandus. Extendit vitam secundum Hieronymum et Sosicratem usque ad Olymp. LVIII., qui numeri etiam in Armeniaco Eusebii textu pro XLVIII. restituendi videntur. Cf. H. Ritter. Hist. phil. Ion. pag. 6 seq.

116) *Σφαῖρος*] Sphaerus Lacedaemonius auctor nullus fuit. De Sphaero Borysthenita, qui C. fere Olympiadibus post Olympiadem hanc XXXV. inclaruit, vid. Diog. Laërt. VII, 177 seq. coll. Io. Ger. Voss. de Hist. Gr. ed. Lugd. Bat. a. 1651. 4. lib. I. cap. 16. p. 104. Sine dubio Scaliger, cum primum a. 1606. Lugd. Bat. Temporum Thesaurum ederet, huic anno haec inscripserat verba: *Τυρταῖος Λακεδαιμόνιος ἐγνωρίζετο*, quae typotheta, aberrantibus ad stadionicae nomen oculis, in *Σφαῖρος Λακ. ἐγν.* corrupit. Cf. not. 9. et not. 101. Sero V. D. turpissimum mendum animadvertit, quod correcturus hanc margini exempli sui ampliorem paullo appinxit notulam: „*Τυρταῖος Ἀρχιμβρότου Λάκων ἐλεγειοποιὸς ἐγνωρίζετο.*" quam priori illi cum deberet substituere, imprudens adiunxit Morus.

ΟΛ. ΛϚ. Φρύνων Ἀθηναῖος στάδιον, ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνῃρέθη [118]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΛΖ. Εὐρυκλείδης Λάκων στάδιον. δρόμου καὶ πάλης ἐτέθη παισὶν ἆθλα. Ἱπποσθένης Λακεδαιμόνιος παῖς πρῶτος πάλῃ. ὃς διαλιπὼν μίαν, τὰς ἑξῆς πέντε Ὀλυμπιάδας ἀνδρῶν πάλην ἐνίκησε. Πολυνείκης Ἠλεῖος παῖς πρῶτος δρόμῳ [119]).

α. Στησίχορος λυρικὸς ἐγεννήθη [120]). Μίμνερμος Λιγυρτιάδου Κολοφώνιος, ἢ Σμυρναῖος, ἢ Ἀστυπαλαιεὺς, ὁ ἐπίκλην Λιγυαστάδης ἐλεγειοποιὸς ἐγνωρίζετο [121]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΛΗ. Ὀλυνθεὺς Λάκων στάδιον. προσετέθη παίδων πένταθλος. καὶ ἠγωνίσαντο τότε μόνον, ἐνίκα Εὐτελίδας Λακεδαιμόνιος παῖς [122]).

α.

β.

γ.

δ.

---

117) *Τυρταῖος Ἀρχιμβρότου*] Suidae verba sunt s. v. *Τυρταῖος, Ἀρχιμβρότου, Λάκων* (*θέσει, φύσει* vero Atheniensis ex Aphidnis Atticis: v. Plat. de Legg. I. p. 629 A. coll. Strab. VIII, 4, 10), *ἢ Μιλήσιος, ἐλεγειοποιὸς καὶ αὐλητής· ὃν λόγος τοῖς μέλεσι χρησάμενον παροτρῦναι Λακεδαιμονίους, καὶ πολεμοῦντας Μεσσηνίοις ταύτῃ ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι. ἐστὶ δὲ παλαίτατος, σύγχρονος τοῖς ἑπτὰ κληθεῖσι σοφοῖς ἢ καὶ παλαίτερος· ἤκμαζε γοῦν κατὰ τὴν λε' Ὀλυμπιάδα.* Vid. veterum de Tyrtaei aetate testimonia expendentem Nic. Bach. in Callin. Ephes. Tyrt. Aphidn. Asii Samii reliquiis. Lips. a. 1831. 8. p. 46 seq. nott. 14. 15. 16., qui, quibus Paus. IV, 15, 1 bellum Messenicum secundum, Ol. XXIII, 4 et Ol. XXVIII, 1, iisdem Tyrtaei *ἀκμὴν* circumscribit terminis. Hanc qui Ol. XXXV. collocant, cum flore Tyrtaei mortem poëtae confudisse videntur. Caeterum *Τύρταιος* forma Attica est, Platoni probata, *Τυρταῖος* vulgata et fortasse Dorica; vid. Bach. l. l. p. 37 not. 1. Cf. Prolegg.

118) *Φρύνων*] African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. De certamine singulari Phrynonis cum Pittaco, quo occubuit Phrynon, diximus ad Ol. XXXII, 1 s. n. 106.

119) *Εὐρυκλείδης*] Testis Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40 de Euryclide, qui tamen et in Graeco et in Armen. textu *Εὐρυκλείδας* appellatur forma magis Dorica; de Hipposthene et Polynice praeter eundem Afric. l. l. etiam Paus. V, 8, 3, qui de priori illo etiam in lib. III, 15, 5, et III, 13, 7 consulendus est.

120) *Στησίχορος*] Auctor Suidas s. v. *Στησίχορος Εὐφόρβου ἢ Εὐφήμου, ὡς δὲ ἄλλοι Εὐκλείδου, ἢ Ὑέτους, ἢ* (cf. Welcker. in Iahn. Annall. Paedag. et Philol. tom. IX. fasc. II. p. 138 seqq.) *Ἡσιόδου· καὶ πόλεως Ἱμέρας τῆς Σικελίας. οἱ δὲ ἀπὸ Ματαυρίας τῆς ἐν Ἰταλίᾳ . . . τοῖς δὲ χρόνοις ἦν νεώτερος Ἀλκμᾶνος τοῦ λυρικοῦ, ἐπὶ τῆς λζ' Ὀλυμπιάδος γεγονώς. ἐτελεύτησε δὲ ἐπὶ τῆς νς'. ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος κιθαρωδίᾳ χορὸν ἔστησεν, ἐπεί τοι πρότερον Τισίας ἐκαλεῖτο.* Cyrill. adv. Iul. I. p. 12 D. E. et Hieronymus Stesichorum Olymp. XLII, 1, Mai vero Armeniaca Ol. XLIII, 1 inclaruisse testantur. Mortem eius Hieronymus Ol. LV, 1, Eusebius autem Armen. e Syncell. p. 239 C. Ol. LV, 3 assignat. Lucian. Macrob. 25. Tom. III. p. 228 Reitz. Stesichoro 85. vitae annos tribuit. Hinc, qui fragmenta Stesichori congessit, Ottom. Fr. Kleinius Berol. a. 1828. 8. p. 7. Stesichorum Ol. XXXIII, 4 natum, Ol. XLII, 1 cognitum, Ol. LV, 1 mortuum ponit. Cf. Welcker. l. l., ubi censuram libri Kleiniani agit, p. 134. De Stesichoro, qui bis in Marm. Par. ep. 51. et ep. 74. occurrit, discedit a Kleinio p. 7. Welcker. l. l. — Caeterum Tisiae nomen in Stesichorum eadem lege deflexum est, qua Simonides Melicertis, Tyrtamus Theophrasti, Ioannes Patriarcha Chrysostomi cognomen accepit. Vid. Fr. G. Sturz. de nomin. Gr. Prol. VII. p. 6 coll. Welcker. l. l. p. 150.

121) *Μίμνερμος*] Testis Suid. s. v. *Μίμνερμος*. Pro *Λιγυαστάδης* Nic. Bach. Mimnerm. Reliqq. a. 1826. Lips. 8. p. 7 coll. not. 7. scribit *Λιγυστιάδης*, quod cognomen ad artem poëticam sive musicam, quam aut ipse aut universa eius familia exercuerit, referendum esse perspexit idem Vir Doctus in Call. Tyrt. Asii Reliqq. p. 5. Cf. de hoc more apud veteres nomina parentum e filiorum virtutibus confingendi Welcker ad. Schwenck. p. 330 seq., item in Mus. Rhen. a. 1833. p. 396.

122) *Ὀλυνθεὺς Λάκων*] Verba sunt Africani ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 40, ubi quod et in Graeco et in Armen. textu legitur *Δευτελίδας*, recte in δ' *Εὐτελίδας* correxisse videtur Scaliger. Cf. eius Nott. in Graec. Euseb. p. 427 b. Pausanias, qui correctionis fundus est, non solum Eutelidae victoriam quinquertio puero-

ΟΛ. ΛΘ. *Ῥίψολκος Λάκων στάδιον*[123].

α. ΔΡΑΚΩΝ[124]. *Δράκων τοὺς νόμους ἔθετο τοῖς Ἀθηναίοις γηραιὸς ὤν*[124a].

Περίανδρος, Κυψέλου πατρὸς ἀποθανόντος, τὴν Κορινθίαν ἀρχὴν διεδέξατο[125].

β.

γ. p. 316 a.

δ.

ΟΛ. Μ. *Ὀλυνθεὺς στάδιον τὸ δεύτερον*[126].

α. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐγεννήθη[127].

β.

---

rum partam, sed etiam alteram ex palaestra puerili ab eodem eadem Olympiade reportatam commemorat, simul pervetustam eius effigiem Olympiae extructam fuisse affirmans.

123) *Ῥίψολκος*] Sic huius Olympiadis victorem appellat African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. *Ῥιψόλαος* scribitur in cod. Arm. et in Cram. Anecd. Gr. Paris. Vol. II. Oxon. a. 1839. 8. p. 144. Neutra scriptura probatur B. G. Niebuhrio in Scriptt. hist. et phil. min. collect. I. p. 216. Od. Mueller. Dorr. II. p. 491. *Ῥίψολκος* commendat.

124) *Δράκων*] Dracontem hoc anno archontem fuisse, et ex eo collegit Scaliger, quod eodem leges Atheniensibus tulisse fertur, et ex Paus. IX, 36, 4.

124a) *Δράκων τοὺς κτλ.*] Haec ad verbum tradit Suid. s. v. *Δράκων* lemm. I. cum Hesych. Miles. s. v. *Δράκων*. Eodem hoc anno Dracontem floruisse, praeeunte Tatian. adv. Graec. p. 140 seq., scribit Clem. Alex. Strom. I. p. 309 B. Consentit Hieronymus, a quo paullulum discedunt Armeniaca, quorum editio Mediolanensis Ol. XXXIX, 4, Veneta autem Ol. XL, 1. Dracontis nomen ascriptum habet. Tzetzes, qui Chil. V, 350 inter Dracontis et Solonis leges (Ol. XLVI, 3) septennium intercessisse prodit, septem Olympiades intelligi voluisse videtur. Sed numeros Diodori ap. Ulp. ad Demosth. or. adv. Timocrat. p. 243 B, quippe qui Dracontem XLVII. annis ante Solonem fuisse indicent, sese recte habere non posse intelligitur. Vid. Clint. F. H. I. p. 213. Cf. de Dracontis *θεσμοῖς*, non *νόμοις* (Ael. V. H. VIII, 10, Etym. M. s. v. *Θεσμοθέται*), praeter Io. Meurs. in Solone et Aeg. Menag. ad Diog. I, 53, inprimis C. F. Schoemann. Antiquitt. iur. publ. Gr. p. 170 seq.

125) *Περίανδρος*] Quodsi Periander e Sosicratis ap. Diog. I, 95 calculis, quos secutus est Scaliger, Ol. XLVIII, 4 mortem obiit, anno tyrannidis aut quadragesimo aut quadragesimo primo — hoc enim dubium relinquitur in Laertii verbis I, 98 *ἐτυράννησεν ἔτη τετταράκοντα* — gubernacula dominationis Ol. XXXIX, 1 aut Ol. XXXVIII, 4 acceperit necesse est. Diogenes I, 98 eum floruisse scribit Olymp. XXXVIII, accinente Suida s. v. *Περίανδρος*. Hieronymus vero Periandri auspicia Ol. XXXVIII, 1 assignat: a quo unius anni prochronismo discrepant Maii Armeniaca. De Aristotelis Rep. V, 12 testimonio, qui Periandro XLIV. imperii annos ascribit, vid. not. nostr. n. 93. coll. Clint. F. H. I. p. 210 ad a. a. Chr. 625.

126) *Ὀλυνθεὺς Λάκων*] Testis African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Perperam cod. Armen. apud Auch. I. p. 289 Olynthus exhibet.

127) *Ξενοφάνης*] Auctor Apollodor. apud Clem. Alex. Strom. I, 301 C. D. (cf. Apollod. fragm. ed. Heyn. p. 1089). *Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα* (*τὴν ν' Ὀλυμπιάδα* legendum esse censet H. Ritter. ap. C. G. Krueger. ad Clint. F. H. II. p. 13) *γινόμενον παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων.* Cum Apollodoro convenit de tempore Xenophanis natali Sexto Empirico advers. Mathem. I, 12. p. 270 Fabr. Ipse tamen Xenophanes alium annum natalem significat apud Diogen. Laërt. IX, 19. (Fr. 7. ap. Th. Bergk. Poëtt. Lyr. Gr. Lips. a. 1843. 8. p. 359), ubi vitae suae vicissitudines enarrans:

> *Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι*, inquit, *καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοὶ*
> *Βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν·*
> *Ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι, πέντε τε πρὸς τοῖς,*
> *εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.*

Numerat igitur a natali suo Olympiades XXIII., ita ut, si Ol. LX, 1, quo anno eum floruisse testatur Laert. IX, 20, disticha illa scripsit, Ol. XXXVII. natus fuerit. Vid. Scal. in Animadvv. p. 96 b. De tempore, quousque vitam protraxerit, cum Apollodoro convenit Pseudo-Orig. in Philosoph. *ἕως Κύρου διέμεινεν*, discrepant autem magnopere ab eius ratione Timaeus ap. Clem. Al. Strom. I. p. 301 C., Athen. II. p. 54 E., Plut. Apophthegm. p. 175 B. C. tom. II. ed. G. Xylandr., qui eum etiam belli Persici temporibus et Hierone imperante vixisse scribunt. Vid. I. M. Schultz. Apparat. Fasc. II. p. 35 seq. not. 77. coll. Clint. F. H. II. ad a. a. Christ. 538. 527. 477. Fuit autem Xenophanes secundum Diog. IX, 18. Dexii s. (v. Lucian. Macrob. cap. 20.) Dexini, secundum Apollodorum (ap. Diog. l. l.) Orthomenis filius. Quo iure eum Hieronym. ad Ol. LX, 4 et Syncell. p. 238 B. praeeunte Eusebio (Mai. Armen. p. 334 ad Ol. LX, 4) tragoediarum scriptorem dicere potuerint, Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 96 b. se nescire profitetur. Lucem huic loco attulit Welck. Epil. ad Tril. Aeschyl. p. 244 de dram. satyr., Xenophani tragoediam tribuens lyricam, qualem scripsisse inprimis Pindarus et Simonides feruntur. Idem poëseos genus in Mus. Rhen. a. 1834. p. 239 seq. etiam Ibyco Rhegino vindicavit Vir Summus. Cf. Prolegg. De flore Xenophanis vid. not. nostr. ad Ol. LX, 1 n. 212.

γ. Αἴσωπος κατά τινας γράφει τὰ αὐτῷ συμβάντα ἐν Δελφοῖς ἐν βιβλίοις β'[128]).
δ.

ΟΛ. ΜΑ. Κλεωνίδας ὁ Θηβαῖος στάδιον. Προςετέθη παίδων πυγμή, καὶ ἐνίκα Φιλήτας παῖς Συβαρίτης[129]).
α. Βάττος Λακεδαιμόνιος Κυρήνην ἐν Λιβύῃ κτίζει[130]).
β. ΗΝΙΟΧΙΔΗΣ[131]). Ταρκύνιος Πρίσκος τὴν Ῥώμης βασιλείαν παρέλαβεν[132]).
γ.
δ.

ΟΛ. ΜΒ. Λυκώτας Λάκων στάδιον[133]).
α. Σαπφὼ καὶ Ἤριννα αἱ ποιήτριαι ἐγνωρίζοντο[134]). Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος Μελάγχρουν τὸν Μιτυληναίων τύραννον ἀνεῖλε[135]).

---

128) *Αἴσωπος κατά τινας*] Nititur Scaliger his Suidae verbis: *Αἴσωπος, Σάμιος, ἢ Σαρδιανός ... διέτριψε δὲ παρὰ Κροίσῳ φιλούμενος, τοῖς χρόνοις πρὸ Πυθαγόρου, ὃς μεσούσης* (sic Scalig. pro *μεσοῖν ἐπὶ* scribendum docet in Animadvv. ad Euseb. p. 92 b. seq.) *τῆς μ' Ὀλυμπιάδος ἔγραψε τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα ἐν βιβλίοις β'.* Eum Diog. I, 72 Ol. LII. floruisse scribit, Plutarchus vero Sol. cap. 28. cum Solone componit. Addit Suidas: *ἐν γὰρ Δελφοῖς (φασί τινες) ἀδίκως ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν, κατὰ τὴν νδ' Ὀλυμπιάδα.* Ac profecto Ol. LIV, 1. Aesopum, fabularum inventorem, a Delphis interfectum esse tradunt Euseb. Mai. Armen. p. 332 et Hieronymus. Scaliger in Animadvv. ad Euseb. p. 92 b., Eusebio non minus, quam Suidae fide derogata, Aesopum a Delphis interfectum esse negat, propterea quod, eodem Suida auctore, Ol. XL, 3 chartis mandatum habuisset quidquid sibi contigisset, dum Delphis esset. Quam discrepantiam ita tollere voluit Corsin. Fast. Att. III. p. 93, ut Aesopum Ol. XL. iterumque Ol. LIV. Delphis commoratum, eumque, postquam priori Olympiade artes atque insidias Pisistrati (v. Phaedr. Fabb. I, 2) fabulae conviciis insectatus esset, Ol. LIV. occisum esse diceret. Cf. Fabric. Bibl. Graec. I. p. 391. Graeculi Alexandri ap. Phot. 252. tradentis *ὡς Αἴσωπος ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Δελφῶν ἀνεβίωσε καὶ συνεμάχει τοῖς Ἕλλησι περὶ Θερμοπύλας* nugae sunt.

129) *Κλεωνίδας*] Cleonidem Thebanum Ol. XLI. stadio vicisse auctor est Dionys. Ant. Rom. III. p. 184. African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40 eum Cleondam appellat, Armen. vero Euseb. cod. ap. Aucher. I. p. 289. Cleonthum. — De Philetae victoria auctor Pausan. V, 8, 3. Sed African. apud Euseb. l. l. eum nominat *Φιλώτας συκαρίτης*, cui *Συβαρίτης* restituit in Nott. ad Graec. Euseb. p. 427 b. Correctionem Scaligeri nunc confirmat cod. Armen.

130) *Βάττος Λακεδαιμόνιος*] Testis Solinus p. 79 init. ed. Basil. a. 1543. (27, 44) *Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant, quod Battus Lacedaemonius Olympiade quinta et quadragesima, rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam quingentesimo octogesimo sexto condidit.* Sed numerum Olympiadum recte sese habere non posse demonstravit Peter Olivarius Valentinus, qui haec adscripsit: *Rursus quando Solinus dicit Cyrenen conditam post Troiam captam anno DLXXXVI., alii ab eo dissident. Nam constat ex Dionysio* (Antiq. Rom. I. p. 57, p. 60, II. p. 78) *post erutum Ilium anno CCCCXXXII. fuisse Romam conditam: ab urbe vero condita usque ad obitum Anci regis anni sunt ferme CXXXVI. Sumtis itaque annis CCCCXXXII. et CXXXVI. fiunt anni DLXVIII.: qui numerus ad Cyrenarum initium referendus est. Solini itaque numerus ad completam urbis illius exstructionem rectus esset, si sic legeretur: Olympiade XLI. rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam DLXVIII.* Sic profecto Scaligerum verba Solini scripta legisse apparet ex eius Animadvv. ad Euseb. p. 73 a. et 83 b. Vid. tamen Salmasii Exercitt. Plin. I. p. 348 extr. et p. 349. Aliter tempus Cyrenes conditae tradit Theophrast. Hist. Plantt. lib. VI, 3, 3, qui Olymp. LXXV. ante Simonidis (Ol. CXVII, 2) praeturam Cyrenes initia ponit. Devenies igitur ad Ol. XLII, 2. Consentit cum Theophrasto Plinius, qui N. H. XIX, 3 a. U. c. CXLIII. Cyrenen conditam scribit, i. e. secundum aeram, quam ille auctor sequitur (vid. Ideleri Chron. II. p. 165), Varronianam a. 611. a. Chr. s. Ol. XLII, 2. Hieronymus Cyrenen in Libya primum conditam ait anno Abraham. 679. (Mai. Armen. a. A. 683. coll. Sync. p. 162 A.), Theraeorum autem Batti auspiciis eo deductam coloniam e diversorum historicorum fide mox Olymp. V, 3 (Mai. Arm. Ol. V, 2 una cum Sync. p. 212 C. pro Theraeis perperam Thebanos nominant), mox, accinentibus Euseb. Arm. Mai. p. 327 et Sync. 213 C., Ol. XXXVII, 2 assignat. — De Batto ipso, qui proprie Aristoteles, cf. Herod. IV, 155, Diod. Excerptt. Vatic. ap. L. Dindorf. vol. III. p. 15 cum A. Maii nota, Schol. Pind. Pyth. IV, 1, Tzetz. Chil. VI, 345.

131) *Ἡνιοχίδης*] Praeturam Athenis eodem anno gessisse Heniochidem, quo gubernacula regni ad Tarquinium Priscum pervenerunt, tradit Dionys. Hal. Antiqu. Rom. III. p. 184.

132) *Ταρκύνιος*] ex auctoritate Dionysii loco modo laudato.

133) *Λυκώτας Λάκων*] testatur African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40.

134) *Σαπφὼ καὶ Ἤριννα*] Scaliger sequitur Suidam s. v. *Σαπφώ, γεγονυῖα κατὰ τὴν μβ' Ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ Ἀλκαῖος ἦν, καὶ Στησίχορος καὶ Πιττακός.* Idem s. v. *Ἤριννα* Erinnam *ὁμόχρονον Σαπφοῖ* appellat. Cf. Prolegg.

135) *Πιττακὸς*] Suidas s. v. *Πιττακός· καὶ τῇ μβ'*, inquit, *Ὀλυμπιάδι Μέλαγχρον τὸν τύραννον*

β.

γ. Ἀναξίμανδρος Μιλήσιος φιλόσοφος ἐγεννήθη[136]).

δ.

ΟΛ. ΜΓ. Κλέων Ἐπιδαύριος στάδιον[137]).

α.

β. Περὶ τῆς Ἀχειλλίτιδος (leg. *Ἀχιλλείτιδος*) *χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν στρατηγῶν συνέθετο μονομαχῆσαι πρὸς Φρύνωνα στρατηγὸν Ἀθηναίων παγκρατιαστὴν Ὀλυμπιονίκην· καὶ δίκτυον ἔχων ὑπὸ τὴν ἀσπίδα λαθραίως περιέλαβε τὸν Φρύνωνα, καὶ κτείνας αὐτὸν περιέσωσε τὸ χωρίον*[138]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΜΔ. Γέλων Λάκων στάδιον[139]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΜΕ. Ἀντικράτης Ἐπιδαύριος στάδιον[140]).

α. Τὸ Κυλώνιον ἄγος[141]). *Καμάρινα κατὰ Σικελίαν ἐκτίσθη*[142]). *Οἱ Φωκαεῖς*

Μιτυλήνης ἀνεῖλε. Scal. ex coniectura, ut videtur, dedit *Μελάγχρουν*, nam Alcaeus (v. A. Matth. Lips. a. 1827. fr. VI. VII. coll. p. 1 et Bentl. Epistt. Phal. vert. Lennep. ed. Lips. p. 168) ap. Hephaest. Enchir. ed. Corn. de Pauw. p. 46, Diogenes Laërt. I, 74, Suidas l. l. *Μέλαγχρον*, Strabon. XIII. p. 412 *Μεγαλάγυρον* nominant. Pro Megalagyro Straboni *Μελάγχρῳ* rescripsit Simson. Chron. ad Ol. XLII, 1. Hac Olympiade floruisse Pittacum tradit una cum Diog. I, 79. Cyrill. adv. Iulian. p. 12 D.

136) *Ἀναξίμανδρος*] Scaliger calculos indicat Apollodori: *ὅς καί φησιν αὐτὸν* (scil. *Ἀναξίμανδρον*) *ἐν τοῖς χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων, καὶ μετ' ὀλίγον τελευτῆσαι, ακμάσαντά πη μάλιστα κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον* ap. Diog. II, 2. Cf. Apollodor. frgm. ap. Heyn. p. 1090. Ergo si Ol. LVIII. anno 2. aetatis sexagesimum quartum aut quintum agebat Anaximander, Ol. XLII, 2 aut 3 natus fuerit. Secundo statuit Schultz l. l. Specim. I. p. 13. not. 32, post mutata sententia Sp. II. p. 26. not. 48 corrigit *ἑξακοστῆς* pro *πεντηκοστῆς* et *ἑβδομήκοντα* pro *ἑξήκοντα*, natumque Anaxim. Ol. XLIX, 4 assignat. Floruit Anaximander secundum Cyrillum adv. Iulian. lib. I. p. 30 init. circa Ol. L., secundum Euseb. Hieronym. Ol. LI, 2. (Mai. Armen. p. 331 Ol. LI, 4.)

137) *Κλέων Ἐπιδαύριος*] Cf. African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40.

138) *Περὶ τῆς Ἀχειλλίτιδος*] Verba sumsit Scaliger ex Diog. Laërt. lib. I, 74, tempus vero certamini assignavit ex Hieronymi calculis chron. lib. II. p. 124, qui Ol. XLIII, 2 (Ol. XLIII, 3 Mai. Armen.) commissum esse tradit. Caeterum cf. nostra ad Ol. XXXII, 1. s. n. 106.

139) *Γέλων Λάκων*] Verba sunt Africani ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40.

140) *Ἀντικράτης Ἐπιδαύριος*] Africanus testatur ap. Euseb. l. l.

141) *Τὸ Κυλώνιον ἄγος*] Nullibi tempus diserte definitur, quo piaculum Cylonium commissum sit, quamvis veteres crebram eius mentionem iniiciant. Examinemus igitur testimonia, quo appareat, cur Scaliger in hunc annum retulerit. Suidas s. v. *Κυλώνιον ἄγος· ἀπὸ Κύλωνος, ὃν καταφυγόντα ἐπὶ τὰς σεμνὰς θεὰς ἀποσπάσαντες αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Μεγακλέα* (sic enim pro *Περικλέα* scribendum esse patet) *Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν.* Primum ex Thucyd. I, 126 coll. Herod. V, 71 et Plutarch. vita Solon. cp. 12 apparet, scelus illud in undecim Olympiades, quae sunt inde ab Ol. XXXV. usque ad Ol. XLVI., necessario referendum esse. Cylon enim Ol. XXXV. diauli coronam ex ludis Olympicis rettulit, secundum Afric. apud Euseb. ad Ol. l., Thucydides autem (l. l.) Cylonem tradit oraculo Delphico admonitum eaque etiam fiducia, quod in ludis Olympicis victoriam reportasset (cf. Herod. l. l.), nixum occupasse arcem, post custodia arcis novem archontibus, quorum Eponymum Megaclem appellat Plut. Sol. vit. 12, ab Atheniensibus commissa ipsum quidem cum fratre aufugisse, caeteros vero eius socios vel fame consumtos esse vel ad aram arcis supplices consedisse indeque abductos nefarie interfectos esse. Plutarchus vero l. l. urbem iam dudum piaculo Cylonio agitatam fuisse scribit, quum Epimenides ab insula Creta accitus Athenas lustrabat; quam urbis lustrationem licet Suidas s. v. *Ἐπιμενίδης* in Ol. XLIV. conferat, Scaliger, duce Laërtio Diogene vit. Epimen. lib. I, 110, Olymp. XLVI. assignat. Sed ut Scaliger piaculum ipsam in Ol. XLV. referret, auctor ei extitit Herod. V, 71, qui postquam de tyrannide a Cylone affectata disseruit, haec subiungit: *ταῦτα πρὸ τῆς Πεισιστράτου ἡλικίης ἐγένετο.* Atqui Pisistratus e Tatiani et Clementis sententia Ol. L. Athenis dominabatur: quo tempore ubi eum aetatis annum XXXVI. egisse sumseris, Ol. XLV. annum circiter XVI. attigerat necdum *τὴν ἡλικίαν*, quae ab anno XVIII. initium capiebat, erat assecutus. Sed ista incerta sunt.

Μασσαλίαν ἔκτισαν[143]). ἡ τῶν Σαλαμινίων ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Μεγαρεῖς ἀπόστασις[144]). Φερεκύδης Βάβιος Σύριος ἐτέχθη, ὃν πρῶτον συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσι[145]).

Utut vero de Olympiade, qua Cylonis piaculum commissum sit, statueris: hoc Scaliger recte intellexit, in primum Olympiadis incidere annum, quandoquidem ex Thucyd. perspicuo testimonio Cylon acceptis a Theagene socero copiis appropinquantibus Olympiis arcem occupavit. Vid. et Paus. I, 28 init. I, 40, init. De tempore Cyloniae seditionis alii aliter statuerunt: Corsin. F. A. III. p. 64, cui astipulatur E. W. Fischerus Ann. Gr. p. 105 sq. in Ol. XLII, 1, Clinton. F. H. I. p. 212 in Ol. XL, 1 a. Chr. 620., Boeckh. Expll. Pind. Pyth. VII. p. 301 in a. a. Chr. 598. Ol. XLV, 3 confert. Vid. n. 103.

142) *Καμάρινα*] Auctor Schol. vet. ad Pind. Olymp. V, 16 ed. Boeckh. p. 121, ubi *Κτίζεται μὲν γὰρ ἡ Καμάρινα τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐπικρατησάντων δὲ τῶν Συρακουσίων πορθεῖται τῇ νζ΄ Ὀλυμπιάδι. εἶτα ἐν τῇ πε΄ Ὀλυμπιάδι, . . ., ἀνακτίζεται.* Ad haec BOECKHIUS: *Hoc falsum esse nemo non videt. Rerum momenta expendit Beckius: „Condita est Camarina a Syracusanis Ol. XLV, 1 eversa a conditoribus sex et quadraginta annis post Ol. LVI, 3. aliis Ol. LVII, 3. iterum condidit Hippocrates Gelae rex circa Ol. LXXII, 3. evertit paullo post Gelo Syracusanorum rex. Secuta est tertia instauratio a Gelois Ol. LXXIX, 4. Thuc. VI, 5, Herod. VII, 154 sqq. Diod. XI, 76 c. intpp. Heyn. opusc. acad. T. II, p. 259."* Errat Beckius in Hippocrate, qui, uti in Prolegomenis ostendimus, Ol. LXXII, 3 non amplius fuit inter vivos. Consentit cum Schol. verbis laudatis Schol. rec. ad Pind. l. l. p. 122. Boeckh. Timaeus ap. Schol. vet. ad Pind. Ol. V, 19. Camarinam a Gelone conditam Ol. XLII. dicit: miro profecto prochronismo, quamquam hac non unica labe istud Scholion laborat. Verum Thucyd. VI, 5 extr. Camarinam primum CXXXV. annis post conditas Syracusas a Dascone et Menecolo aedificatam scribit; Syracusae autem ex eiusdem Thucyd. testimonio VI, 3. 4. V. annis ante Megara aut anno post Naxum conditae sunt, i. e. Ol. XI, 2, quandoquidem Megarorum origo (cf. nos ad Ol. XXXI, 3 s. n. 104) in Ol. XII, 3, Naxi autem (cf. Hieronym. chron. lib. II. p. 117 et Euseb. Mai. Arm. p. 321, quorum tamen haec Anaxus perperam appellant) in Ol. XI, 1 incidit. Camarina igitur ex Thucyd. calculis Ol. XLV, 1 primum condita est. At profecto etiam Hieronym. chron. lib. II. p. 124 initia urbis Camarinae in Ol. XLV, 1, (Ol. XLV, 3 Mai. Arm. p. 329) ponit. Cf. Poppon. Prolegg. ad Thucyd. P. I. vol. II. p. 506 sqq. — Caeterum supra in textu *Καμάρινα* pro *Καμαρίνα* Scaligeri scripsimus.

143) *Οἱ Φωκαεῖς Μασσαλίαν*] Testantur Solinus cap. 2. p. 22, 46, (p. 12 E. ed. Cl. Salm.) et Scymnus Chius ex Timaeo, v. 213 sqq. quorum ille sic: *At ex altera parte per Ligurum oram in Narbonensem provinciam pergit, in qua Phocenses quondam fugati Persarum adventu, Massiliam urbem Olympiade quadragesima quinta condiderunt.* Ad quem locum Scaliger in Animadvv. ad Euseb. chron. p. 86 b. recte annotat, Solinum abusum esse Phocensium nomine quum Massiliotae non fuerint ex Phocensibus, sed ex Phocaeensibus oriundi. Cf. de Massilia Strabo. IV. p. 124. Annum conditae Massiliae tradit Scymnus l. c. ante pugnam Salaminiam CXX[imum], quae pugna quum Ol. LXXV, 1 commissa sit, Massilia condita esse debet Ol. XLV, 1. Retardat Massiliae origines uno anno Hieron. chron. ad Ol. XLV, 2, septem annis Euseb. Mai. ad Ol. XLVI, 4. — Liv. V, 34, Iust. XLIII, 3, Cassiodorus simpliciter Tarquinio Prisco Romae regnante conditam tradunt. Duces classis Simos et Protis nominantur a Iust. l. l., quorum alterum nemo praeterea memorat, Protin vero, etsi Plut. vit. Sol. cap. 2. *Πρῶτον* nomine agnoscit conditorem, Aristoteles *ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ* ap. Athen. XIII. p. 576 B. Euxeni conditoris filium e Nani (Nanni: Iust. l. l.) filia Petta (Gypti: Iust. l. l.) appellat. Cf. Arist. etiam ap. Harpocrat. s. v. *Μασσαλία*, cuius sententiam corrupit Suidas s. ead. voc. Posteriori aetate maximeque Cyri temporibus Massiliam eorundem Phocaeensium colonis auctam et instauratum esse, haud inepte colligitur ex Isocrate in Archidam. p. 133 C. ed. Steph. (ap. Harpocrat. et Suid. l. l.) atque Paus. X, 8, 4. Vid. Schultz. Spec. II. p. 40 seqq. not. 91 et Clint. F. H. I. pp. 220, 222, ad a. a. Chr. 600. coll. A. Dederich. in Mus. Rhen. a. 1835. cycl. IV. fasc. I. p. 99—125.

144) *Ἡ τῶν Σαλαμινίων*] Non extat testimonium, quo diserte indicetur, quando Salaminii ad Megarenses defecerint: sed incidit ea defectio in idem fere tempus, quo scelus Cylonium Athenas peragitabat, atque dissidia inter Cylonis et Megaclis socios flagrabant maxime. Sic enim Plutarchus vit. Solon. cp. XII. *ταύταις δὲ ταῖς ταραχαῖς καὶ Μεγαρέων συνεπιθεμένων ἀπέβαλόν τε Νίσαιαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Σαλαμῖνος ἐξέπεσον αὖθις.* Cf. Pausan. I, 40, 4 *ταύτην τὴν ναῦν λαβεῖν φασι περὶ Σαλαμῖνος ναυμαχήσαντες πρὸς Ἀθηναίους. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ Ἀθηναῖοι χρόνον τινὰ Μεγαρεῦσιν ἀποστῆναι τῆς νήσου, Σόλωνα δὲ ὕστερόν φασιν ἐλεγεῖα ποιήσαντα προτρέψαι σφᾶς, καταστῆναι δὲ ἐπὶ τούτοις ἐς ἀμφισβήτησιν Ἀθηναῖοι, κρατήσαντες δὲ πολέμῳ Σαλαμῖνα αὖθις ἔχειν.* Meminit rei Diog. Laërt. I, 45 seq. Caeterum bellum illud rectius in Ol. XLIV. inferri ad Ol. XLIX, 1 demonstrabimus.

145) *Φερεκύδης*] Pherecydes Syrius Ol. XLV. natus est, teste Suida s. v. *Φερεκύδης, Βάβιος, Σύριος· ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα* — sic insula etiam audit ap. Hesych. Mil. p. 47 ed. Plantin. Antv. a. 1572. 8. *Συρίη* vel *Συρία* ap. Hom. Od. ο΄, 402. et Euseb. Praep. evang. X, 3. p. 465. — *πλησίον Δήλου· γέγονε δὲ κατὰ τὸν τῶν Λυδῶν βασιλέα Ἀλυάττην, ὡς συγχρονεῖν τοῖς ζ΄ σοφοῖς καὶ τετέχθαι περὶ τὴν με΄ Ὀλυμπιάδα.* Et deinde: *πρῶτον δὲ συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσιν.* *Βάβιος* habet etiam Strab. X. p. 487 B. ed. Casaub. Sed Alexander Polyhistor ap. Diog. I, 116. Pherecydem *Βάδυος* filium facit. Hinc veram nominis scripturam *Βάβυος* coniecit Voss. de Hist.

β.
γ.
δ.
ΟΛ. ΜϚ. *Χρυσόμαξος Λάκων στάδιον, καὶ Πολυμήστωρ Μιλήσιος παίδων στάδιον, ὃς αἰπολῶν λαγὼν κατέλαβε* [146].
α. *Ἐπιμενίδης τὰς Ἀθήνας καθαίρει* [147]. *Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος εἰς Ἑλλάδα ἀπεδήμησεν* [148].

Gr. IV, 4 p. 443 ed. Bat. Lugd. et de Philosoph. sectis 6, 6. Vossio in universum quidem astipulatur Fr. Guil. Sturz. in Pherec. Fragm. ed. alt. Lips. a. 1824. 8. p. 3, sed de Eustathii loco ad Od. ο', p. 1787, 17. ed. Rom., quo et ipso ὁ *Βάβυος* rescribit Vossius pro ὁ *Βαβυλώνιος*, probabiliora profert. Septem sapientibus annumerant nonnulli uti ap. Suidam, ita ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 299 D. chronologi. Floruit sec. Eusebium, a quo tamen perperam historicus appellatur, Olymp. LX, 2 (Mai. Armeniac. Ol. LX, 1), ex auct. chron. Pasch. ed. Bonn. p. 269 = p. 144 A. ed. Paris., qui et ipse philosophum cum rerum scriptore confundit (cf. Sturz. l. l. §. 4. p. 13 §. 10. p. 56 seq., ubi etiam alios in eodem errore versantes ostendit), Ol. LVII., denique ex Diogene Laërtio I, 121 et Cyrill. adv. Iul. I, 13 A. Ol. LIX. Primus philosophorum pedestri oratione librum scripsit. Vid. Suid. l. l., Plin. N. H. VII, 57, Apulei. Florid. p. 351 seq. ed. Elmenh., Isid. Origg. I, 37, Strab. I, p. 18 A. B. coll. Sturz. §. 4. p. 11 seq. Andro Ephesius apud Laërt. I, 119 perperam duos facit Syrios Pherecydes, astrologum alterum, alterum theologum, Badyis filium, cui Pythagoram dedisse operam scribit cum Eusebio. Eratosthenes vero unum tantum ponit Pherecydem Syrium philosophum eumque recte a Pherecyde Atheniensi, genealogiarum scriptore, (Vid. Dion. Archaeol. I, 13 Sylb. coll. Sturz. §. 10, p. 58 seq.) discernit, qui sec. Strab. l. c. et Porphyrium apud Suid. s. v. *Φερεκύδης Ἀθηναῖος* Syrio fuit aetate posterior, secundum alios, exiguae fidei testes, (ap. Suid. l. l.) prior. Caetera de Pherecydis Syrii aetate testimonia diligenter collegit Sturz. l. l. §. 2. p. 6 sq. Addit Suidas tertium Pherecydem Lerium, qui tamen idem est atque Atheniensis sec. Voss. Histor. Graec. IV. cp. 4. p. 443, cui astipulantur Sturz. l. l. p. 57 seq. §. 10. et Clint. F. H. II. Append. XXI. n. 17. p. 383 Kr.

146) *Χρυσόμαξος*] Testatur African. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 40, ubi tamen quod legitur *Χρυσάμαξος* ex errore typographi ortum videtur pro *Χρυσόμαξος*, uti et ipse hoc loco edidit Scal., et in Anecd. Par. Vol. II. p. 144. Cramerus. Parum tamen ille probasse videtur istam nominis formam, quandoquidem eam in *Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ*, libello nostro (Thes. tempp. p. 349) annexa cum *Χρυσόμαχος* mutavit, quam scripturam, etiam per se satis probabilem, textus Armeniac. apud Auch. P. I. p. 289 veram esse evincit. Verbo hic commemoranda est coniectura Corsini, qui quum Ol. XXXVI. apud Antig. quidem Carystium Mirabill. cp. 133. Arytamantem, apud Africanum vero Phrynonem stadio victorem perscriptum invenisset: aut in Antigoni textu Ol. XXXVI. in XLVI. deflectendam et Arytamantis nomen pro *Χρυσαμάξου* Africano restituendum putavit, aut apud Antigonum et Ol. XLVI. et Chrysamaxum reponendum censuit, Dissert. Agon. p. 124 et Fast Att. I, p. 328 seq. An fortasse hic *σταδιονίκης* audiit *Ἀρυτάμας ὁ Χρυσόμαχος Λάκων*? Cf. ad Ol. CXCIX. not. 1440. et ad Ol. CCXXVII. not. 1512. — Stadii inter pueros victorem Scaliger in Eusebii codice (cf. Cram. Anecd. Par. Vol. II. p. 144 cum text. Arm. ap. Auch. I. p. 289) Polymestoris nomine insignitum repperit. Quam scripturam ille quidem in hac nostra Olympiadum Recensione servavit, in Africani autem catalogo *Ἑλλ. Ὀλ.* p. 40 in *Πολυμνήστωρ* mutavit e Solino p. 15, 11. Hic enim, e Bocchi fide, vulgatam de eo historiolam prolixe sic narrat: Polymnestor Milesius puer quum a matre locatus esset ad caprarios pastus, ludicro leporem consecutus est, et ob id statim productus a gregis domino Olympiade sexta et quadragesima, ut Bocchus auctor est, victor in stadio meruit coronam.

147) *Ἐπιμενίδης*] Scaliger secutus est Diogen. Laërt. I, 110, qui, *καὶ ὃς* (*Ἐπιμενίδης*), ait, *ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν.* Discrepat Suidas, qui s. v. *Ἐπιμενίδης* Epimenidem Phaesti (Phaestii: Diog. I, 109 coll. Car. Fr. Heinrich. Epimenid. Cretens. Lips. a. 1801. 8. p. 12 sqq.) aut Dosiadis aut Agiasarchi (Agesarci: Diog. l. l.) filium, Cnossium, (Cretensem Phaesto oriundum appellant Strab. X, 330, 30, Plut. Solon. 12, Tzetz. Chil. V, 18, 629) Athenas lustrasse testatur Ol. XLIV. Hieronymus ad Ol. XLVII, 2: Epimenides Athenas subvertit (pro quo quidam quibus nota historia, emundavit supposuerunt: vid. Scal. Animadvv. ad Eus. p. 87 b. seq.), nec minus mire Euseb. Armen. ed. Med. ad Ol. XLVII, 1: Epimenides Athenas destruxit. Utrumque igitur et Hieronymum et interpretem Armeniacum decepit verbi Eusebiani *ΚΑΘΑΙΡΕΙ* accentus, quod illi non *καθαίρει*, sed *καθαιρεῖ* pronuntiasse videntur. Tatian. orat. ad Graec. cp. 62. p. 136 ingenti prochronismo Epimenidem inter eos refert, qui Homerum aetate antecesserint. De Platonis testimonio, qui lustrationem illam ab Epimenide actam decennio ante Persica contigisse dicit, cf. Corsini F. A. Tom. III. p. 72 sq. et Fabric. Bibl. Gr. I. lib. I. cp. VI, 2 p. 36. De lustratione ipsa vid. Plut. Solon. cap. 12. coll. not. nostr. ad Ol. XLVII.

148) *Ξενοφάνης*] Xenophanes ipse apud Diog. Laërt. IX, 19 testatur, sese patria Colophone relicta anno aetatis XXV. aut XXVI. in Graeciam venisse: proinde ut, si eum Ol. XL, 1 natum statuis cum Scaligero, Ol. XLVI, 1 vel 2 in Graeciam peregrinatus fuerit. Cf. not. nostr. ad Ol. XL. 1 s. n. 127.

β. *ΦΙΛΟΜΒΡΟΤΟΣ*[149]).

p. 316 b. γ. *ΣΟΛΩΝ.* *Σόλων Ἀθηναίοις ἐνομοθέτησε, καὶ τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε, πλὴν τῶν φονικῶν διὰ τὴν χαλεπότητα καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐπιτιμίων*[150]).

δ.

ΟΛ. ΜΖ. *Εὐρυκλῆς Λάκων στάδιον*[151]).

α. *ΕΥΚΡΑΤΗΣ*[152]). *Ἀνάχαρσις Ἀθήνησιν ἐπιδημεῖ*[153]).

β.

γ.

δ. *Οὐάφρης τὴν Αἰγυπτίων ἀρχὴν παρέλαβεν*[154]).

ΟΛ. ΜΗ. *Γλαυκίας (ἐνίοις δὲ Γλύκων) ὁ Κροτωνιάτης στάδιον*[155]). *Πυθαγόρας*

---

149) *Φιλόμβροτος*] Plut. Solon. cp. 12 testatur Philombrotum Athenis praeturam gessisse anno antequam Solon et praetor fuerit et leges tulerit. Quem cum Diogenes Laërtius in Ol. XLVI, 3 conferat (v. s. n. 150), Philombroti tempus Ol. XLVI, 2 recte assignavit Scaliger.

150) *Σόλων. Σόλων Ἀθηναίοις*] Solonem, Ol. XLVI, 3 archontem, Atheniensibus leges tulisse, scribit Sosicrates apud Diog. Laërt. vit. Solon. I, 62 his verbis: *ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης· ὅτε καὶ τίθησι τοὺς νόμους.* In Olympiade cum Sosicratis ratione consentiunt Tatian. Or. adv. Graec. p. 141 e Meurs. Arch. Athen. I, 12 correctione, Clem. Alex. Strom. I. p. 302 B., Cyrill. adv. Iulian. I. p. 12 E., annum variat Hieronymus ad Ol. XLVI, 2 coll. Scal. Animadvv. p. 87 b, annum et Olympiadem Euseb. Arm. ed. Med. ad Ol. XLVII, 2. Suidae chronologi s. v. *Σόλων* alii Ol. XLVII., alii Ol. LVI. Solonem assignant. Tantum de aetate Solonis, de qua cf. etiam Io. Th. Voemel. de aetate Solonis et Croesi princ. atque Nic. Bach. in Solon. Ath. carmin. reliqq. Bonnae et Lugd. Bat. a. 1825. 8. p. 2 seq. nott. 5. 6. Verba Scaliger sumsit e Plutarch. vit. Solonis cp. XVII. init., quem et Cyrill. adv. Iul. lib. I. l. *τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι Σόλων νενομοθέτηκε, τοὺς Δράκοντος νόμους περιελὼν πλὴν τῶν φονικῶν* et Eusebius Hieronym. chron. l. l.: ***Solon, Draconis legibus antiquatis, extra eas, quae ad sanguinem pertinebant, sua iura constituit,*** ante oculos habuit. *Τὰ φονικὰ* qualia non fuerint, disce ex Schoemanni Antiquitt. iur. publ. Graec. p. 288.

151) *Εὐρυκλῆς Λάκων*] Afric. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Perperam Euryces apud interpr. Armen. Auch. I. p. 289. A Schol. Pind. Pyth. VII. p. 391. Boeckh. hac Olympiade Megacles quidam Olympia vicisse dicitur. Sed omnino turbatum est illud Scholion: quod ita componit Boeckhius Explicc. ad. Pind. p. 305 coll. not. 3. ad Schol. l. l., ut Megacles Ol. LVII. Pythia vicisse perhibeatur. Vid. not. nostr. 321.

152) *Εὐκράτης*] Sosicrates apud Diog. Laërt. I, 101 testatur, Ol. XLVII. quo anno Scytha Anacharsis Athenas petierit, ibi praeturam gessisse Eucratem. Scaliger nomen eius more suo, in Prolegomenis monstrato, anno 1. huius Olympiadis intulit. Id quod illi quidem securo facere licuit, nobis non item: quippe quos cautos reddat Critias I., in Marmore Pario oblatus, cuius epocha 37. (36. Boeckh.), etsi propter oblitteratos numeros accurate definiri nequit, tamen cogente loci, quo collocatus est Critias, ratione aut uni inter Ol. XLIV, 1 et Ol. XLVI, 1 aut huic ipsi Ol. XLVII, 1 anno debebit assignari. Huc autem si pertinebit Critias, Eucrati in annum 3. aut 4. migrandum erit. Nam annum 2. iam occupavit Simon s. Simonides. Cf. not. 157.

153) *Ἀνάχαρσις*] Testatur Sosicrates apud Diog. Laërt. l. l. Praeterea cf. Suid. s. v. *Ἀνάχαρσις* et Diodori Excerptt. Vat. XIX. Vol. III. p. 18. ed. L. Dind.

154) *Οὐάφρης*] Testis est Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. p. 331 A. B.: *τοῦ ἑνδεκάτου τοίνυν ἔτους πληρουμένου κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑπομένου, βασιλεύοντος Ἰωακείμ, ἡ αἰχμαλωσία εἰς Βαβυλῶνα γίνεται ὑπὸ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ, τῷ ἑβδόμῳ ἔτει βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀσσυρίων, Αἰγυπτίων δὲ Οὐαφρῆ* (de hoc genitivo, cui respondet nominativus *Οὐαφρῆς,* vid. Ph. Buttm. Gr. gr. ampl. I. p. 203 not. 1. coll. G. Ben. Winer. Gram. nov. Test. ed. III. a. 1830. 8. p. 62) *βασιλεύοντος τῷ δευτέρῳ ἔτει, Φιλίππου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος.* Hinc sane Apriae annus 1. in Ol. XLVII, 1 inciderit. Clementis sententiam reddunt Eusebius in Hieronymi versione ad Ol. XLVII, 2, in Armeniaca vero ad Ol. XLVII, 4 et Chron. pasch. auctor p. 136 seq., nec tamen sine varietate, quandoquidem Hieronymus l. l. pro Philippo nominat Phaenippum, Chronicique pasch. auctor cum caetera nonnihil turbat, tum pro Olymp. XLVIII. infert Ol. XLIV. Atque Phaenippi nomen Philippo verius dicit Scal. Animadvv. ad Eus. p. 88 b. coll. eiusdem de Emend. Tempp. lib. V. p. 401 et hac ipsa Olymp. Descript. ad Ol. *μη, α'.* Ad Ol. XLIV, 2 autem Apriae initium protrahunt Diodori I, 68 calculi, siquidem eum annis LXXVII. ante Amasin Ol. LXIII, 3 defunctum regnum accepisse scribit. Neque enim in annis regni et Apriae et Amasidi ascribendis convenit inter veteres, de quorum dissidio vid. Wessel. ad Diod. l. l. Caeterum *Οὐαφρῆς* Clementis Herodoto II, 161 seq. et Diod. l. l. *Ἀπρίης* audit, idem qui Ierem. cap. XLIV. extr. פַּרְעֹה חָפְרַע appellatur.

155) *Γλαυκίας, ἐνίοις δὲ Γλύκων*] *Glaucias* Paus. X, 7, 3 est, *Glycon* African. ap. Euseb. *Ἑλλ. Ὀλ.* p. 40.

Σάμιος παίδων πυγμήν, ὃς πρῶτος ἐντέχνως πυκτεύσας κομήτης, καὶ ἁλουργίδα φορῶν, εἶτα ἐκριφεὶς ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθεὶς αὐτίκα προσέβη τοὺς ἄνδρας, καὶ ἐνίκησε[156]).

α. *ΦΑΙΝΙΠΠΟΣ*[157]).

β.

γ. *Ἀμφικτύονες ἆθλα Πυθίοις ἔθεσαν κιθαρῳδίας, καὶ προσέτι αὐλῳδίας ἀγώνισμα· καὶ ἔνθεν αἱ Πυθιάδες ἀριθμοῦνται*[158]). *Ἔκλειψις ἡλίου, ἣν Θαλῆς συμβησομένην προειρήκει*[159]).

---

156) *Πυθαγόρας Σάμιος*] Testatur Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40, item Eratosthenes et Phavorinus apud Diogen. Laërt. VIII, 47. cuius verba, ut ipse profitetur in Notis ad Graeca Eusebian. p. 419 a., Scaliger transtulit. Sunt autem haec: *Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὸ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ παρατίθεται, τοῦτον* (sc. *τὸν Δωρικὰ πεπραγματευμένον Πυθαγόραν*) *εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθέντα αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας καὶ νικῆσαι*, ubi Menagius pro *ἐκριφθῆναι* edidit *ἐκκριθῆναι*, quod etiam Huebnerus recepit. Meminerunt eius victoriae Hesych. s. v. *ἐν Σάμῳ κομήτης*, auctor Proverbb. Cent. I, 87, item denique Eusebius Scal. p. 50, 34 seq. (= Sync. p. 239 B.), qui tamen triennio a Diogene recedens rem Ol. LI. assignat his verbis: *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος Ὀλυμπιαθήσειν ἐκρίθη παίδων πυγμήν, ὃς ἁπαλὸς προβὰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκα τὴν να' Ὀλυμπιάδα*, quae verba sic restituit Scal. in Notis ad Graec. Euseb. l. l. *Ὀλυμπιάσιν* (rectius *Ὀλυμπίασιν*) *ἐξεκρίθη παίδων, ὡς ἁπαλός· προσβὰς τοὺς ἄνδρας κτλ.*

157) *Φαίνιππος*] Testis Clem. Alexandr. Strom. I. p. 331 B., Ol. XLVIII, 1 Athenis Archontem fuisse Philippum, pro quo Phaenippum exhibet Hieronymus, forma Scaligero Animadvv. p. 88 b. magis probata. Vid. not. 154. Caeterum si vera esset Ang. Maii ad Euseb. Arm. p. 330 nott. 3. 5. coniectura, qua Clementi (v. not. n. 154) *τῆς μζ' Ὀλυμπ.* pro *τῆς μη' Ὀλυμπ.* e duobus codicibus restituendum, eique convenienter lectioni etiam numeros ap. Eus. Arm., Hieronym., chron. Pasch. auctorem corrigendos censet, secundus nobis aut, si Dis placet, tertius de Ol. XLVII. anni 1. praetura competitor nasceretur. Cf. not. 152.

158) *Ἀμφικτύονες ἆθλα Πυθίοις*] Auctor Pausanias, qui X, 7, 3 *τῆς δέ*, ait, *τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μέν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, προσέθεσαν δὲ καὶ αὐλῳδίας ἀγώνισμα καὶ αὐλῶν κτλ.*, et deinde: *δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι, στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο.* Pausanias igitur cum post memoratam Pythiadem Ol. XLVIII, 3 celebratam, cuius ludos recte pecuniarios dicit, eam quae proxime insecuta est secundam diserte appellet, Pythiadas ab Olymp. XLVIII, 3 deduxit. Quam quidem Pythiadum computandarum rationem, longe verissimam, *περιηγητὴς* iste sine dubio e Pythionicarum catalogis depromsit, qui Boeckhio Pind. Explicc. Tom. II. P. II. p. 206 iudice soli fere genuini huiusmodi rerum fontes sunt. Illam et hoc loco significat et in Animadvv. ad Eus. p. 92 a. merito sequitur Scaliger: quamquam idem in Emend. Tempp. lib. I. p. 51 seqq. ed. a. 1629. sublesta Eusebii et Pindari Scholiorum auctoritate nixus Pythiadum initium in Olymp. XLIX, 3 definiendum esse censet, erroris participes nactus Dodwellum, Corsinum, Clintonum F. H. II. p. 207 seq. Krueg. Vid. Boeckhii Explicatt. Pindar. l. l. itemque ad Marmor. Par. ep. 38. Cp. Inscriptt. Vol. II, 1 p. 336 coll. not. ad Ol. XXXV. s. n. 114. Caeterum Pythiorum dies festos in mensem Atticum Munychionem incipientem incidere demonstravit Corsin. Fast. Att. III. p. 84.

159) *ἔκλειψις ἡλίου*] Tradit Herod. lib. I. cp. 74, quum Medi a Cyaxare et Lydi ab Alyatte ducti in eo fuissent, ut confligerent, repente diem in noctem mutatam esse, quamobrem utramque aciem a proelio destitisse addit, insertis antea his verbis: *τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε ἔσεσθαι, οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή.* Herodoti simulque Eudemi in historr. astrologicis auctoritate idem asserit Clem. Alexandr. Strom. I. p. 302 A., quem tamen in Cyaxaris cum Ol. L. comparatione fugit ratio. Melius sibi constat Solinus 15, 16, qui licet ad eundem annum (post Troiam captam 604^tum = Ol. L, 1) deducat, huic tamen anno convenientem Cyaxaris successorem posuit Astyagem. Hunc habet etiam Cic. de Div. I, 50 itemque Eusebius, qui tamen quod secundum Hieronymi versionem solis defectum cum Ol. XLVIII, 2 (sec. Armen. Mai. Ol. XLIX, 2), Medorum vero et Lydorum pugnam cum Ol. XLVIII, 3 (sec. Arm. Mai. Ol. XLIX, 3) computat, *ὕστερον πρότερον* commisit, cuius poenam dedit Scal. in Animadvv. p. 89 b. Plinius N. H. II, 12, 9, suppresso Medorum rege defectionem sub Alyatte factam in Ol. XLVIII, 4 conferens, posterius eius anni semestre intelligi vult: id quod ex ascripto a. U. c. CLXX^mo iure colligit Idel. II. p. 166 sq. Quando memorabilis haec solis defectio, cuius praeter laudatos auctores obiter meminerunt Themist. Or. XXVI. p. 317 B. et ex Eusebio Syncellus p. 239 A., contigisse putanda sit, certatim Chronologi et Astronomi recentiores eruere studuerunt. Scaliger eam sub Astyage factam ponit, tertioque Ol. XLVIII. anno uti in hoc Olympiadum Recensu, ita in Animadvv. p. 89 b. et Emend. tempp. lib. V. p. 389 ed. a. 1629. assignat. Refutata est eius sententia accuratissimis Franc. Bailii (in Philosophical Transactions etc. for the year. 1811. Part. I. p. 220—241) et Oltmannsii (in Actt. Acad. Boruss. a. 1812. 1813. inque Ephemeridd. astronomicis, a Bodio a. 1823. editt., p. 197 seqq.) disquisitionibus, e quibus defectionem illam

δ. *Περίανδρος ὁ Κυψέλου Κορινθίων τύραννος ἐτελεύτησε*[160]).

Ὀλ. ΜΘ. *Λυκῖνος Κροτωνιάτης στάδιον*[161]).

α. *Τὰ Ἴσθμια ἀπὸ τῶν χρόνων Κυψέλου τοῦ Κορινθίων τυράννου παρημελημένα ἀνήχθη*[162]). *Σόλων μανίαν πλάττων τοὺς Μεγαρεῖς κατεστρατήγησε*[163]).

---

d. XXX. m. Sept. a. a. Chr. n. 610. (Ol. XLII, 3) contigisse patet. Vid. Ideler. I, p. 209 seq. coll. Schultz. Spec. I. p. 20 seq. not. 39., Clint. F. H. Tom. I. p. 418, Fischer. Annall. Graec. p. 107.

160) *Περίανδρος*] Ex sententia Sosicratis apud Diog. Laërt. I, 95, cuius verba ascripsimus ad Ol. XXIX, 1, ubi cf. quae diximus s. n. 92.

161) *Λυκῖνος Κροτωνιάτης*] African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40.

162) *Τὰ Ἴσθμια*] Solinus cp. VII. p. 29, 29. (p. 17 B. ed. Salmas.): *Hoc spectaculum* (sc. Isthmiorum) *per Cypselum tyrannum intermissum Corinthii Olympiade quadragesima nona sollennitati pristinae reddiderunt.* Quae verba in brevius contraxit Graeceque reddidit Scaliger. Eusebius Hieronymi Isthmia primum post Melicertem Ol. XLIX, 3 (Olymp. L, 1 e Mai. Arm.) celebrata scribit. Convenit igitur Eusebium inter et Solinum in Olympiade, in eius anno non item. Solino cur se addixerit Scaliger, ipse aperit in Animadvv. ad Euseb. p. 92 a. *Recte quidem Isthmiorum instauratio in tertium annum Olympiadis XLIX. coniecta est, sed videtur in primo anno eiusdem Olympiadis statui commodius posse. Eo enim anno Corinthii Cypselidarum tyrannide liberati illud ludicrum instaurarunt, teste Solino.* Cf. eiusd. Can. Isagog. III. p. 342. Agebantur autem Isthmia tertio quoque anno, ita ut Isthmiades alterae in Olympici anni 1. incipientis aestatem inciderent, alterae vere vel sub aestatem Olympici anni tertii exeuntis celebrarentur. Cf. Boeckh. Ind. tempp. edit. Pindar. min. p. XII. qui Corsinum, dies definiri posse existimantem (Dissertatt. Agonistt. p. 83), refutavit in Explicatt. Pindar. Tom. II. P. II. p. 192 seq.

163) *Σόλων μανίαν πλάττων*] Versutum hoc et callidum factum Solonis, qui cum capitale esset apud Athenienses, legem ferre de vindicanda a Megarensibus Salamine, simulata insania suasisset quod vetaretur, remque prospere gessisset, memoriae prodiderunt multi, veluti Demosth. de Falsa legat. p. 420, 22. Reisk., Strab. IX, 394, Plut. Sol. 8., Diog. 1, 46, Polyaen. Strat. I, 20, Aristid. orat. Leuctrica V., Liban. Declam. XVI., Aelian. V. H. VII, 19, Cic. de Off. I, 30, 108, Frontin. Strat. IV, 44, Iustin. II, 7, addita temporis significatione definivit nemo. Scaliger e male digesta Diog. I, 45, 46 narratione coll. Aesch. adv. Ctes. p. 69 post Solonis legislationem posuit, quam si cum Herod. I, 29 seq. et Plut. Sol. cap. 25. seq. proxime insecuta statuis suscepta eius per X. annos itinera: Ol. XLIX, 1 sane is annus est, quo Athenas reversus rem pro Atheniensibus gerere denuo potuerit. 1) Sed ut difficilem de Solonis itineribus quaestionem, a Clintono F. H. II. p. 313 Kr. agitatam, nunc devitemus: repugnat isti sententiae ordo rerum apud Plutarchum Sol. capp. 8—11., quo Salamina a Solone receptam ostenditur priusquam idem bello Cirrhaeo sive Crissaeo—Cirrhae enim et Crissae nominibus eundem locum designari contra Strab. IX. p. 495 seqq. Tzsch., duo bella fuisse dicentem, quorum altero Cirrha a Crissaeis deleta, altero Crissa et ipsa ab Amphictyonibus eversa sit, luculenter ostendit Clint. F. H. II. p. 207 seq. not. f. Krueg. — extitit auctor. Cirrha autem capta est Archonte Athenis Simone sive Simonide Ol. XLVII, 2 secundum utrumque Schol. Pind. Hyp. ad Pyth. II, 1 p. 298 Boeckh. coll. Marm. Par. ep. 38. (37. Boeckh.), postquam, teste Callisthene ap. Athen. XIII. p. 560 C., decem annos dimicatum est: proinde ut belli initium Ol. XLV, 1 assignandum esse videatur. Hinc Salaminis occupationem legibus Atheniensibus a Solone Ol. XLVI, 3. datis priorem fuisse sponte intelligitur docetque praeterea series Plutarcheae Solonis vitae. 2) Invento igitur uno termino, ante quem Solonis in Salamine recuperanda eluxerit sollertia, alterum investigemus. Recurro rursus ad Plutarchum, qui postquam de recepta Salamine deque Cirrhaei belli initiis locutus est, cap. 12. sic pergit: *Τὸ δὲ Κυλώνειον ἄγος ἤδη μὲν ἐκ πολλοῦ διετάραττε τὴν πόλιν.* Unde colligo, bellum Megarense post tyrannidem a Cylone affectatam finem habuisse. Quid? quod ne exarsisse quidem videtur, quo tempore Athenarum arcem occupabat Cylon: si quidem idoneum eius rei argumentum existimaveris Thucyd. I, 126 testimonium, quo Cyloni a Theagene socero, Megarensium tyranno, copiae ad opprimendam urbem missae esse perhibentur. Ipsum autem Cylonis piaculum cum earum uni Olympiadum, quae sunt inde ab Ol. XXXV. usque ad Ol. XLVI. et primo quidem harum Olympiadum anno ascribi debeat (vid. ad Ol. XLV, 1): mihi quidem nulla Olympiade videtur statui commodius posse, quam Olymp. XLIV, 1, quo anno Pisistratus, si Olymp. LXIII, 2 senex (vid. Thuc. VI, 54 et Arist. Polit. V, 9, 23. Schneid. coll. Schultz. Spec. II. p. 7 not. 6. et Clint. F. H. II. p. 12 Kr.) nonagenarius defunctus sumitur, puer erat XII. annorum, necdum iuvenilem aetatis florem (*τὴν ἡλικίην* Herod. V, 71) attigerat. Lustratum igitur ab Epimenide piaculum est postquam VIII. annos Athenas agitavit. Quod temporis spatium mihi quidem satis convenire videtur Plutarchi cap. 12. expositioni. 3) His praemissis hunc mihi fingo rerum a Solone gestarum ordinem. Cylon, postquam tyrannidis occupandae periculum in irritum cecidit, Athenis profugus Theagenem socerum excitavit, ut Salaminios ad defectionem inclinantes reciperet. Fecit, mox eandem cum genero fortunam experturus. Dissoluta enim a Spartanis Theagenis tyrannide apud Megarenses res populo cessit. Vid. Od. Muell. Dorr. II, 166 coll. Welcker. Prolegg. ad Theogn. Francof. ad Moen. a. 1826. 8. p. X. seq. Iisdem arbitris Lacedaemoniis etiam Salaminis recuperationem, diu ab Atheniensibus frustra quaesitam, tandem Ol. XLIV, 4 absolvit Solon. Cf. Plut. cap. 9. seq. Secutae sunt Cirrhaeorum adversus Apollinem Delphicum iniuriae, quas cum dignas ultione censeret Solon, Eurylochum Amphictyonicarum copiarum praetorem Clisthenemque Sicyonis tyrannum, qui exercitui a Sicyoniis misso praefuit, consilio adiuvit, inde ab Ol. XLV, 1 — Ol. XLVI, 1. Vid. Paus. X, 37, 4, Plut. Sol. 11, Aesch. in Ctes. p. 69. Insigne enim hoc quoque bellum bel-

β. Ἐντεῦθεν Ἀντίλοχος τῆς τῶν ἱστόρων πραγματείας ἄρχεται[164]).
γ.
δ.
ΟΛ. Ν. Ἐπιτελίδας Λάκων στάδιον[165]). Ἀγωνοθέται δύο ὑπ' Ἠλείων κατεστάθησαν κληρωτοί[166]). Οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ὠνομάσθησαν[167]).
α. Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος ποιητής, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, ἤκμαζεν[168]). Οἱ Πεισιστρατίδαι τῶν Ἀθηναίων ἐτυράννουν[169]).

---

lico Solonis artificio est (v. Paus. l. l. coll. Suid. s. v. Σόλων alt. stemm.): quod tamen *Eurylocho* Polyaenus Strat. VI, 13, *Nebro* autem Thessalus πρεσβευτ. p. 941 tom. II. ed. Lindem. attribuit. Interea turbae et seditiones, quas Cylonis pepererat piaculum, perdurabant, inter quas et Nisaeam, τὸ Μεγαρέων, ut Strab. VIII. p. 14 Tzsch. ait, ἐπίνειον, amiserunt Athenienses et Salamis denuo ad Megarenses defecit. Plut. Sol. cap. 12. Ταύταις δὲ ταραχαῖς καὶ Μεγαρέων συνεπιθεμένων ἀπέβαλόν τε Νίσαιαν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ Σαλαμῖνος ἐξέπεσον αὖθις. Nisaeam Pisistratum recepisse notum est ex Herod. I, 59. coll. Aeneae Tactt. cap. 4. Qui idem etiam ad Salaminem recuperandam et re et verbis Solonem adiuvit, Olympiadis, credo, XLVI, 1 et 2. Vid. Iust. II, 8. Dua igitur hac tempestate cum Megarensibus bella gesserunt Athenienses, quorum alterum Lacedaemoniis arbitris, alterum socio Pisistrato composuit Solon. Tempora confundit popularis fama ap. Plut. cap. 8., Pisistrati quae in altera Salaminis occupatione partes fuerunt, anticipatas ad priorem referens.

164) Ἀντίλοχος] Tradit Clem. Alexandr. Strom. I. pag. 309 B. C. Ἀντίλοχος δὲ αὖ ὁ τοὺς ἵστορας πραγματευσάμενος ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἐπὶ τὴν Ἐπικούρου τελευτήν, γαμηλιῶνος δὲ δεκάτῃ ἱσταμένου γενομένην, ἔτη φέρει τὰ πάντα τριακόσια δώδεκα. Quum vero Epicuri mors in Ol. CXXVII, 2 i. e. in annum Coroebi DVI. incidat, restabit annis CCCXII. inde deductis annus iuventutis Pythagorae Ol. XLIX, 2: unde in conscribendis philosophorum vitis (doctorum chronologiam vertit Upton. ad Dionys. de comp. verb. cp. IV. cum Voss. de Hist. Gr. ed. Westerm. lib. III. p. 390, historiam doctorum Io. Ions. de Scriptt. Hist. phil. II, 3, 3 p. 152) initium sumsit Antilochus. Hac enim potestate vocem ἵστωρ, mere poëticam, ab Homero nonnunquam et tragicis usurpatam, Clemens adhibuisse videtur. Quae quid in oratione pedestri significet, disce ex Creuzeri libro: „Die historische Kunst der Griechen" p. 175. Sunt qui hunc Antilochum cum Antiocho eo, cuius historiarum lib. IX. Theodoretus Therap. VIII. p. 908 (scilicet e lectione codd. recentiorum, teste Sylburg., vetustioribus Palatino et Augustano Ἀντίλοχος praebentibus) et Clemens Alexandr. in Protrept. p. 29 B. allegent, eundem putantes, eum pro Ἀντίλογος etiam Dionysio Halicarn. de composit. verbb. cp. IV. p. 66 Schaef. restituendum censeant. Vid. Voss. de Historic. Graec. ed. Westerm. lib. III. p. 390 seq. An fortasse, si Ἀντίλοχος se recte non habet, Clementi restituendus est Antigonus Carystius ille, quem ἐν τοῖς Βίοις in universum laudat Diog. IV, 17, ἐν τῷ Μενεδήμου Βίῳ Athenaeus X, 419 E. coll. Diog. II, 136. 141, ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος Athen. VIII, 345 D. XIII, 563 E. 565 D. 603 E. 607 E. et Diog. III, 66. VII, 12, ἐν τῷ περὶ Πύρρωνος Diog. IX, 62 excitat, quemque idem Diogenes etiam in concinnanda Lyconis V, 67 et Timonis vita IX, 111. adhibuit?

165) Ἐπιτελίδας] Testatur African. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40. Dionys. Hal. Antiq. Rom. IV. p. 206, 34. forma Dorica neglecta Ἐπιτελίδην appellat.

166) Ἀγωνοθέται δύο] Auctor Pausan. V, 9, 4, qui ἀλλά, inquit, Ἴφιτος μὲν τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος, καὶ μετὰ Ἴφιτον ἐτίθεσαν ὡσαύτως οἱ ἀπὸ Ὀξύλου. Πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἄνδρασι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β'.

167) οἱ ἑπτὰ σοφοὶ] Testatur totidem verbis African. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40 ad Ol. L., cui convenit cum Cyrillo adv. Iulian. lib. I. p. 12 E. πεντηκοστῇ Ὀλυμπιάδι ἐγνωρίσθησαν οἱ ἑπτὰ σοφοί, et Clem. Alex. Strom. I. p. 332 A. B. De nomine Sapientium, septem viris Ol. XLIX, 3 indito, ad Olymp. XXXV, 1 s. n. 114. verba fecimus.

168) Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος] Verba Tatiani, unde depromsit Scaliger, haec sunt (Orat. adv. Graec. cp. 62 fin. p. 138: τὰ εἰς αὐτὸν (τὸν Ὀρφέα) ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Eadem verba repetiit Clem. Alexandr. Strom. lib. I. p. 332 D. Sec. Herod. VII, 6 διαθέτης fuit χρησμῶν τῶν Μουσαίου, quos corrumpens cum deprehensus esset a Laso Hermion., pulsus Herodoto Athenis dicitur per Hipparchum. Cf. Prolegg.

169) Οἱ Πεισιστρατίδαι] Verbis Tatiani et Clementis modo laudatis usus Scaliger Pisistratidarum tyrannidem in hunc annum intulit. Phanias autem Eresius apud Plut. Solon. cp. 32. fin. coll. Aelian. V. H. VIII, 16. Pisistratum Archonte Comia, i. e. Ol. LV, 1, uti nos docet auctor Marmoris Parii ep. 41., occupasse tyrannidem tradit. Anno post, archonte Hegestrato, Solonem obiisse idem testatur Phanias apud Plut. l. l. Ad eundem annum nos deducit Thucydides lib. VI, 59 extr.; quo teste Hippias a Lacedaemoniis exulibusque Alcmaeonidis pulsus ad Darium fugit viginti ante Medica annis, i. e. Ol. LXVII, 3 vel potius Ol. LXVII, 2 extr. tribus annis postquam ipsi et Hipparcho fratri insidias struxerant Harmodius et Aristogiton Panathenaeis Ol. LXVI, 3 mense Hecatombaeone, quibus Hipparchus interfectus est. Cf. lib. I, 20 coll. VI, 56. Deductis porro de Ol. LXVII, 2 annis LIX (omnino enim, ut ait Eratosthenes apud

Ἀριστέας Δημοχάριδος, ἢ Καυστροβίου, Προκοννήσιος, ἐποποιός, ὁ τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη πεποιηκώς, ἐγνωρίζετο [170]).

β.

γ.

δ. ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΙΔΗΣ [171]). Σερούιος Τύλλιος τὴν Ῥωμαίων διεδέξατο βασιλείαν [172]).

ΟΛ. ΝΑ. Ἐρατοσθένης Κροτωνιάτης στάδιον [173]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΝΒ. Ἆγις Ἠλεῖος στάδιον [174]).

α. Ἀνακρέων ὁ λυρικὸς ἤκμαζε [175]). Φάλαρις τῆς Σικελίας ὅλης τυραννεῖ [176]).

β.

p. 317 a. γ. ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ [177]). Πιττακὸς Μιτυληναῖος ἐτελεύτησε [178]).

δ.

ΟΛ. ΝΓ. Ἄγνων Πεπαρήθιος στάδιον [179]).

α. ἡ πρώτη Νεμεὰς ἤχθη [180]).

β.

Schol. ad Aristoph. Vespp. 500. (522. Lips.) usque ad quinquagesimum imperii annum Athenas gubernarunt Pisistratidae), Pisistrati auspicia in Ol. LV, 1 incidere reperientur. Cf. Fischer. ann. ad Ol. LV, 1 p. 134, Boeckh. in Corp. Inscriptt. II. p. 318, Clinton. Fast. Hellen. II. p. 218 Kr., Schultz. Spec. II. p. 4 seqq. not. 6.

170) Ἀριστέας] Auctor Suidas s. v. Ἀριστέας· Δημοχάριδος ἢ Καυστροβίου (Καϋστροβίου Herod. IV, 13 et Tzetz. Chil. II, 724. IV, 522), Προκοννήσιος (Προικοννήσιος· Scal. cum vett. editt., Προικονήσιος· Tzetz. Chil. II, 725. 739., Προκονήσιος· Steph. s. v. Προκόνησος)· τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη. Clementi Strom. I. p. 334 A. ante Potteri editionem Ἀρισταίας audiebat. Caetera veterum de Aristea et Arimaspeis testimonia diligenter collegit Schultz. Spec. I. p. 4 seq. not. 9, ad quem satis sit lectores relegasse.

171) Ἀρχεστρατίδης] Ex testimonio Dionysii Hal. Antiq. Rom. lib. IV. p. 206, 32 sqq. qui, quo anno Archestratides Athenis praeturam gesserit, Ol. L, 4, Servium Tullium Tarquinio Prisco interfecto ad regnum pervenisse tradit.

172) Σερούιος Τύλλιος] Ex Dionysii Halic. Antiqu. Rom. l. c. Idem lib. I. p. 61, 21. Servio Tullio tribuit XLIV. annos regni, quos Euseb. Arm. ed. Mediol. ad Ol. XLIX, 4 et Hieronymus ibid. toto decennio mutilant. Vid. Scalig. Animadverss. p. 92 a.

173) Ἐρατοσθένης] African. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40.

174) Ἆγις Ἠλεῖος] African. apud Euseb. ibid.

175) Ἀνακρέων ὁ λυρικὸς] Memoriae prodit Suidas verbis ad Ol. XXV, 1 s. n. 72. laudatis.

176) Φάλαρις] Suidas s. v. Φάλαρις· Ἀκραγαντῖνος, τυραννήσας Σικελίας ὅλης κατὰ τὴν νβ' Ὀλυμπιάδα. Eusebius ap. Hieronymum sine dubio ex duobus diversis chronologis nunc ab Ol. XXXI, 2 (Ol. XXXII, 3 Mai. Arm.) usque ad Ol. XXXIII, 2, (Ol. XXXIX, 2, M. A.) nunc inde ab Ol. LIII, 4, (Ol. LII, 3 M. A.) annos deinceps XVI. tyrannidem exercuisse refert. Vid. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 92 a. coll. Schultz. Specim. I. p. 33 et not. 60. Specim. II. p. 21 not. 41. Boeckh. ad Pind. Ol. II. p. 116 de Phalaridis tyrannide disserens *quae, inquit, ut intricatam de Phalaridis aetate disputationem a Bentleio maxime agitatam nunc devitem, inter Ol. L. — LX. ponenda est.*

177) Ἀριστομένης] Aristomene Athenis archonte Olymp. LII. a. 3. Pittacum diem supremum obiisse testatur Diog. Laërt. I, 79.

178) Πιττακὸς Μιτυληναῖος] Ex testimonio Diogenis Laërt. l. c. refert Scaliger, ubi βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα ἤδη γηραιὸς obiisse dicitur Pittacus: ubi Meurs. Archont. Athen. lib. I. cp. 14. et Menag. Observatt. ad Diog. p. 29 E ὀγδοήκοντα pro ἑβδομήκοντα frustra corrigere videntur. Cf. Corsini Fast. Att. T. III. pp. 56, 90. Quodsi igitur Pittacus Ol. LII, 3 anno aetatis fere 71. mortuus est — βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ο' — natus fuerit circiter Ol. XXXV, 1: ita ut Laërtius dissentire videatur a Suida, qui, quemadmodum ad Ol. XXXII, 1 vidimus, Pittacum Ol. XXXII, 1 in lucem editum scribit.

179) Ἄγνων] Testis Afric. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40. Codex Armeniacus perperum Anon exhibet. Ἄγνων tuentur etiam Cram. Anecd. Par. II. p. 144, quamquam fortasse rectius Ἅγνων scripseris coll. Thucyd. I, 117 Bekk.

180) ἡ πρώτη Νεμεὰς] Auctor Hieronymus, agonem Nemeacum primum Olymp. LIII, 1 actum esse

γ.
δ.
ΟΛ. ΝΔ. Ἱππόστρατος Κροτωνιάτης στάδιον[181]).
α. Ἴβυκος ὁ λυρικὸς εἰς Σάμον ἦλθε βασιλεύοντος τῶν Λυδῶν Κροίσου[182]). Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς ὑπὸ Δελφῶν κατεκρημνίσθη ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν[183]). Ἀρραχίων Φιγαλεὺς παγκρατιαστὴς πρὸς τὸν καταλειπόμενον ἔτι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἐμάχετο ὑπὲρ τοῦ κοτίνου. ὁ μὲν προέλαβεν, ὅστις δὴ ὁ ἀνταγωνιζόμενος, καὶ τοῖς ποσὶ τὸν Ἀρραχίωνα εἶχεν ἐζωκώς, καὶ τὸν τράχηλον ἐπίεζεν ἅμα αὐτοῦ ταῖς χερσίν. ὁ δὲ Ἀρραχίων ἐκκλᾷ τὸν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον. καὶ Ἀρραχίων τε τὴν ψυχὴν ἀφίησιν ἀγχόμενος, καὶ ὁ ἄγχων τὸν Ἀρραχίωνα ὑπὸ τοῦ δακτύλου τῆς ὀδύνης κατὰ τὸν καιρὸν ἀπαγορεύει τὸν αὐτόν. Ἠλεῖοι δὲ ἀνηγόρευσαν νικῶντα, καὶ ἐστεφάνωσαν Ἀρραχίωνα[184]). Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου Μιλήσιος φιλόσοφος μαθητὴς καὶ διάδοχος Ἀναξιμάνδρου τοῦ Μιλησίου, ὡς δέ τινες Παρμενίδου, ἐγνωρίζετο[185]).
β.

---

post eum, qui sub Archemoro (de quo cf. Apollod. Bibl. III, 6, 4, Paus. II, 15, 2, VIII, 48, 2. Clem. Protrept. ad Graec. p. 21 D., Schol. Pind. Hypoth. ad Nem. p. 424 seq., Hygin. Fabb. 74. et 273.) fuerit. Confirmat Syncell. p. 239 B. Omittunt Eusebii Armeniaca. Hieronymi loco illud recte monuit significari Corsinus Diss. Agon. p. 52, non quasi ludi Nemeaei sub Archemoro i. e. in ipso Archemori funere primum celebrati mox obsolessent, tandemque hac Olympiade instaurati fuissent, sed potius, cum certaminibus initio Corinthii, Cleonaei simulque Argivi, mox Cleonaei, postremo Corinthii praesedissent (vid. Schol. Pind. l. l. p. 424 seqq.), primum ea Olymp. XIII. ab ipsis Argivis peracta esse. Initium autem Nemeadum rectius Ol. LIII. anno 2., quam 1. assignaveris, quandoquidem illae trietericae non tam in annos Olympicos 1. et 3., quae est Scaligeri *Animadvv.* p. 92 a. post a D. Petavio *ad Iulian. Imp. Epist.* XXXV. p. 117 et Dodwello *de Cyclis* VII. p. 300 pluribus firmata sententia, quam potius in annos 2. et 4. incidunt, *aestivae* in annum 4. et mensem Olympici anni secundum Metagitnionem Atticum d. XII., *hibernae* in hiemem exeuntem anni 2., uti docuit Corsin. *F. A.* T. III. p. 91. *Dissert. Agon.* p. 56 seqq., probante Boeckh. *Append. Comment. de Demosth. Mid. temp.* in Commentt. Acad. Berol. a. 1831. Class. Hist. p. 91 seq. et Ind. Tempp. Minori Pind. edit. praef. p. XII.

181) Ἱππόστρατος] Tradit Africanus ap. Euseb. χρον. λογ. p. 40.

182) Ἴβυκος] Suidas s. v. Ἴβυκος (sic enim rectius pronuntiaveris, quam cum Scaligero Ἰβυκός)· Φυτίου (hunc unice verum poëtae patrem agnoscit F. G. Schneidewin. in *Ibyci Rhegini carmm. reliqq.* Goetting. a. 1833. 8. p. 12 seq.), οἱ δὲ Πολυζήλου τοῦ Μεσσηνίου τοῦ ἱστοριογράφου (vid. F. Th. Welck. in censura libr. Schneidewiniani Mus. Rhen. a. 1834. p. 214 seq.), οἱ δὲ Κέρδαντος (hunc patrem propter lucri studium, quo flagrabat citharoedus, accepisse videtur eidem Welck. l. l. p. 215 et in Mus. Rhen. a. 1833. p. 405 seq.), γένει Ῥηγῖνος· ἔνθεν δὲ εἰς Σάμον ἦλθεν ὅτε αὐτῆς ἦρχε Πολυκράτης (ὁ τοῦ τυράννου πατήρ· v. Schultz. I. n. 58.) χρόνος δὲ οὗτος ὁ ἐπὶ Κροίσου, Ὀλυμπιάς νδ'. Caetera de Ibyci temporibus testimonia in Prolegomenis collecta sunt.

183) Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς] Verba sunt Suidae s. v. Αἴσωπος. Vid. not. nostr. n. 128. coll. Clint. F. H. I. p. 239 ad a. a. Chr. 564.

184) Ἀρραχίων] Refert Paus. VIII, 40, 2 sine ulla maioris momenti variatione. In nomine pancratiastae variant auctores, quorum ab aliis, Paus. l. l. et Suida, Ἀρραχίων, ab aliis, Philostr. Imagg. II, 6. p. 817 seqq. Olear. et Syncello p. 239 B., Ἀρριχίων appellatur. Africano ap. Eus. χρον. λογ. p. 40, qui etiam in mortis genere paullulum recedit a Pausania atque Φιγαλεὺς in Φυγαλεὺς corrupit, itemque Eusebio Scal. p. 50, 34. (coll. Scal. Nott. ad Gr. Euseb. p. 419 a. b. et Add. Nott. in Gr. Euseb. p. 428 a.) audit Ἀριχίων. Arelion denique Mai. Armeniaca p. 147 exhibent.

185) Ἀναξιμένης] Suidae verba sunt, quae tamen sive typothetae sive calami Scaligeriani errore hunc locum occuparunt, cum ex auctoris mente ad Olymp. LV, 1 pertineant. Suidas nimirum s. v. Ἀναξιμένης haec habet: Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου, Μιλήσιος, φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ διάδοχος Ἀναξιμάνδρου τοῦ Μιλησίου· οἱ δὲ καὶ Παρμενίδου ἔφασαν. γέγονεν (quam vocem ambiguam per ἐγνωρίζετο exposuit Scaliger, accinentibus Schultz. Spec. I. p. 15. not. 33. et Clint. F. H. II. pp. 5, 7 Kr., reluctante in animadversione communicata cum Kruegero ad Clint. F. H. II. p. 376 a. H. Rittero, qui cum Larcher. Chronol. d' Hérodote p. 617 coll. 625 γέγονεν *natus est* interpretatur.), ἐν τῇ νε' (νη' corr. Clint. l. l., Schultzio Spec. I. p. 15. not. 33. non sine dubitatione admittente) Ὀλυμπιάδι, ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. Deduxit sua Suidas ex portentosis Apollodori verbis, qui ap. Diog. II, 3. ecce monstrum chronologicum! καὶ γεγένηται μὲν, ait, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος, τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. Quippe Sardes ante Olymp.

γ. ΙΠΠΟΚΛΕΙΔΗΣ. Παναθήναια ἐτέθη[186]).
δ.

LXIII. expugnatas esse constat certissime. Hic Oedipo opus esse dicit *Scaliger* Animadvv. p. 93 b. Correxit numeros *Petitus* Observv. II, 1 pro ἑξηκοστῇ τρίτῃ e Suida πεντηκοστῇ πέμπτῃ rescribendum censens. Verbis transpositis Laërtii loco mederi studuit *Simsonus* γεγένηται μὲν περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ξγ´ Ὀλυμπιάδι, suamque Heynio ad Apoll. III. p. 1091 ed. pr. probavit medelam. Nobis neutra arridet ratio, cum utrique constantem fere apud veteres (Cic. Acad. Quaestt. II, 37, Plin. N. H. II, 76, Laërt. II, 3, Euseb. Praep. Evang. X, 14 p. 504 A., Suid. l. l. coll. Clem. Alex. Strom. I. p. 301 A. et Simplic. ad Phys. I, 2) famam, qua Anaximenes ab Anaximandro, secundum Apollodori ap. Diog. II, 2 calculos Olymp. XLII, 2. nato paulloque post Olymp. LVIII, 2. defuncto, disciplinam accepisse fertur, reluctari appareat. Negavit propterea omnem illam philosophorum Ioniorum (Thaletis, Anaximandri, Anaximenis, Anaxagorae) successionem *H. Ritter.* l. l., quam antiquorum tot scriptorum auctoritate firmatam et inter recentiores ab accuratissimo Clintono F. H. II. p. 7 Kr. agnitam ut tueatur omnem lapidem movet *Schultzius.* Is igitur Spec. I. p. 15 not. 33. primum Apollodori de Anaximene testimonium violenta hac tentat scripturae mutatione: καὶ γεγένηται μὲν τῇ τεσσαρακοστῇ καὶ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι· ἤκμασε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν· ἐτελεύτησε δὲ . . . . quartoque Olymp. XLIII. anno Anaximenis natales figens non mirandum esse ait, cur is Anaximandri sex tantum annis ipso maioris ἑταῖρος potius quam μαθητὴς a diligentioribus auctoribus, veluti a Simplicio l. l., appellatus sit. Post tamen in Spec. II. p. 24 not. 48. audacis illius correctionis eum poenitet, servatisque numeris reliqua mutilata aut Σάρδεων perperam intrusum dicit. Contra Apollodori de Anaximandri aetate sententiam ap. Diog. II, 2: ὅς καί φησιν αὐτὸν ἐν τοῖς χρονικοῖς τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἐτῶν εἶναι ἑξήκοντα τεσσάρων, καὶ μετ᾽ ὀλίγον τελευτῆσαι· duplex in numeris mendum traxisse ratus primum quidem ἑξηκοστῆς ὀγδόης pro πεντηκοστῆς ὀγδόης scribit p. 25, praeterea vero quo Thaleti, qui e Sosicratis ap. Diog. I, 37 seq. ratione Olymp. LVII, 3. mortem obiit nonagenarius, successisse dici verius (v. Clem. Alex. Strom. I. p. 301 A.) possit, Anaximandro annorum numerum ἑβδομήκοντα τεσσάρων pro ἑξήκοντα τεσσάρων reddit p. 26, scilicet hoc sibi modo demonstrasse visus, quomodo continua quadam serie alter alterius placita accipere potuerint physici Ioniae philosophi, quorum tempora simul hoc illustrata stemmate constituit l. l.:

Thales	nat. Ol. XXXV.	flor. XLV.	mort. LIV, 3. (ex Apoll. ap. Diog. I, 37 sq.) aut LVII, 3.
Anaximander	- - XLIX, 4.	- LIX, 4.	- LXVIII, 2.
Anaximenes	- - LXIII.	- LXXIII.	- LXXX.?
Anaxagoras	- - LXX.	- LXXX.	- LXXXVIII.

Nos, nodo illi Gordio, quem Scholae philosophorum Ioniae successio exhibet, ut mox suus contingat Alexander optantes, satis habemus locis a Schultzio collectis addere ***Hieronymum*** et ***Origenem personatum*** philos. cap. 7. p. 66, quorum ille Anaximenem Olymp. LVI, 2, hic vero Olymp. LVIII, 1 floruisse scripsit. Pseudo-Origeni se addixit Clint. F. H. II. p. 5 Kr.

186) Ἱπποκλείδης. Παναθήναια ἐτέθη] Verba dat *Pherecydes* ap. Marcellin. vit. Thuc. §. 3. Ἱπποκλείδης, ἐφ᾽ οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. Ex eodem fonte hausit *Eusebius*, cuius interpres Latinus Hieronymus Ol. LIII, 3. (Ol. LIII, 4. Mai. Armen.) haec ascripsit: *Agon gymnicus, quem Panathacon* (leg. *Panathenaeon*) *vocant, actus.* Eusebium expressit *Syncell.* p. 239 B. ὁ τῶν Παναθηναίων γυμνικὸς ἀγὼν ἤχθη. Scaliger Pherecydis testimonium ex Eusebio definitum propositurus ab Olymp. LIII, 3. ad Olymp. LIV, 3. aberravit. Quam a Scaligero invito profectam discrepantiam non fuit cur disertis verbis indicaret Schultz. Spec. I. p. 29 not. 54. Vid. Scal. Animadvv. p. 92 b. coll. Emend. Tempp. V. p. 408. ed a. 1629. — Sed reliquum est, ut videamus quid sibi velint verba Pherecydis. Panathenaeorum enim panegyrin antiquissimam fuisse constat, quandoquidem ea ab Erichthonio instituta tradit *Apollodorus* III, 16, 6, idemque ex *Hellanici* et *Androtionis* fide testatur Harpocration s. v. Παναθήναια p. 139, 27 seqq.: apud quem etiam *Ister historicus* ante Erichthonium ea Ἀθήναια, non Παναθήναια appellata esse dicit. Probabilius tamen *Pausanias* VIII, 2. init. illa prius Ἀθήναια ab Erichthonio vocata, deinde Theseo auctore cum Atheniensium populus in unam fuisset civitatem atque intra unius urbis moenia congregatus, ab hac omnium Atheniensium communione Παναθήναια dicta esse statuit. Cf. Plut. Thes. cap. 24. Idem indicat etiam Suidas s. v. Παναθήναια pr. lemm., qui lemm. II. simul cum Harpocratione duplicia fuisse Panathenaea addit, altera annua (minora), altera pentaëterica i. e. quae quinto quoque anno redirent (maiora). Nec porro quidquam nos iuvant verba: γυμνικὸς ἀγών, quae Eusebius cum locutionem Pherecydeam τὰ Παναθήναια τιθέναι = *aliquid novi in Panathenaeis celebrandis instituere* intelligeret, explicandi caussa addidit. Sed perperam, siquidem ludos gymnicos iam Thesei temporibus magnam partem Panathenaicorum solemnium effecisse certum est. Cf. H. A. Mueller. Panathen. Bonn. a. 1837. 8. p. 49. An fortasse Pherecydes Panathenaea maiora, quorum ante caesum Olymp. LVI, 3. Hipparchum (vid. Herod. V, 56 et Thuc. VI, 56 coll. Clint. F. H. II. p. 16 Kr.) nulla est apud veteres mentio, Hippoclide Archonte primum acta tradiderat, et acta quidem Pisistrati auspiciis, emerenda populi gratia viam sibi ad tyrannidem munituri? Vid. H. A. Mueller. l. l. p. 42 coll. Welcker. de dram. sat. p. 248 — 252. Gymnico Panathenaeorum maiorum certamini musicum addidit, illorumque usibus Odeum extruxit Olymp. LXXXIII, 3. [vid. Plut. Pericl. 13 et Schol. Arist. ad Nubb. v. 967 (= Suid. s. v. Φρῦνις) coll. Od. Mueller. Hist. litt. Gr. Tom. II. p. 286 not. 1. eiusdemque Comment. de Phidia I. §. 5. et Enchir. Archaeol. ed. pr. Vratisl. a. 1830. 8. p. 77. not. 4.] athlotheta creatus *Pericles,* quem proinde observandum non tantum Lycei conditi (vid. Theop. et Philoch. ap. Harp. et Suid. s. v. Λύκειον

ΟΛ. ΝΕ. Ἱππόστρατος Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον στάδιον[187]).
α. Κῦρος Περσῶν βασιλεύει[188]).
β.
γ.
δ.
ΟΛ. ΝϚ. Φαῖδρος Φαρσάλιος στάδιον[189]).
α. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ[190]). Χείλων πρῶτος Ἔφορος ἐν Λακεδαίμονι κατέστη[191]). Στη-

---

lemm. II. coll. G. G. Nitzsch. de Hist. Hom. fasc. I. p. 169 seq.), sed amplificatae etiam Panathenaeorum magnificentiae laudem cum Pisistrato partiri. — Caeterum Panathenaea maiora, ut diximus, tertio quoque anno Olympico et, teste Proclo Comm. in Timaeum Plat. p. 9 in Scholl. Ruhnk. p. 143 coll. Demosth. Timocr. p. 708 c., τοῦ Ἑκατομβαιῶνος τρίτῃ ἀπιόντος, i. e. m. Hecatombaeonis d. XXVIII., non, uti Petitus et Dodwellus sibi persuaserunt (v. Cors. F. A. T. II. p. 359), d. XXIII. agebantur. Minora vero ex eiusdem Procli auctoritate l. l. p. 9, 27. Comm. in Remp. p. 353 coll. Lys. Ἀπολ. δωροδ. p. 161 seq. (p. 213 seq. ed. Car. Foertsch.) quotannis post d. XIX. m. Thargelionis instaurabantur: quam Meursii sententiam a Petiti Legg. Att. p. 87—92 ed. Wess. et Corsini F. A. Tom. II. p. 357, haec et ipsa Hecatombaeoni ascribentium, argutiis sagaciter vindicavit Clintonus F. H. II. p. 358 seq. not. ff. et p. 346 seqq. vers. Krueger.

187) Ἱππόστρατος] Testis Africanus ap. Euseb. χρον. λογ. p. 40.

188) Κῦρος Περσῶν βασιλεύει] Referunt Africanus ibid. et Eusebius ex eodem Africano Praep. Evang. X, 10. p. 488 C., ubi etiam testes laudantur Diodorus (Fragm. XXXII. ap. L. Dindorf. Vol. II. P. II. p. 197), Thallus, Castor, Polybius, Phlegon. Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν ᾧ ἔτει Ὀλυμπιὰς ἤχθη νε', ὡς ἐκ τῶν βιβλιοθηκῶν Διοδώρου καὶ τῶν Θάλλου καὶ Κάστορος ἱστοριῶν, ἔτι δὲ Πολυβίου καὶ Φλέγοντος ἔστιν εὑρεῖν· ἀλλὰ καὶ ἑτέρων οἷς ἐμέλησεν Ὀλυμπιάδων. ἅπασι γὰρ συνεφώνησεν ὁ χρόνος. Κῦρος οὖν τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, ὅπερ ἦν Ὀλυμπιάδος νε' ἔτος τὸ πρῶτον, κτλ. Eandem temporis significationem Eusebius repetiit in Chronico ad Olymp. LV, 1. (Mai. Arm. p. 332), et ex Eusebio Hieronymus Chron. lib. II. p. 127. Cf. Chron. Pasch. p. 142 B. et Syncell. p. 235 C. Consentit huic rationi etiam Curtius IV, 14, 20. Cyrill. adv. Iul. I. p. 13 init. Cyrum Ol. LVI. ponit διέποντα τὰ κράτη Περσῶν. — Regnavit Cyrus annos XXIX. secundum Herod. I, 214, XXX. secundum Dinonem, Clitarchi (Plin. N. H. X, 49) patrem, ap. Cic. de Divin. I, 23, Iustin. I, 8, 14, Chron. Pasch. l. l., XXXI. uti ex nonnullorum, qui res sacras scripserunt, ap. Sync. p. 261 C., ita e Sulpicii Severi II, 13. p. 281 sententia.

189) Φαῖδρος Φαρσάλιος] Hausit Scaliger ex Afric. ap. Euseb. χρον. λογ. p. 40.

190) Εὐθύδημος] Archon fuit Atheniensium quo anno Chilon Lacedaemone Ephori munia obiit secundum Pamphilam, Sosicrate nixam, ap. Diog. I, 68. Vid. Marm. Par. ep. 42. (41. Boeckh.), ubi archontis nomen in ΓΟΥΔΗΜΟΣ mutilatum est, coll. not. nostr. 191.

191) Χείλων πρῶτος Ἔφορος] Tradit e Sosicrate Pamphila ap. Diog. I, 68. γέγονε δὲ ἔφορος (ὁ Χείλων) κατὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Παμφίλη δέ φησι κατὰ τὴν ἕκτην (scil. καὶ ν')· καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου, ὥς φησι Σωσικράτης. Quem locum aperte corruptum alii aliter corrigunt. Casaubon. in Nott. ad l. l. p. 18, praeeunte Ambrosio et comprobantibus Meursio Arch. Ath. I. cp. 15 p. 49. Huebnero in Diogenis editione, Schultzio Spec. II. p. 13 not. 14., prius illud ἕκτην in πέμπτην, Corsin. Fast. Att. III. p. 104 in ἑβδόμην mutat. Contra servato illo priori ἕκτην, posterius Palmerius Exercitt. p. 446 in ἑξῆς, Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 93 b. in πέμπτην deflectit. Scaligeri correctionem miror probasse Clint. F. H. II, p. 3 ad a. a. Chr. 556. Hoc enim alterum ἕκτην tentari non posse, nunc evincit testimonium Marm. Par. ep. 42. (41 Boeckh.), ubi Euthydemi praetura in Ol. LVI, 1 refertur. Eadem Olympiade *floruisse* Chilonem testis est etiam Cyrill. adv. Iul. I. p. 13 A. Caeterum Chilon non primus fuit creatus Ephorus, Ephoris nondum ante constitutis, sed inter quinque Olymp. LVI, 1. Ephoros ordine primus, ἐπώνυμος, qui Lacedaemone annum notabat, ut Athenis Archon ἐπώνυμος. Vid. Palmer. l. l. coll. Menag. ad Diog. I, 68. Hoc tenendum inprimis in Eusebii explicatione, qui Olymp. V, 1. (Hieronymo interprete, Olymp. V, 4. Mai. Armen.) primam Ephororum institutionem, Olympiadi vero LV, 3. (Hieronym., Olymp. LVI, 4. Mai. Armen.) Chilonem Ephororum tunc principem assignare voluisse putandus est. Ex Eusebio sua hausit Syncell. p. 185 D. et 143 B. Quod priori loco addit Hieronymus, ***Ephororum magistratum inde ab Olymp. V, 1. per CCCL. annos Lacedaemone durasse***, deest in Armeniacis et suas habet difficultates, quas neque Scaligero, ducentos illos et quinquaginta annos omninoque Ephororum initium auctore Laërtio I, 68 a Chilone Olymp. LVI, 1. Eponymo computanti Animadvv. p. 72 b., neque Corsino, numeros ΦΝ pro ΤΝ in Eusebii textu corrigenti F. A. T. III. p. 9 seq., tollere contigit. Uterque enim Ephoros ultra Cleomenis III., a quo sublatos constat (vid. Plut. Cleom. cap. 7.), tempora extendit, et Scaliger quidem usque ad Olymp. CXLIII, 3., Corsinus vero usque ad Olymp. CXLII, 3. Sed Agidarum ille, qui Spartae regnaverunt, postremus (vid. Paus. III, 6, 5) iam Olymp. CXXXIX, 4. mortem obierat. Vid. Clint. F. H. II. Append. III. p. 233 Kr. Ac profecto retractat rationem suam corrigitque aliquatenus Scaliger Animadvv. p. 93 b. Rectius igitur magistratus ille Olymp. CXXXVIII, 3. desiisse existimabitur. Vid. *W. Wachsmuth* in Hellen. Alterthumskunde aus dem Gesichtspunkte des Staats. Hal. 1826—30. 8. I, 2,

σίχορος ὁ λυρικὸς ἐτελεύτησε[192]). *Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεποῦς τῆς ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ πόλεως λυρικὸς ἐγεννήθη κατά τινας, ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης διὰ τὸ ἡδύ. καὶ τὴν μνημονικὴν δὲ τέχνην εὗρε. προσεξεῦρε καὶ τὰ μακρὰ τῶν στοιχείων, καὶ διπλᾶ, καὶ τῇ λύρᾳ τὸν τρίτον φθόγγον*[193]).

β.

γ.

δ.

---

p. 421 et *C. F. Hermann.* in Griech. Staatsalterthümer p. 115 ed. III. coll. Prolegg. — Magis etiam quam Ephororum abrogatio eorum ambigua institutio est. *Lycurgo* eam vindicant Herod. I, 65, Pseudo-Plato Epistt. 8., Xenophon item personatus de Rep. Laced. 8, 3, Satyrus ap. Diog. I, 68, Stob. Serm. p. 288 ed. Gesn., *Theopompo* Plato Legg. III, 11. p. 692, ubi cf. Ast., Arist. Polit. V, 9, 1 Schn., Plut. Lyc. capp. 7. 27. Cleom. 10., Cic. de Rep. II, 33. de Legg. III, 77, Dio Chrysost. LVI. p. 565 ed. Morell. Par. a. 1604. fol. *Chiloni* Diogenes l. l. Theopompo, cui optime convenit tempus rei ab Eusebio ascriptum, patrocinantur recentiorum plerique, veluti *E. Platner.* in Tuebing. Iurist. Zeitschrift V, 1. p. 23, *C. W. Tittmann.* in Darstellung der Griech. Staatsverfassung. ed. Lips. a. 1822. 8. p. 104, *C. F. Hermann.* l. l. p. 104. — Fuerunt autem Ephori quinque numero (v. Xenoph. Ages. I, 36 coll. Hermann. l. l. p. 106 not. 1.), quorum primus omnium renunciatus est *Elatus.* Vid. Plut. Lycurg. 7. collatis in universum de hac re *Nic. Crag.* de Rep. Laced. gener. a. 1593. II. cap. 4, *I. Meurs.* Misc. Lac. II, 4, *I. C. F. Manso* Spart. I, 1. p. 243, Od. Muell. Dorr. II. p. 112, *K. H. Lachmann* in Spart. Staatsverfass. in ihrer Entwickelung und ihrem Verfall. Vratisl. 8. p. 161. Sed haec hactenus. Redimus ad *Chilonem*, qui ex Diogene l. l. et Suida s. v. *Χίλων Demageti* vel potius *Damageti*, ex Herod. VI, 65. *Demarmeni* filius fuit. Laudes eius persequitur Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. T. II. P. II. p. 82 ed. L. Dind. De scriptura nominis inter *Χείλων* et *Χίλων* variante vid. Menag. ad Diog. l, l.

192) *Στησίχορος ὁ λυρικὸς*] Auctor *Suidas* s. v. *Στησίχορος* Stesichorum Ol. LVI, 1. mortem obiisse. Caeterum cf. not. nostr. n. 120.

193) *Σιμωνίδης*] Suidas e Schol. Arist. Vespp. 1402. (1415) s. v. *Σιμωνίδης*, ait, *Λεωπρεποῦς* (*Λεωπρέπεος* Tzetz. Chil. I, 24, 620., rectius *Λεωπρεπέος* sec. ipsius Simon. Epigr. fr. 148, 6. 149, 2. ap. Th. Bergk. Poëtt. Lyr. Gr. p. 789 vel contracte *Λεωπρεποῦς*, uti habet praeter Suid. l. l. Marm. Par. ep. 54. Scaliger perperam *Λεωπρεπέως* scripserat.) *Ἰουλιήτης, τῆς ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ πόλεως, λυρικός, μετὰ Στησίχορον τοῖς χρόνοις, ὃς ἐπεκλήθη Μελικέρτης διὰ τὸ ἡδύ.* (Explicatio cognominis falsa est. Vid. Welcker. in Iahnii Ann. Philol. et Paedag. Tom. IX, 2. p. 150) *καὶ τὴν μνημονικὴν δὲ τέχνην εὗρεν οὗτος* (v. Cic. Orat. II, 86, 351 et Quint. XI, 2, 11 coll. C. G. Schneidew. in Simonid. Cei Reliqq. Brunsvig. a. 1835. 8. p. 11 — 16) *προςεξεῦρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν στοιχείων, καὶ διπλᾶ* (cf. Scal. Animadvv. p. 121 B. coll. iis, quos affert A. Matth. Gr. Gr. Tom. I. p. 22 ed. III.) *καὶ τῇ λύρᾳ τὸν τρίτον φθόγγον.* (Quod hic Simonides tertium lyrae tonum invenisse dicitur, error est Suidae ex Schol. Arist. l. l. assumtus, Simonidem lyricum cum cognomine musico confundentis cf. Schneidewin. l. l. p. LII.) *γέγονε δ' ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ἕκτης· οἱ δὲ ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς δευτέρας γεγράφασι* (quae auctorum discrepantia sic videtur componenda, ut Sim. Ol. LVI. natus esse, Ol. LXII. vero floruisse dicendus sit. Utrumque exprimit v. *γέγονε*, quod diverso sensu a diversis testibus usurpatum hic unice de nato Simonide intellexit Suidas), *καὶ παρέτεινε μέχρι τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης βιοὺς ἔτη πθ'. καὶ γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλεία, καὶ Ξέρξου ναυμαχία, καὶ ἡ* (*μὲν* inserit Schneidewin. l. l. p. 5) *ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία* (*ναυμαχία* delet Schneid.) *δι' ἐλεγείας* (*μελικῶς* protrahit Theod. Bergk. Anacr. p. 232), *ἡ δ' ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς*, (*δι' ἐλεγείας* id. Bergk. l. l. cf. Eiusd. Poët. Lyr. Gr. fr. I. p. 744) *θρῆνοι, ἐγκώμια, ἐπιγράμματα, παιᾶνες καὶ τραγῳδίαι* (has lyricas fuisse primum docuit A. Boeckh. Oec. Civv. Athen. II, 362 C. I. n. 1584. I. p. 765 coll. F. Th. Welcker. de Dram. Satyr. 243 sqq.) *καὶ ἄλλα.* De anno Simonidis natali consentit Cicero, qui de Rep. II, 10: *natus Simonides Olympiade sexta et quinquagesima*, scribit, quum ex Epigrammate ap. Schol. Hermog. p. 410 (ap. Bergk. Fr. 148.) coll. Marm. Par. ep. 54. (53. Boeckh.) Olymp. LV, 4., e chron. Pario ep. 48. (47. Boeckh.) Olymp. LV, 3. aut, si *ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη* ΡΔΔΔΔ de inchoato nonagesimo aetatis anno interpretari licet, Ol. LV, 4. lucem aspexerit. Cf. Schultz. Spec. II. p. 12 not. 12. Eusebius e diversis chronologis Simonidem lyricum mox Olymp. LX, 4. (vid. Syncell. p. 238 B.), mox Olymp. LXXIII, 3. (ex Hieronymo, Olymp. LXXXIII, 2. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 254 B.) *floruisse* dicit. Idem quod poetam nostram adeo Olymp. LV, 2. (sec. Hieronym., Olymp. LV, 4. sec. Mai. Armen. coll. Chron. Pasch. p. 143 A.) clarum habitum affirmat, *ἐγεννήθη* pro *ἐγνωρίζετο* scribere debebat. Quod idem valet de Cyrillo adv. Iul. I. p. 13 init., Simonidis *ἀκμὴν* cum anno eius natali confusam ad Olymp. LVI. referente. — Fuit autem praeter hunc Simonidem, ex Iulide oriundum, alter multo prior (c. Ol. XXIX. sec. Cyrill. adv. Iul. I. p. 12 C., c. Ol. XXIX, 2. sec. Euseb. Hieronym., Ol. XXVIII, 4. sec. Mai. Armen. coll. Clem. Alex. Strom. I. p. 333 B. et Syncell. p. 213 A.), Iamborum scriptor, Amorginus, quem Amorgi filium inepte nominat Tzetzes Chil. I, 24, 619. De huius Iambographi vita et poësi cf. Welck. in Mus. Rhen. a. 1835. cycl. III. p. 353 seqq. (ap. Bergk. p. 500 — 511.)

ΟΛ. ΝΖ. *Λάδρομος Λάκων στάδιον*[194]).
α. Καμάρινα ἡ ἐν Σικελίᾳ πορθεῖται κρατησάντων τῶν Συρακουσίων[195]).
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΝΗ. *Διόγνητος Κροτωνιάτης στάδιον*[196]). p. 317 b.
α. ΕΡΞΙΚΛΕΙΔΗΣ[197]). *Λᾶσος Χαρβίνου Ἑρμιονεὺς πόλεως τῆς Ἀχαΐας πρῶτος περὶ μουσικῆς λόγον ἔγραψε, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰςήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰςηγήσατο λόγους. Τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς ἀντὶ Περιάνδρου*[198]). *Κῦρος Σάρδεις εἷλε*[199]). *Θυρεατικὸς πόλεμος Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων*[200]). *Θαλῆς ἐτελεύτησεν*[201]). *Ἐν Τεγέᾳ τὰ Ὀρέστου ὀστᾶ κατὰ χρησμὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων εὑρέθη*[202]).

---

194) *Λάδρομος*] African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Cod. Armeniacus Lagramus appellat. *Λάγρομος* vult Niebuhrius.

195) *Καμάρινα*] Schol. vet. ap. Pind. Ol. V. v. 16, p. 121 et Schol. rec. ad eiusd. Od. v. 19. p. 122. Boeckh. Sed hallucinatur uterque. Condita est a Syracusanis Camarina Ol. XLV, 1. sec. Thucyd., eversa autem teste Scymno Chio v. 290 seq. post annos XLVI. i. e. Ol. LVI, 3. ab iisdem. Cf. nos ad Ol. XLV, 1. s. n. 142.

196) *Διόγνητος*] Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40 et Pausan. X, 5 extr.

197) *Ἐρξικλείδης*] Praetor Atheniensium Ol. LVIII, 1. ex Pausan. X, 5, 5.

198) *Λᾶσος*] Schol. Arist. Vespp. 1401. (1415. Lips.) et Suidas s. v. *Λᾶσος* (sic Schol., *Λάσος* Suid., *Λάσσος* Tzetz.) *Χαρβίνου* (*Χαβρίνου*· Aristox. ap. Diog. I, 42. *Χαρμαντίδου ἢ Σισυμβρίνου*· Diog. ipse l. l. *Λαβρίνης*· corrupte Tzetz. ad Lycophr. I. p. 251 ed. Chr. God. Mueller.) *Ἑρμιονεὺς πόλεως τῆς Ἀχαΐας γεγονὼς κατὰ τὴν νη'* (sic Enarr. com. cum Pariss. Suidae Mss. Ante Kuesterum in Lexicographo *η'* legebatur) *Ὀλυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου. Τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ζ' σοφοῖς ἀντὶ Περιάνδρου. πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς ἔγραψε λόγον, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰςήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰςηγήσατο λόγους.* Quae verba labem contraxisse nemo est quin videat; quippe cum Darius Hystaspis demum Ol. LXIV, 4. ad regnum pervenerit. Vid. Clint. F. H. II. p. 14 Kr. Vossius *de Poet. Graec.* Amstel. a. 1654. 8. p. 24. *ο'* pro *η'* corrigi vult, Larcherus *dans l'Histoire d' Hérodote traduite du Grec.* Tom. VI. p. 572 seq. *ξη'*. Aliam loci medelam reperisse sibi visus est Schultzius p. 22 not. 47, qui *γεγονὼς* per *natus* explicandum, Dariique Hystaspis et Lasi Hermionensis natales in Ol. LVIII. annum primum conferendos censet. Cf. Prolegg.

199) *Κῦρος Σάρδεις*] Tradit Solinus cp. I. p. 8 C. Salmas. *Olympiade octava et quinquagesima Cyrus intravit Sardes.* Quocum consentit Eusebius ap. Hieronymum Chron. lib. II. p. 127, quamquam idem ex aliis scriptoribus Sardes Ol. LVIII, 3. a Cyro captas refert. Vid. Hieronym. l. l., quem corfirmant Mai. Armen. p. 333 coll. Syncell. p. 240 A. Olympiadi LVIII. *Σάρδεων ἅλωσιν* etiam Suidas assignat s. v. *Ἀναξιμένης*, si quidem vera est Virorum Doctorum coniectura, *νη'* pro *νε'* in textu eius rescribentium, de quo iterum iterumque (Spec. I. p. 15 n. 33. II. p. 27 n. 50.) dubitat Schultzius. Ad Olymp. LVIII, 4. vel LIX, 1. Croesi mortem deprimunt Sosicratis ap. Diog. I, 95. (coll. not. nostr. n. 92.) calculi, et ad Ol. LIX, 3. adeo Marmor Parium ep. 43. ap. Boeckhium. Cum hac vulgari veterum Chronologorum ratione Herodotus pugnare I, 83—91 visus est Volneio *chronologie d' Hérodote* p. 30 seqq., qui docere studuit, ex Herodoti mente Sardes Olymp. LV, 4. a. Chr. 557. a Cyro expugnatas et Croesum proinde XIV. annorum totidemque dierum imperium (Herod. I, 86) Olymp. LII, 2. a. Chr. 571. auspicatum esse. Volneio se initio quidem addixit Schultz. Spec. I. p. 19 not. 35. et not. 39., post huius ut eum poeniteret assensus effecit Voemelii dissertatio chronologica *de aetate Solonis et Croesi* p. 25 sq., qua persuasum est V. D., secundum Herodotum Sardes Olymp. LVII, 1. a. Chr. 552. captas esse, initium vero regni a Croeso suscepti in annum Olymp. LIII, 3. vel 2. incidere. Cf. Spec. II. p. 9 seq. not. 9. Clintonus F. H. vero App. XVII. p. 311 Kr. Herodoti illud a chronographis dissidium nullum esse dicit, dummodo Croesus antequam inde ab Olymp. LV, 1 usque ad Olymp. LVIII, 3. solus imperitasset, iam a patre in regni societatem assumtus fuisse statuatur cum Wesselingio ad Herod. I, 30, Larchero ad Herod. I, 29, 30, Wyttenbachio ad Plut. Morall. I, 2. p. 934.

200) *Θυρεατικὸς πόλεμος*] Herodotus, postquam proelium ad Sardes commissum perscripsit, Croesumque obsessum legatos Lacedaemonem misisse dixit, sic pergit I. cp. 82: *τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης.* Coaevum igitur Sardibus a Cyro expugnatis bellum illud Thyreaticum posuit Herodotus. Eusebius et Solinus non item, quorum alter illud Ol. XIV, 4. (Mai. Arm. Ol. XV, 3.), alter vero cap. 13. anno Romuli XVII. i. e. Ol. XI, 1. assignat. Diremerunt litem trecenti lecti Lacedaemoniorum contra totidem Argivos pugnantes. Victoria illis obtigit. Meminerunt belli, quod praedixisse Sibyllam fama est apud Pausaniam X, 9, 12, praeter Herod. l. l., Pausan. II, 38, 5, Strab. I. p. 45 et VIII. p. 376 ed. Casaubon.

β. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὢν ἐτῶν ξδ´ [203]).
γ.
δ.
ΟΛ. ΝΘ. Ἀρχίλοχος Κερκυραῖος στάδιον [204]). Πραξιδάμας Αἰγινήτης πυγμήν [205]).
α. Κροῖσος ἐτελεύτησε [206]). Φερεκύδης ὁ Σύριος ἐγνωρίζετο [207]). Φωκυλίδης ἤκμαζε [208]).
β.
γ. Πρῶτος ὁ Σωγένης Αἰγινητῶν ἐνίκησε παῖς ὢν πεντάθλῳ τὴν ιδ´ Νεμεάδα [209]).
δ.
ΟΛ. Ξ. Ἀπελλαῖος Ἠλεῖος στάδιον [210]).
α. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος [211]) καὶ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἤκμαζον [212]). Ἱππῶναξ ἐγνωρίζετο [213]).

Stephanus, de urbis Thyreae situ: ἔστι δέ, inquit, τῆς Κυνουρίας (Κυνοσουρίας Thuc. IV, 56. V, 41) γῆς ἐν μεθορίᾳ τῆς Ἀργείας καὶ Λακεδαιμονίας. Cf. Manso de Spartan. republ. I, 1, 253 et I, 2, 327—339. et Muelleri Aeginett. p. 43. Dorr. I. p. 158. De diversa nominis Θυρέα scriptura cf. Wesseling. ad Diod. XII, 45. et Ruhnken. ad Timaei gloss. p. 74. Ceterum vid. Scal. Animadvv. p. 76 b. n. MCCXCVI. coll. Schultz. II, p. 18 not. 27., qui rationibus Herodoti expensis bellum Ol. $\frac{\text{LVI, 4.}}{\text{LVII, 1.}}$ a. Chr. n. 552. assignat.

201) Θαλῆς ἐτελεύτησε] Testantur Diogenes Laërt. I, 38. et Cyrill. advers. Iulian. I. pag. 12 D. Eusebius vero Ol. LVII, 3. (Hieronym., Mai. Armen. Olymp. LVIII, 2.) obiisse Thaletem tradit. Vixit sec. Diog. l. c. Thales LXXVIII., sec. Sosicratem apud Diog. l. l. XC., secundum chronic. Paschal. auctorem p. 143 C. XCI. annos. Cf. Schultz. I. p. 20 not. 38 et nostra ad Ol. XXXV, 1. s. n. 112.

202) Ἐν Τεγέᾳ] Nititur Scaliger testimonio Solini, qui cp. I. p. 7 A. Salmas. (p. 14. v. 34.): *Priscorum autem, ait, molem testantur etiam Orestis suprema, cuius ossa Olympiade quinquagesima et octava Tegeae inventa a Spartanis oraculo monitis didicimus implesse longitudinem cubitorum septem.* Meminit rei Paus. III, 3, 6, ubi vid. Siebelisii notam. Philostratus Heroic. p. 640. Par. Lacedaemonios ossa Orestis invenisse tradit ἐν Νεμέᾳ, quod nomen ex Τεγέᾳ corruptum videtur.

203) Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος] Apollod. apud Diog. Laërt. II, 2, cuius verba attulimus ad Ol. XLII, 3. s. n. 136. Vid. n. 185.

204) Ἀρχίλοχος Κερκυραῖος] Afric. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40.

205) Πραξιδάμας] Tradit Pausan. VI, 18, 5. Meminit eius victoriae etiam Schol. ad Pind. Nem. VI. v. 30. p. 469. Boeckh. ubi ἐκεῖνος, inquit, ὁ Πραξιδάμας, φησί, πρῶτος ἐγένετο τῶν Αἰγινητῶν πάντων Ὀλυμπιονίκης, ἢ τοῦ γένους ἑαυτοῦ.

206) Κροῖσος ἐτελεύτησε] Ad hunc annum Scaliger ascripsit Croesi mortem ex Sosicratis verbis perperam intellectis apud Diog. Laërt. I, 95. Assignanda erat potius mors Croesi Ol. LVIII, 4. Vid. not. nostr. 92.

207) Φερεκύδης ὁ Σύριος] In ἀκμῇ Pherecydis Syrii definienda auctorem sequitur Scaliger Diogenem Laërtium vit. Pherec. I, 121, quocum convenit Cyrillo adv. Iul. I. p. 13 A. Diversas aliorum sententias ascriptas habes ad Ol. XLV, 1, s. n. 145.

208) Φωκυλίδης ἤκμαζε] Sic Suidas s. v. Φωκυλίδης· Μιλήσιος φιλόσοφος σύγχρονος Θεόγνιδος· ἦν δὲ ἑκάτερος μετὰ χμζ´ ἔτη τῶν Τρωϊκῶν, Ὀλυμπιάδι γεγονότες νθ´. Cyrill. adv. Iul. lib. I. p. 13 A. idem tradit. Sed Eusebius Phocylidem floruisse scribit Ol. LX, 4. coll. Syncell. p. 238 B.

209) Πρῶτος ὁ Σωγένης] Huic victoriae celebrandae destinata est Pindar. Od. Nem. VII., ad quam Scholiasta p. 474 ed. Boeckh. haec commentatus est: Πρῶτος Σωγένης Αἰγινητῶν ἐνίκησε παῖς ὢν πεντάθλῳ κατὰ τὴν τεσσαρεςκαιδεκάτην Νεμεάδα. ἐτέθη δὲ ὁ πένταθλος πρῶτος κατὰ τὴν τρισκαιδεκάτην Νεμεάδα. Iam vero Nemeas quarta decima Scaligero, qui ludos Nemeos anno quoque Olympico primo et tertio celebratos et Ol. LIII, 1. primum actos arbitratur (cf. eius Animadvv. ad Euseb. p. 92 a et nostram ad Ol. LIII, 1. not. n. 180.) Ol. LIX, 3. fuit; nobis, qui Nemeades secundis et quartis Olympiadum annis actas censemus, in Ol. LIX, 4. cadere videbitur. Verum Sogenem Nemeade quarta decima vicisse omnino negant Viri Docti: quandoquidem sic ante Pindari tempora statuenda esset eius victoria. Quare L. Dissenius Expl. Pind. T. II. p. 416 et God. Hermannus, qui singularem de Sogenis Aeginetae victoria quinquertio parta disputationem scripsit Opusc. III. a. 1822. p. 22 seqq. νδ´ pro ιδ´, et νγ´ pro ιγ´ Scholiastae restituunt, ita ut quinquertium Ol. LXXIX, 2. ludis Nemeis ascitum et Sogenes Ol. LXXIX, 4. palmam eius meruisse videatur. Aliam rationem Scholiastam ab errore vindicandi iniit Corsinus Dissertatt. Agon. III, 3, quam tamen iusto fundamento destitutam iudicat Dissenius l. c.

210) Ἀπελλαῖος Ἠλεῖος] Afric. apud Euseb. χρον. λογ. p. 40.

211) Πυθαγόρας ὁ Σάμιος] Significat Scaliger Diogenis VIII, 45 calculos.

Pythagoras παίδων ἐξεκρίθη { Olymp. XLVIII, 1. Eratosth. et Phavor. ap. Diog. VIII, 47 coll. tamen Bernhard. Eratosth. p. 255 et Schultz. I. p. 33. not. 59. / Olymp. LI. Syncell. p. 239 coll. Schultz. l. l. et p. 28 not. 51., qui νγ´ pro να´ corrigit. }

β. *Αἰσχύλος τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη*[214]).
γ.
δ.
ΟΛ. ΞΑ. *Ἀγάθαρχος Κερκυραῖος στάδιον*[215]). *Ῥηξίβιος Ὀπούντιος παγκράτιον*[216]).

ἡλικίαν attigit Olymp. XLIX, 2. Antilochus ap. Clem. Strom. I. p. 309 B. C.

inclaruit
- Olymp. LX. Diog. VIII, 45.
- Olymp. LXI. Diod. Excc. de Virt. et Vit. Vol. II. P. II. p. 84 ed. L. Dind.
- Olymp. LXII. Tatian. adv. Gr. p. 141 Clem. Strom. I. p. 302 B. 332 A. Cyrill. adv. Jul. I, 13 A.
- Olymp. LXII, 2. Eusebius in Maii Arm. coll. Chron. Pasch. p. 143 A.
- Olymp. LXV, 1. Eusebius Hieronymianus.

iter instituit studiorum caussa
- Olymp. LII, 3. annos XVIII. natus sec. Iambl. vit. Pyth. p. 31 et 76 coll. 50. Th. Kiessl.
- Olymp. LIII, 3. secundum Schultz. Spec. I. p. 31 seq.

in Italiam proficiscitur, ut ibi scholam conderet
- Olymp. L. sec. Dionys. Antt. R. II, 121, 3, ubi *ἑξηκοστὴν* corrigit H. Valesius ad Diod. Excc. pag. 41, improbantibus Bentleio Opusc. p. 183 seq. et Schultz. Spec. I. p. 32 not. 59.
- Olymp. LIII, 3. sec. Bentleium l. l. p. 178 seqq. Dionys. l. l., Antilocho, Eratosthene, Livio I, 18 nixum.
- Olymp. LXII, 1. annus LVI. natus sec. Iamblichum p. 50 et 76, annos XL. secundum Aristoxenum ap. Porphyr. vit. Pyth. §. 9. p. 20 coll. Schultz. Spec. I. p. 34 not. 59., qui *πεντήκοντα* pro *τεσσαράκοντα* emendat. Olymp. LXII, $\frac{2}{3}$. Cic. de Rep. II, 15.
- Olymp. LXVI, 3. cum Hipparchus occideretur. Gell. N. A. XVII, 21, 6.
- Olymp. LXVII, $\frac{1}{4}$. Superbo regnante VII. iisdem fere temporibus, quibus Brutus patriam liberavit Cic. Tusc. I, 16, IV, 1.

vixit annos LXXX. . . . sec. Heraclidem Lembum ap. Diog. VIII, 44.
XC. . . . . sec. plerosque ap. eundem l. l. chronologos.
XC. . . . . sec. Tzetz. Chil. XI, 366, 95.
c. C. . . . . sec. Iamblich. cap. 36. p. 518.
CIV. . . . . sec. Phot. cod. CCXLIX.

obiit
- Olymp. LXX, 2. sec. Eusebium Maii Armen. coll. Sync. p. 247 C.
- Olymp. LXX, 4. sec. Eusebium Hieronymianum.

Cf., quos Kruegerus laudat ad Clint. F. H. II. p. 9, 11, *Meiners.* Gesch. der Wissenschaften in Griechenland und Rom. Tom. I. p. 304 — 372, *H. Ritter.* Gesch. der Pyth. Philosophie p. 3 seqq.

212) *Ξενοφάνης*] Ex testimonio Diog. Laërt. IX, 20. At Hieronymus eum ex duobus, ut videtur, diversis auctoribus, mox Ol. LVI, 4., mox Ol. LX, 4. clarum habitum esse refert. Consentiunt Maii Armeniaca, nisi quod sub prioris Olympiadis LVI. anno non 4., sed 1. Xenophon pro Xenophane appellatur. Postremo a Diogenis calculo VI. Olympiadum prochronismo discedit scriptor chron. Paschal. p. 267 Bonn. = p. 143 ed. Paris. Cf. not. nostr. n. 127. et 227.

213) *Ἱππῶναξ ἐγνωρίζετο*] Hipponax [*Ἱππώναξ*, non, ut Schweighaeuserian. Athen. cod. A., Greg. Cor. p. 629, Galen. in Gloss. p. 405. Franz. aliquoties, Etymologus autem et Bekk. Anecd. Gr. constanter scribunt, *Ἱππῶναξ*: cf. Fr. Theoph. Welck. Hippon. et Ananii Fragm. p. 1. not. 1. Gotting. 1817. 4.], *Πύθεω* filius (Suid. s. v. *Ἱππώναξ*), Ephesius (Strab. lib. XIV. p. 441, 58.), iambi, qui dicitur, *σκάζοντος* inventor (Clement. Alex. Strom. lib. I. p. 300 D.), secundum Plinium N. H. XXXVI, 5., quem sequitur Scaliger, Ol. LX. floruit (*Hipponactis — quem certum est fuisse Olympiade sexagesima.*), sec. Suid. Croesi et Cyri temporibus. Sic et auctor Marm. Parii eum Sardium expugnationi i. e. Ol. LIX, 3. supparem posuit. A quibus ingenti prochronismo dissentientes Eusebius (Hieronymi) et Cyrillus advers. Iul. lib. I. p. 12 C. Hipponactem alter Ol. XXIII, 1., alter circa Ol. XXIX. inclaruisse scribunt. Vitam extendit usque ad Darii tempora secundum Proclum ad calcem Hephaestionis p. 380 Gaisf. Cf. Schultz. II. p. 27 not. 51.

214) *Αἰσχύλος τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη*] Scaliger, ut in Animadvv. p. 99 b. ipse profitetur, secutus est auctorem vit. Aeschyl., qui Aeschylum annos LXIII. natum diem supremum Ol. LXXVI, 1. obiisse tradit. Hinc ubi retro supputaveris annos LXIII., invenies annum natalem Aeschyli Ol. LX, 2. At illud testimonium sine dubio corruptum est. Vid. Boeckh. de trag. graec. princ. p. 47 — 50. Item labem contraxere etiam haec Vitae Aesch. verba: *γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα*, ubi *κατὰ τὴν ξ' Ὀλ.* legendum esse censet Scal. l. l. Corsinus F. Att. III. p. 119 sententiam auctoris Marm. Parii amplexus, qui ep. 49. Aeschylum in pugna Marathonia annos natum XXXV. certasse testatur, annum eius natalem ponit Ol. LXIII, 4. Atque consentit Clint. F. H. II. p. 15. ad ann. a. Chr. 525. Kr.

215) *Ἀγάθαρχος*] African. apud Euseb. *χρον. λογ.* pag. 40 et Dionys. Rom. Antiqu. IV. pag. 244 (cp. XLI.).

216) *Ῥηξίβιος*] Testatur Pausan. VI, 18, 4.

α. *Θέσπις πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξε*[217]).

β.

γ.

δ. ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ[218]). *Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν κατέχει*[219]).

ΟΛ. ΞΒ. *Ἐρυξίδας Χαλκιδεὺς στάδιον*[220]). *Μίλων Κροτωνιάτης πάλην, ὃς νικᾷ Ὀλύμπια ἑξάκις, Πύθια ἑξάκις, Ἴσθμια δεκάκις, Νέμεα ἐννάκις*[221]).

α. *Πυθαγόρας ἤκμαζε*[222]), *καὶ Σιμωνίδης ὁ λυρικὸς κατά τινας γέγονε. καὶ παρέτεινε μέχρι οη' Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτη πθ'. Καὶ γέγραπται αὐτῷ Δωρίδι διαλέκτῳ ἡ Καμβύσου, καὶ Δαρείου βασιλεία, καὶ Ξέρξου ναυμαχία δι' ἐλεγείας, ἡ ἐν Σαλαμῖνι. μελικῶς θρῆνοι, παιᾶνες, ἐγκώμια, ἐπιγράμματα, καὶ ἄλλα*[223]).

β.

---

217) *Θέσπις πρῶτον*] Suidas s. v. *Θέσπις ἐδίδαξε δέ*, inquit, *ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ' Ὀλυμπιάδος*. Sed fidem si habemus Plutarcho (de Audiendis Poetis II. p. 16 A. coll. vit. Solon. cp. 29), quum Thespis movere coepisset tragoediam reique novitate multitudinem allexisset, Solon quoque audiendi et discendi studio captus agentem Thespidem spectavit, quin, auctore Diog. vit. Sol. I, 59, quum eius dramatis *ἀνωφελῆ ψευδολογίαν* contineri intellexisset, eum ne tragoedias doceret, impedivit, ita ut Thespis ante Ol. LV, 2, quo anno obiisse Solon dicitur (cf. quae ad Ol. L, 1. ascripsimus s. n. 169.), docere fabulas coepisse putandus sit. Nolumus tamen hanc urgere consequentiam, utpote lubricis admodum nixam fundamentis. Certe Solonem adeo Ol. LXIII. superstitem fuisse, idonea ad persuadendum disputatione efficit Nic. Bach. in Crit. p. 7 seq. not. ad Philostr. cf. eiusd. Solon. p. 1 — 3. (Bonn. 1825.) Praeterea omnis de Thespide et Solone fabula fictiticia visa est viris doctis, et in his omnium longe sagacissimo Ric. Bentl. in Diss. Phal. p. 303 seq. ed. Lips., quem secutus est Aug. Boeckh. orat. 1812. p. 12. Vid. Welcker. Epimetr. ad Trilog. Aesch. not. 213. p. 258, qui p. 255 aliter statuit de Plutarchi narratiuncula, quam et ad rem apte inventam dicit, et a Bentleio temere spretam miratur p. 258, Diogenem tantummodo ineptum appellans in eo, quod Thespidem fecit a Solone vetitum fabulas docere. Cf. de Thespide chron. Parium ep. 44. (43. Boeckh.) et Schultz. II. p. 39 not. 87.

218) *Ἡρακλείδης*] Dionys. Rom Antiquitt. IV. cp. 41. p. 244 Ol. LXI. a. 4. gessisse praeturam Athenis perhibet *Ἡρακλέα*. Meurs. Arch. Ath. lib. I. cp. 15. p. 51 apud Dionys. *Ἡρακλείδου* reponi iubet ex nostra Olympiadum Descriptione. Sed Scaliger mera de coniectura *Ἡρακλείδην* in opusculum suum intulit pro librorum *Ἡρακλέους*: ac rectius forsan scripserit *Θηρικλέους*. Certe Thericles Ol. LXI. Athenis Archon fuit, ut est apud Diodor. Excerptt. de virtutt. et vit. ed. Dind. Vol. II. P. II. p. 84: *ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θηρικλέους κατὰ τὴν ξα' Ὀλυμπιάδα Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο*. Vid. Henr. Vales. ad l. l.

219) *Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος*] Tradit iisdem verbis Dionysius Hal. Roman. Antiquitt. l. l. Regnavit Tarquinius Superbus ex plerorumque calculo annos XXV. Eusebius tamen et Maii Arm. p. 333 et Hieronymi (chron. lib. II. p. 127) eum inde ab Ol. LVIII, 1. (Hier., Ol. LVIII, 3. M. A.) annos XXXV. regnasse scribit, videlicet decennium, quod Servio abstulerat, largiens Tarquinio.

220) *Ἐρυξίδας*] African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 40. Eryxiam appellat, invitoque Scaligero irrepsisse *Ἐρυξίδας* evincit eius Olympionicarum Descriptio p. 345. Sed fortasse Iamblichum hoc loco respexit Scaliger, cui huius Olymp. victor Eryxidas est p. 76. Vid. Bentl. Diss. Phal. p. 189 ed. Lips.

221) *Μίλων Κροτωνιάτης*] Verba sunt Africani apud Euseb. l. modo citato. Meminerunt victoriarum eius Pausanias, Diodorus, Suidas aliique: sed in numero victoriarum dissentiunt ab Africano. Pausanias enim (VI, 14, 2.) *ἐγένοντο δέ*, inquit, *τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν, Πυθοῖ δὲ ἔν τε ἀνδράσιν ἓξ καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν· ἀφίκετο δὲ καὶ ἕβδομον παλαίσων ἐς Ὀλυμπίαν*. Ex Pausan. VI, 14, 5 — 8 Bekk. repetierunt, quae sub vv. *Μίλων, ταινία, φρόνημα* prodit Suidas cum Schol. ad Aristoph. Ran. v. 55. Confirmat sex victorias Olympicas Diod. Sic. lib. XII, 9, a quo Milo dicitur *ἑξάκις Ὀλύμπια νενικηκώς*, sed in Simonidis lyrici epigr. Anthol. Pal. T. II. p. 631. *Πίσῃ ἑπτάκι νικήσας*, ubi an *ἑξάκι* pro *ἑπτάκι* scribendum sit, necne dubius haeret Siebel. ad Pausan. l. ! adnot. T. III. p. 52. *Septimam* (victoriam) *sibi assignavit ipse, et non illiberalis poëta Ceus*: F. G. Schneidew. Sim. Cei carm. Reliqq. Brunsvig. a. 1835. Prolegg. p. XXIX. coll. p. 206. Vid. Krausii l. l. et Diog. Laërt. VIII, 39. Cic. de senect. 10, 33. Solin. cp. IV. p. 13. Strabo VI. p. 181 cet. Argum. Theocrit. Idyll. IV. auctori, Milonem Ol. VII. Olympiae lucta vicisse affirmanti, *τῇ ἑβδόμῃ καὶ ἑξακοστῇ* recte cum Casaubono restituunt VV. DD.

222) *Πυθαγόρας ἤκμαζε*] Ex testimonio Tatiani Or. adv. Gr. cap. 63. p. 141, Cyrilli advers. Iul. I. p. 13 AB., Clementis Alex. Strom. I. p. 302 et 332 A. Diversas aliorum de aetate Pythagorae sententias recensuimus ad Ol. LX, 1. s. n. 211.

223) *Σιμωνίδης ὁ λυρικὸς*] Suidae sunt verba s. h. n., quorum partem ad Ol. LVI, 1., partem nostro

γ.
δ.
Ὀλ. ΞΓ. Παρμενίδης Καμαριναῖος στάδιον[224]).
α. Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος χρονογράφος ἤκμαζεν[225]). Ἀναξιμένης ὁ Μιλήσιος φιλόσοφος ἐγεννήθη[226]).
β. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος φιλόσοφος ἤδη ἐτῶν ἐνενήκοντα δύο γεγονὼς ἐγνωρίζετο ἐν τῇ Ἑλλάδι[227]).
γ. Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς τὸν βίον κατέστρεψε βασιλεύσας ἔτη νε΄[228]). p. 318 a.
Καμβύσης τὴν Αἴγυπτον παρεστήσατο[229]).
δ.

---

loco apposuit Scaliger. Caeterum observandum, Virum Doctum e coniectura scripsisse: *Ξέρξου ναυμαχία δι᾽ ἐλεγείας, ἡ ἐν Σαλαμῖνι. μελικῶς θρῆνοι κτλ.* pro Suidae verbis *Ξέρξου ναυμαχία, καὶ ἡ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ ναυμαχία, δι᾽ ἐλεγείας. ἡ δ᾽ ἐν Σαλαμῖνι μελικῶς. Θρῆνοι κτλ.*, de quibus vid. not. nostr. n. 193.

224) *Παρμενίδης*] Testes Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodor. I, 68 extr., cuius verba mox apponemus s. n. 228.

225) *Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος*] Theagenem Rheginum Cambysis temporibus floruisse memoriae prodiderunt *Tatianus* Orat. adv. Graec. cp. 48. extr. p. 105 seq. et *Eusebius* Praepar. Evangel. lib. X. cp. 11. p. 491 Viger. Atqui Cambyses Ol. LXII, 3. teste Eusebio Persarum regnum adeptus est. Scaliger igitur ex probabilitate Theagenis *ἀκμὴν* anno Cambysis tertio assignavit. Vid. Prolegg.

226) *Ἀναξιμένης — ἐγεννήθη*] Nititur Scaliger testimonio Apollodori apud Diog. Laërt. II, 3. Vid. not. nostr. ad Ol. LIV, 1. s. n. 185.

227) *Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος*] Defendat sua Scaliger ipse. Is enim illustres Xenophanis versus, quos not. 127. attulimus, sic commentatur in Animadvv. p. 96 b: ***XXIII. Olympiadas numerat a natali suo. Si secundum hunc locum Eusebii scribebat illa Olympiade LX, natus fuerit Olympiade XXXVII., obierit Olympiade LXII. desinente, aut LXIII. ineunte. Censorinus scribit maiorem annorum C. obiisse, quod convenit iis, quae modo diximus. Nam CIV. annos ut minimum vixisse videtur.*** Haec scilicet infausta hora composuit Vir Summus. Alioquin hercle nonagesimum tertium Xenophanis annum non cum eius *ἀκμῇ* contendisset. Sed interdum etiam dormitat Homerus. Propius ad poëtae mentem accessit Welckerus Cycl. epic. p. 401 seq. n. 646., cuius egregiam animadversionem, turpibus, credo, typothetae mendis liberatam, huc transcribere iuvat. ***Die Bekanntwerdung der Ideen*** (*φροντὶς*) ***des Philosophen in Hellas beginnt ganz natürlich mit der Auswanderung desselben aus Phokäa, als er 25 Jahre alt war. Diese war sehr wahrscheinlich bewirkt durch den Harpagos, auf welchen Cousin*** (in Nouveaux fragmens philosophiques p. 13.) ***sehr glücklich die Worte aus den Parodieen*** (ap. Athen. II. p. 54 E.) *πηλίκος ἦσθ᾽ ὅθ᾽ ὁ Μῆδος ἀφίκετο;* ***zu beziehen gelehrt hat. Zu Ol. LX, 1.*** (Ol. LIX, 2. potius Phocaeenses ab Harpalo obsessi patriam reliquerunt secundum Hieronymum coll. Herod. I, 164 sq.) ***aufgerechnet 67 Jahre, machen die 76 Ol. voll; und Timäos, der im Chronologischen und, wo er unpartheiisch war, im Sicilischen nicht zu verachten ist, setzt den Xenophanes in die Zeit des Tyrannen Hieron und des Epicharmos*** (ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 301 C.) ***Simonides soll von ihm*** *κίμβιξ* ***genannt worden sein*** (*Schol. Aristoph. Pac.* 698.), ***wobei auch an die Zeit des Hieron gedacht wurde. Mit unserer Rechnung stimmt überein, dass Hieronymus Ol. LVI.*** (anno 4., Mai. Armen. anno 1.) ***hat: Xenophanes Colophonius clarus habetur*** (*ἐγνωρίζετο*), ***Ol. LX.*** (anno item 4.) ***aber: Simonides lyricus et Phocylides clari habentur, et Xenophanes physicus, scriptor tragoediarum: denn der zweite Ansatz, womit des Diogenes*** (IX, 20.) *ἤκμαζε* ***(gleich unbestimmt)*** *κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλ.* ***überein kommt, gründet sich gerade auf die Persischen Eingriffe, wie aus den Worten der Theol. Arithm. p. 40 sich ergiebt —*** *ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν μέχρι Ξενοφάνους τοῦ φυσικοῦ καὶ τῶν Ἀνακρέοντός τε καὶ Πολυκράτους χρόνων καὶ τῆς ὑπὸ Ἁρπάγου τοῦ Μήδου Ἰώνων πολιορκίας καὶ ἀναστάσεως, ἣν Φωκαεῖς φυγόντες Μασσαλίαν ᾤκισαν,* ***und dann geht der erste nur mit geringem Irrthum (für LIII, 4.) das Geburtsjahr des Xenophanes an, der nur wenige Jahre älter als Simonides sein würde. Für Apollodor*** (qui Xenophanem Ol. XL. natum ponit. Vid. n. 127.) ***streitet Schneidewin in Zimmermann's Zeitschr. für Alterthumswiss. 1834. S. 735, indem er mit Karsten*** (Xenoph. Carm. rel. p. 11) ***die Angabe des Diogenes*** (IX, 18): *οὗτος ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἐν Ζάγκλῃ τῆς Σικελίας διέτριβε καὶ ἐν Κατάνῃ,* ***aus unbekannten Umständen, vielleicht allzufreien Aeusserungen über die Sitten seiner Mitbürger, erklärt, und allzufrei annimmt, dass derselbe auch Hellas durchzogen habe, als Rhapsode seiner eigenen Gedichte auftretend. Die in Hellas herumgehende*** *φροντὶς* ***aber ist für jene Zeit sicher nicht angemessen; auch war im 25. Jahre das Hauptwerk, wovon der Alte doch allein hier sprechen könnte, noch nicht geschrieben. Der andern Vermuthung in Betreff des*** *τὰ ἑαυτοῦ ἐρραψῴδει* (IX, 18.) ***steht ebenfalls die Jugend des angeblich Verjagten entgegen.***

228) *Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτ.*] Diod. Sicul. I, 68 extr. affert haec: *βασιλεύσας δ᾽ ἔτη πέντε πρὸς τοῖς πεντήκοντα (ὁ Ἄμασις) κατέστρεψε τὸν βίον, καθ᾽ ὃν χρόνον Καμβύσης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης Καμαριναῖος.* Hinc annum Amasidis ultimum cum Ol. LXIII, 3. computavit Eusebius (Hieronymi, Ol. LXIII, 4. Mai. Arm.), annis regni variatis, in quibus alii quoque chronologi inter se dis-

ΟΛ. ΞΔ. Εὔανδρος Θεσσαλεὺς στάδιον[230]).
α. ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ[231]). Οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κυμαῖοι πολλὰς Τυρρηνῶν, καὶ Ὀπικῶν μυριάδας ἐνίκησαν[232]).
β. Ἡ σελήνη ἐξέλειψεν ζ' ἔτει Καμβύσου[233]).
γ.
δ.

ΟΛ. ΞΕ. Ἀκοχᾶς Ταραντῖνος στάδιον[234]). Τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος ἐδοκιμάσθη. τοὺς δραμόντας ἀσπίσι πρῶτος Δημάρατος ἐκράτησεν Ἡραιεύς[235]).
α. Πίνδαρος ἐγεννήθη[236]). Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου Μιλήσιος ἱστορικὸς Πρωτα-

---

sident. Eusebius Amasidi dat XLII., Herodot. III, 10 una cum Africano apud Syncell. p. 60 D. Venet. = p. 75 Paris. XLIV., Syncell. p. 168 C. Ven. = p. 210 Par. (Euseb. Scal. p. 47, 4.) L., solus Diodorus l. l. LV. Caeterum Amasis Eusebio et ap. Syncell. p. 76 C. et Maii Armeniaco p. 105. 332 seqq. Ἄμωσις dicitur.

229) Καμβύσης] Tradit Diodorus verbis modo ascriptis, quibuscum cf. Herod., qui lib. III. cp. 14. Psammenitum mense septimo postquam Amasidi patri successerat, (ἓξ μῆνας βασιλεύσαντα, Herod. l. l., sexto mense African. apud Syncell. p. 60 D. Venet. = p. 75 Paris., qui eum Psammecheritem appellat) a Cambyse victum, Aegyptumque in ditionem redactam scribit. In Olymp. LXIII, 3. Aegypti per Cambysem occupationem confert e Diodoro Eusebius (Hieronym., Ol. LXIII, 4. Mai. Armen.), in Olymp. LX, 1. auctor chron. Paschal. p. 144 D. Paris. = p. 270 Bonn.

230) Εὔανδρος] Testis est African. apud Euseb. χρον. λογ. p. 41. Θετταλὸς ex cod. Armen. restituendum esse videtur.

231) Μιλτιάδης] Auctore Dionysio Hal. Rom. Antiquitt. VII. p. 419, 1. Sylb. Ol. LXIV, 1. praeturam Athenis gessit Miltiades.

232) Οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν] Ex loco Dionys. Hal. modo laudato p. 418 extr. seq., ubi haec leguntur: ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μιλτιάδου, Κύμην τὴν ἐν Ὀπικοῖς Ἑλληνίδα πόλιν, ἣν Ἐρετριεῖς τε καὶ Χαλκιδεῖς ἔκτισαν, Τυρρηνῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον κατοικοῦντες, ἐκεῖθέν θ' ὑπὸ τῶν Κελτῶν ἐξελαθέντες σὺν χρόνῳ, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὀμβρικοί τε καὶ Δαύνιοι καὶ συχνοὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων, ἐπεχείρησαν ἀνελεῖν, et paullo inferius: καὶ οὕτως ὄντες τὸν ἀριθμὸν ὀλίγοι, τὰς τοσαύτας ὑπέστησαν μυριάδας. Scaliger igitur brevitatis studiosus pro Umbris, Dauniis caeterisque barbaris τοὺς Ὀπικοὺς posuit, quod nomen apud Graecos omnes gentes Italiae inferioris barbaras complectebatur. Cf. B. G. Niebuhr. Hist. Rom. Tom. I. p. 69 ed. alterius.

233) Ἡ σελήνη] Septimo Cambysis anno i. e. teste Hieronymo chron. lib. II. p. 128. Ol. LXIV, 1. (rectius statueris Ol. LXIV, 3. coll. de annis Cambysis regni Clint. F. H. II. p. 14 ad a. a. Chr. 521.) defecisse lunam auctor est Ptolem. μεγάλ. συντάξ. lib. V. cp. 14. p. 341 ed. Halma. Cf. de illo deliquio lunari Scal. Emendat. tempp. V. p. 402 et Petavii Doctrin. Tempp. lib. X. cp. 15.

234) Ἀκοχᾶς Ταραντῖνος] Auctor African. apud Euseb. χρον. λογ. p. 41: sed scribendum videtur Ἄνοχος ut sit tanquam Ἰσχόμαχος quidam, qui Ol. LXVIII. et LXIX. stadio Olympia vicit. Cod. enim Armen. apud Auch. P. I. p. 291 eum appellat Anachum, quod nomen levi mutatione in Ἄνοχος mutari debet ex Pausan. VI, 14, 5. Quamquam enim Pausanias non indicat Olympiadem, qua Ἄνοχος ὁ Ἀδαμάτα Ταραντῖνος σταδίου καὶ διαύλου νίκην reportaverit, dubitari tamen nequit, quin idem sit, atque noster Ἄνοχος Ταραντῖνος. Cf. Krausii Olymp. p. 244. 239.

235) τῶν ὁπλιτῶν ὁ δρόμος] Verba sunt Pausaniae V, 8, 3. Meminit rei etiam Africanus l. l. his verbis: προσετέθη ὁπλίτης (vel ὁπλιτοδρόμος Schol. Pind. ad Pyth. IX. Argum. p. 401 Boeckh.) καὶ ἐνίκα Δαμάρητος (Δαμάριτος Cramer. Anecd. Paris. P. II. p. 145 vulgari η et ι vocalium permutatione, Damerutus Aucher. Armen. I. p. 291) Ἡρακλείδης, pro quo Ἡραιεὺς reponendum esse indicant Aucheri Armen. l. l. De eodem Δημαράτῳ vel Δημαρήτῳ (vid. Eustath. ad Hom. Odyss. η'. v. 54. p. 1567 coll. Sturz. de Nominibb. Graec. V. p. 10 sq. VI. p. 13) cf. Pausaniae praeter l. l. etiam VI, 10, 2. VIII, 26, 2. X, 7, 7. Diversi a nostro Demarato sunt Δαμάρετοι illi apud Paus. V, 5, 1. VI, 6, 1. VI, 14, 5, quamquam noster quoque constanter per ε in paenultima, in prima autem nunc (V, 8, 10. VIII, 26, 2. X, 7, 7.) per η, nunc (VI, 10, 4) per α scribitur ab Imm. Bekkero. Caeterum armatus cursus ὁπλίτης δρόμος Pindaro Isth. I, 23. Boeckh. eiusque Schol. ad c. l. v. 1. p. 401 Boeckh. et Pausaniae VIII, 26, 2, ὁπλιτῶν ὁ δρόμος vel ὁ τοῦ ὁπλίτου δρόμος eidem Paus. V, 8, 3. VI, 10, 2, ὁπλιτικὸς δρόμος Schol. Pind. Olymp. XIII, 51. p. 275. Boeckh., ὅπλον denique Africano ad Ol. LXVII. et, indicante Scaligero in Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 428 a, Artemidoro, Heliodoro, aliis appellatur.

236) Πίνδαρος ἐγεννήθη] Ex Suida, qui s. v. Πίνδαρος· Θηβαῖος, inquit, Σκοπελίνου υἱός, κατὰ δέ τινας, Δαϊφάντου, ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές. ὁ γὰρ Σκοπελίνου ἐστὶν ἀφανέστερος καὶ προγενὴς Πινδάρου. Τινὲς δὲ καὶ Παγωνίδου ἱστόρησαν αὐτόν. Μαθητὴς δὲ Μυρτίδος γυναικός, γεγονὼς κατὰ τὴν ξε' Ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν ὢν ἐτῶν μ' i. e. Ol. LXXV, 1. quo eum floruisse scribit Diod. Bibl. XI, 26. Clinton. F. H. II. p. 17 Kr. Olymp. LXV, 3. in lucem editum ponit Pindarum, qui Boeckhio iudice Pind. II, 1, p. 14. Ol. LXIV, 3., mense Munychione ipsis Pythiis (Plut. Symp. VIII, 1) natus, Ol. LXXXIV, 3. mortuus est.

γόρου ἀκουστὴς ἐγνωρίζετο, ὅστις πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε. Τότε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος ἱστοριογράφος [237]). Μελανιππίδης Κρίτωνος Μήλιος διθυραμβοποιὸς ἤκμαζε [238]).

β.

γ.

δ. Οἱ Πεισιστρατίδαι Ἀθηνῶν ἐξεώσθησαν [239]).

ΟΛ. ΞϚ. Ἴσχυρος Ἱμεραῖος στάδιον [240]). Κλεοσθένης Ἐπιδάμνιος ἅρματι [241]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΞΖ. Φανᾶς Πελληνεύς, ἤτοι Πριηνεύς, πρῶτος ἐτρίσσευσε στάδιον, δίαυλον, ὅπλον [242]).

---

237) *Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου*] Suidas s. v. *Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου* (v. Herod. V, 125. VI, 137) *γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος ἐπὶ τῆς ξέ Ὀλυμπιάδος, ἱστοριογράφος* (*λογοποιὸς* sec. Herod. II, 143. V, 36. 125) . . . *καὶ ἦν ἀκουστὴς Πρωταγόρου* (in Scal. textu typothetae errore legebatur *Πρωτειόρου*. *Πυθαγόρου* pro *Πρωταγόρου* scribit Sevin. dans les Mémoires de l'Acad. Roy. des Inscriptt. Vol. VI. p. 474 et proponit dubitanter Schultz. Spec. II. p. 21 not. 42. Utrique lectioni temporum rationes adversari ostendit Creuzer. in Hist. Graec. antiquiss. fr. p. 4 — 16, quamquam neutram habere negat, quo probabiliter defendatur) *ὁ Ἑκαταῖος. πρῶτος δὲ ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε.* de quibus postremis vid. Prolegg. Creuzerus Suida graviorem Herodotum V, 36 secutus auctorem Hecataei *ἀκμὴν* cum belli Ionici initiis Olymp. LIX, 1. computat, natalemque eius annum una cum Larchero (in Tab. chronol. ad calcem interpretationis Herodoti) Olymp. LVII, 4. figit p. 3 seq. Vid. Clinton. F. H. II. ad a. a. Chr. 520. 501. — De Dionysio cf. Prolegg.

238) *Μελανιππίδης*] Hausit Scaliger ex Suida s. v. *Μελανιππίδης· Κρίτωνος, γεγονὼς κατὰ τὴν ξέ Ὀλυμπιάδα, Μήλιος. ἔγραψε δὲ διθυράμβων βιβλία πλεῖστα.* Sed corruptus est Suïdae locus. Vid. Prolegg.

239) *Οἱ Πεισιστρατίδαι*] Auctorem Scaliger secutus est Eusebium, qui Hipparchum, Pisistrati filium, Athenarum tyrannum, Ol. LXV, 1. (Hieronym., Ol. LXV, 3. Mai. Armen.) ab Harmodio et Aristogitone interfectum tradit. Iam vero, quum ex Herod. V, 55 et Thucyd. VI, 59 coll. Plat. Hipparch. p. 229 B. et Schol. Arist. Lysistr. 619. (— *ἐπὶ ἔτη γ', οἱ δὲ δ'.*) Hippiam occiso fratre et ipsum quarto tyrannidis anno eiectum esse constet, necessario supremus Pisistratidarum Ol. LXV, 4. aufugerit. Verum enim vero Eusebii de Hipparcho occiso testimonium fide indignum est, unde fit, ut etiam Hippiae fuga in alium annum referenda esse videatur: qua de re cf. not. nostr. ad Ol. L, 1. s. n. 169: ubi tyranni fugam Ol. LXVII, 3 aut 2. ponendam esse docuimus. Vid. Corsin. Fast. Att. III. p. 123, Clinton. Fast. Hellen. II. ad a. a. Chr. 510. Append. X. p. 220 Kr., Boeckh. in canon. ad Marmor. Parii ep. 45. Corp. Inscriptt. II. p. 337.

240) *Ἴσχυρος Ἱμεραῖος*] Testis est Afric. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41.

241) *Κλεοσθένης Ἐπιδάμνιος*] Nititur Scaliger testimonio Pausaniae lib. VI. cp. 10. §. 2.

242) *Φανᾶς Πελληνεὺς*] Africanus apud Euseb. Scal. l. c. *ἑξηκοστὴ ἑβδόμη*, inquit, *Φανᾶς Πελληνεὺς στάδιον· πρῶτος ἐτρίσσευσεν δίαυλον, ὅπλον.* Interpres Armen. ap. Aucher. I. p. 292, etsi nomen victoris duplici N Phannas edens nobis minus probatur (v. alium Phanam Messenium *δολιχοῦ* victorem ap. Paus. IV, 17, 5.), tamen ante *δίαυλον* verbum *στάδιον* inserendum esse recte indicat. Quod nec in Graeco textu excidit nisi errore Scaligeri vel typographi. Legi enim illud in cod. Paris., cum haec Olympiadum Descriptio, tum Crameri Anecd. II. p. 145 fidem faciunt. Caeterum Scaliger supra *ἤτοι Πριηνεὺς* de suo addidit, mendum scilicet, quod in verbo *Πελληνεὺς* latere videbatur, amoturus. Quum enim Oebotas, qui Olymp. VI[ta] primus ex Achaeis Olympia vicerat, nullum apud cives suos eo nomine praecipuum honorem esset adeptus (*γέρας οὐδὲν ἐξαίρετον* Pausan. VI. 17, 5.), imprecatus esse fertur Achaeis, ne quis unquam eorum in posterum palmam Olympicam reportaret. Quam execrationem quum ratam fieri viderent Achaei, utpote quorum nemo inde ab Ol. VI. usque ad Ol. LXXX. praemio Olympico ornaretur, Olymp. LXXX. oraculo Delphico admoniti Oebotae manes statua, in eius honorem Olympiae posita, placarunt, quo facto Sostratus, Pellenensis, pueros stadio vicit. Cf. Pausan. VII. 17, 3 — 6. cum Siebelisii et nostr. ad Ol. LXXX, 1. annotatione. Ad hanc igitur narrationem respiciens Scaliger *Πριηνεὺς* pro *Πελληνεὺς* scribendum esse coniecit. Krausio Olymp. p. 350 magis arridet *Παλληνεὺς*, Arcas ex urbe Pallene. Mihi tota ista Pausaniae narratio non tanti aestimanda videtur, quandoquidem etiam Ol. LXXI. Pataecus ex Dyme Achaeorum oriundus *κάλπῃ* vicit, eodem teste Pausania V, 9, 1. Quare *Πελληνεὺς* Eusebii non tento, confirmatum illud etiam locupletis Arm. cod. (p. 148 ed. Mediol.) auctoritate. Cf. tamen not. ad Ol. LXXI. s. n. 268.

α. *Φρύνιχος Ἀθηναῖος τραγικὸς ἐνίκησε*[243]).
β.
γ. *Οἱ Κροτωνιᾶται, Μίλωνος τοῦ ἀθλητοῦ στρατηγοῦντος, ἐπιφανεστάτῃ μάχῃ τοὺς Συβαρίτας ἐνίκησαν, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν διαρπάσαντες παντελῶς ἔρημον ἐποίησαν*[244]).

---

243) *Φρύνιχος Ἀθηναῖος*] Tradit Suidas s. v. *Φρύνιχος· Πολυφράδμονος* (Schol. ad Arist. Ran. v. 750.) *ἢ Μινύρου, οἱ δὲ Χοροκλέους* (hoc patris nomen ad insipidas easdem grammaticorum facetias referendum arbitror, quae etiam Arionis patrem genuere *Κυκλέα*. Vid. et not. 120.), *Ἀθηναῖος, τραγικός, μαθητὴς Θέσπιδος, τοῦ πρώτου τὴν τραγικὴν εἰςενέγκαντος. ἐνίκα τοίνυν ἐπὶ τῆς ξζ'* (sic etiam Eudoc. p. 428.) *Ὀλυμπιάδος*. Cyrill. adv. Iul. I. pag. 13 B. Phrynichum tragicum cum Choerilo Ol. LXXIV. floruisse scribit, cuius eiusdem Olympiadis anno 2. (Hieronym., 3. Mai Arm.) illa nomina ascribit Eusebius. Ante Aeschylum eum floruisse dicit Schol. Arist. Ran. v. 941. In universum vide de hoc Phrynicho eiusque tragoediis Welcker. Mus. Rhen. Suppl. II, 1. p. 23—25. Praeter Phrynichum tragicum fuit et comicus eiusdem nominis, qui Ol. LXXXVI. primam fabulam docuit: secundum Suidam, cui tamen *πζ'* pro *πς'* ex Anonymo de comoed. p. XXIX. Lips. restituendum censent Meinek. Histor. crit. com. graec. p. 147 et Clinton. F. H. II. n. 76. Kr. De tertio Phrynicho saltatore videas eundem Meinek. p. 148 seq. disserentem.

244) *Οἱ Κροτωνιᾶται*] Verba sunt Diodori, XII, 9. ad Ol. LXXXIII, 3. Ita enim ille: *στρατευσάντων δ' ἐπ' αὐτοὺς τῶν Συβαριτῶν τριάκοντα μυριάσιν, ἀντετάχθησαν οἱ Κροτωνιᾶται δέκα μυριάσι Μίλωνος τοῦ ἀθλητοῦ ἡγουμένου.* Et cap. 10. *τῶν δὲ Κροτωνιατῶν διὰ τὴν ὀργὴν ζωγρεῖν μὲν μηδένα βουληθέντων, πάντας δὲ κατὰ τὴν φυγὴν τοὺς ὑποπεσόντας ἀποκτεινάντων, οἱ πλείους κατεκόπησαν· τὴν δὲ πόλιν διήρπασαν καὶ παντελῶς ἔρημον ἐποίησαν.* Addit deinde LVIII. annis post Sybarim a Thessalis instauratam, post annos vero V. iterum vastatam, eiusque loco Thurios conditos esse Ol. LXXXIII, 3. Ex hoc igitur calculo Sybaris Ol. $\frac{\text{LXVII, 4.}}{\text{LXVIII, 1.}}$ a Crotoniatis duce Milone eversa, et Ol. LXXXII, 2. a Thessalis instaurata est. Cur igitur cladem eius Ol. LXVII, 3. intulit Scaliger? Nae eodem Diodoro duce, qui alio loco lib. XI, 90 ad Ol. LXXXI, 4. Thurios conditos esse scribit sex annis post restitutam a Thessalis Sybarim, eamque restitutionem Ol. LXXXI, 4. annis post prius per Crotoniatas excidium LVIII. factam esse tradit. Hos vero calculos secuto Scaligero prius profecto Sybaris excidium Ol. LXVII, 2. vel 3. assignandum erat.

Sed ego mihi nunquam persuadere potui, Diodorum tam infirma fuisse memoria, ut quod paullo ante affirmasset, paullo post se affirmasse nesciret, aut tam rudem mathematicum, ut ne simplicissimi quidem subducendi calculi calleret artem. Dudum igitur cogitavi, quomodo eius modo monstrata hallucinatio tolleretur. Medelam tandem obtulit accuratior capp. 88—91. lib. XI. consideratio, inter quae Ol. LXXXII. annum 1. excidisse constat. Animadvertit lacunam Petr. Wesselingius, eiusque inter cap. 90. et 91. sedem indicavit, ita ut capp. 88. 89. 90. ad Ol. LXXXI, 4. pertinere, capiteque 91. ad archontem Antidotum Ol. LXXXII, 2. transiliente, totius Ol. LXXXII. anni primi facta interiisse putanda essent. Secutus est Wesselingium Lud. Dindorfius in novissima Diodori editione. Vereor ut recte. Ego certe hiatum priori loco et quidem in verbis cap. 88. *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Τολμίδης ὁ ἕτερος στρατηγὸς εἰς τὴν Εὔβοιαν παρελθὼν ἄλλοις χιλίοις πολίταις τὴν τῶν Ναξίων γῆν διένειμε* deprehendisse mihi videor. Quid enim? Cur opus est ut in Euboeam transiret, qui colonos in Naxum deduceret? Deinde Tolmides, teste Paus. I, 27, 5., non solum in Naxum, sed etiam in Euboeam colonos, nec porro mille illuc, sed quingentos dumtaxat deduxit, referente Plutarcho vit. Pericl. pag. 158 B. Sensit difficultates istas Wesselingius, et coniectura sua *ταύτην καὶ τὴν τῶν Ναξίων γῆν* facile sustulisset omnes, nisi in universum probabile esset, plura illo loco Diodorum de Tolmide attulisse. Quid est enim, quod eum inde a lib. XI. cap. 84. usque ad lib. XII, 6 gessisse prodat? Persequamur singula. Primum Tolmides, praefectus classi Atticae, Myronidae gloriam aemulaturus, Laconicam Olymp. LXXXI, 1. adit, nemini ante vexatam, Methonam capit, expugnat Gythium, Lacedaemoniorum denique ibi navalia incendit. Hinc in Cephalleniam delatus omnes eius urbes subiicit. Regressus deinde Naupactum occupat, ibique illustres Messeniorum viros, a Lacedaemoniis aequo foedere dimissos, collocat Ol. LXXXI, 1. Diod. XI, 84. Per totum annum insequentem in Boeotia moratur, itemque forsan Ol. LXXXI. annum 3. Saltem nulla res a Tolmide gesta apud Diodorum reperitur. Tandem cap. 88. Ol. LXXXI, 4. recurrit Tolmidae mentio verbis supra allatis: quibus accedit lib. XII, 6 mortis, quam apud Chaeroneam ab ipso captam Ol. LXXXIII, 2. obierit, indicium. Haec tota est Tolmidae historia, quatenus a Diodoro exhibetur. De captis vero ab eo Euboea Cytherorumve insula (Paus. I, 27, 5), vel de expugnata Corinthiorum Chalcide (Thuc. I, 108 fin.) eiusve in Sicyoniorum fines expeditione (Paus. l. l. et Thuc. l. l.) ne verbum quidem additur. Atqui de his omnibus, quo loqueretur Diodorus, cap. 88. aptus erat locus. Quare longe certissimum est illo, quem significavimus, loco post verba *ἄλλοις χιλίοις πολίταις* vel ante ea magnam figendam esse lacunam, quae etiam anni 1. Ol. LXXXII. gesta hausit pleraque. Servata tamen ex eo anno indicabis, quae inde a verbis cap. 88. *κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν κτλ.* usque ad cap. 90. extr. enarrantur. Hoc concesso prior Diodori de Sybaris fatis expositio cap. 90. lib. XI. non amplius ad Ol. LXXXI, 4, sed ad Ol. LXXXII, 1. pertinebit, quam cum altera lib. XII. cap. 9. seq. Ol. LXXXIII, 3. comparatam illustremus, hoc usi stemmate:

δ.

Ολ. ΞΗ. Ἰσχόμαχος ὁ Κροτωνιάτης στάδιον[245]. *Οἱ Φειδώλου παῖδες κέλητι*[246].
α. ΙΣΑΓΟΡΑΣ[247]. *Πρῶτοι ὕπατοι ἐν Ῥώμῃ κατέστησαν, βασιλέων καταλυθέντων*[248].

Diod. XI. cap. 90. ad Ol. LXXXII, 1.

Κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν μετὰ τὴν (Olymp. LXVII, 3.) *κατασκαφὴν τῆς Συβάρεως ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν ὕστερον ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα* (i. e. ipso anno 1. Olymp. LXXXII.) *Θετταλὸς συναγαγὼν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Συβαριτῶν ἐξ ἀρχῆς ᾤκισε τὴν Σύβαριν, κειμένην ἀνὰ μέσον ποταμῶν δυοῖν, τοῦ τε Συβάριος καὶ Κράθιος. ἀγαθὴν δ' ἔχοντες χώραν ταχὺ ταῖς οὐσίαις ἐπηύξησαν. κατασχόντες δὲ τὴν πόλιν ἔτη ἓξ ἐξέπεσον ἐκ τῆς Συβάρεως.* (i. e. *ἔτει ἕκτῳ*, Olymp. LXXXIII, 2. Nisi forte sic scriptum erat a Diodoro: *ἔτη ε' ἐξέπεσον*, corruptela ita progrediente, ut abolita primum *E* littera vocabulum *ἐξέπεσον* disiunctum in *ἓξ ἔπεσον* abiret: unde post inscitus librarius *ἓξ ἐξέπεσον* emendans, scilicet mirum quantum sibi mentem Diodori perspexisse visus est.)

Diod. XII. cap. 10. ad Ol. LXXXIII, 3.

Τὴν δὲ πόλιν διήρπασαν καὶ παντελῶς ἔρημον ἐποίησαν (sc. *οἱ Κροτωνιᾶται* Olymp. LXVII, 3.). *ὕστερον δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα Θετταλοὶ συνῴκισαν* (i. e. Olymp. LXXXII, 1.), *καὶ μετ' ὀλίγον ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐξέπεσον, πέντε ἔτεσιν ὕστερον τοῦ δευτέρου συνοικισμοῦ, κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς.* (i. e. circa ea, in quibus sermo versatur, tempora, Olympiade nimirum media LXXXIII., et quidem, si accuratius rimeris, non III., sed II. a.) (*ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου συνῳκίσθη*, haec verba anxii lectoris additamentum redolentia sine dubio ex margine in textum irrepserunt. Delenda igitur sunt.) *καὶ μετὰ βραχὺ* (i. e. post unum fere annum) *μετασταθεῖσα εἰς ἕτερον τόπον προςηγορίας ἑτέρας ἔτυχε* (Olymp. LXXXIII, 3.).

Conditi igitur sunt Thurii e Diodori calculis Ol. LXXXIII, 3. Repugnant Diodoro Dionys. vit. Lys. vol. V. p. 452 et Scriptor vit. Lys. in Vitis X. Oratt. p. 835 C., quorum uterque, accurate examinatus, Thurios Ol. LXXXIV, 1., Archonte Athenis Praxitele, Atheniensium auxilio e ruinis resurrexisse affirmat. Hos ut cum Diodoro componerent, alii aliam tentarunt viam. Et Wesselingius quidem ad Diod. XII, 10. p. 484, 55. fatendum esse dicit, aut statim Lysiam, quem Ol. LXXXIV, 1. Thurios commigrasse laudati vitae eius scriptores tradunt, iter non fuisse ingressum, sed urbe paene instaurata, aut consilia reficiendae urbis agitari cum maxime fuisse coepta, legatosque Lacedaemonem et Athenas super ea re missos, qui demum Athenienses in operis societatem pellexerint. Quorum illud mihi satis probabile esse videtur. Verum Ioannes Theodorus Voemelius in Prolus. Examin. Solemn. Francof. ad Moen. a. 1833. 4., qui de anno, quo Thurii conditi sint, singularem conscripsit disputatiunculam, fidem duobus, quos diximus, vitae Lysianae auctoribus addicens, Diodori textum lib. XII. cap. 10. his vexat interpretationibus et coniecturis p. 7. *ὕστερον δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα Θετταλοὶ συνῴκισαν. καὶ μετ' ὀλίγον ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐξέπεσον, ἓξ* (quod pro *πέντε* e lib. XI. cap. 90. brevi manu adduxit) *ἔτεσιν ὕστερον τοῦ δευτέρου συνοικισμοῦ, κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιρούς, ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου.* (*συνῳκίσθη.* delendum e sent. Voem.) *καὶ μετὰ βραχὺ* (i. e. post duos annos) *μετασταθεῖσα κτλ.* Nimirum Sybarim paullo post Thessalorum Ol. LXXXI, 4. restitutionem, h. e. sex annis post, eo tempore et Archonte Callimacho, de quo ibi egerit Diodorus, Olymp. LXXXIII, 3. iterum a Crotoniatis eversam esse. Paullo post id tempus, i. e. post duos annos, scil. Olymp. LXXXIV, 1. a. Chr. 444. coloniam Atheniensium Thurios missam esse. Ut taceam de *πέντε* invitis cunctis codicibus in *ἓξ* mutato: calculi ne sic quidem sine arbitrio subducti sunt. Neque enim ab Ol. LXXXI, 4. usque ad Ol. LXXXIII, 3. sex, sed septem anni numerantur, neque si Ol. LXXXI, 4. cum a. a. Chr. 452. computatur, cur Ol. LXXXIII, 3. cum a. a. Chr. 446. computandus sit, ullam caussam video. Quidni, hercle, urbs uti vere inc. refici coepta, ita ineunte aestate deleta esse sumatur? Quod vero idem Vir D. verba *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Καλλιμάχου* eiicienda putat, lubenter astipulamus, quamquam nobis quidem eorum quisquis fuit auctor non *κατὰ τοὺς ὑποκειμένους καιροὺς* iis explicare, sed brevi ista notula tempus cap. 10. complexus memoriae et oculis consulere voluisse videtur.

Vide Scaligerum de Sybaris fortuna exponentem in Olymp. Descript. ad Ol. LXXXI, 4., LXXXIII, 3., LXXXIV, 1., qui dici vix potest quantum fucum fecerit Ph. Cluvero Ital. antiq. tom. II. p. 1269. Cf. et Clint. II. p. 54 seq. ad a. a. Chr. 443. Theodori Muelleri vel Lud. Schilleri libellos, qui nuper a. 1839. praemio philosophorum Gottingensium excitati de Thuriorum republica alter, alter de rebus Thuriorum commentatus est, inspicere non potui.

245) *Ἰσχόμαχος*] Testatur Dionysius Antiquitt. Roman. lib. V. p. 277, 26. Pro *Ἰσχόμαχος* Africanus ap. Euseb. *Ἑλλ. Ὀλ.* ed. Scal. I. p. 218., Armeniaca Aucher. I. p. 292., Cram. Anecd. Par. II. p. 145. *Ἰσόμαχος* praebent: quam scripturam in II. Thesauri editione p. 41 e Dionysio correxit Scaliger.

246) *Οἱ Φειδώλου παῖδες*] Hausit Scaliger ex Eleorum monumentis ap. Pausaniam VI, 13, 6.

247) *Ἰσαγόρας*] Archon fuit Athenis teste Dionysio Antiquitt. Rom. lib. I. p. 61, 8. et lib. V. init. Confirmat Marmor. Oxoniense ep. 47.

248) *Πρῶτοι ὕπατοι ἐν Ῥώμῃ*] Scaliger in tanta testimoniorum diversitate Dionysii Antiquitt. Rom. lib. I. p. 68, 8 et lib. V. p. 277, 19 computationem amplexus est, quam omnium optimam ipse iudicat

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΞΘ. Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης το δεύτερον[249]). Θετταλὸς Κορίνθιος πεντάθλῳ καὶ σταδίῳ[250]).

α. ΑΚΕΣΤΟΡΙΔΗΣ[251]). Ἡράκλειτος Ἐφέσιος ὁ Σκοτεινὸς ἐπικαλούμενος ἐγνωρίζετο[252]). Κύναιθος Χῖος πρῶτος Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, ὡς Ἱππόστρατός φησι[253]).

β.

γ. Ἡ σελήνη ἐξέλειψεν ἔτει κ' Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου[254]). Ἱπποκλῆς Θετταλὸς τὴν κβ' Πυθιάδα ἐνίκησε διαυλοδρόμῳ[255]).

δ.

Canon. Isagog. III. p. 297. Dionysium in definiendo consulum Romanorum initio toto quadriennio antevertit Eusebius.

249) *Ἰσχόμαχος*] Dionysius Roman. Antiquitt. lib. V. p. 305, 13. coll. Afric. *Ἑλλ. Ὀλ.* p. 41. Vid. not. nost. n. 245.

250) *Θετταλὸς Κορίνθιος*] Testatur Scholiastes Pindari ad Ol. XIII. p. 267. Boeckh. *Τριςολυμπιονίκαν*] *παρ' ὅσον τρεῖς νίκας αὐτοῖς συμβέβηκε γενέσθαι τῷ μὲν παιδὶ δύο κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν πεντάθλῳ καὶ σταδίῳ ἀγωνισαμένῳ· τῷ δὲ πατρὶ, Θεσσαλῷ τοὔνομα, πρῶτον ἐν ξθ' Ὀλυμπιάδι.* Itaque Thessali fil., Xenophon, stadio et quinquertio vicit incerta Olympiade (LXXIX?), Thessalus autem ipse Olympiade quidem certa (LXIX.), sed incerto certaminis genere (*diaulo aut dolicho*. Cors. F. A. III. p. 132. *aut diaulo aut dolicho aut armato cursu aut puerili stadio*. Boeckh. Expll. Ol. XIII. p. 211). Scaliger filii victorias perperam patri attribuit Thessalo, quem aeque perperam *Θέτταλος* pro *Θετταλὸς* ediderat. Neque enim nomen proprium a gentili diversum fuit. Vid. Carol. Lehrsii egregium de Aristarchi studiis Homericis librum capite de accentibus, p. 283.

251) *Ἀκεστορίδης*] quinto anno post exactos Roma reges Archon fuit Athenis ex Dionysii Antiquitt. Roman. lib. V. p. 305, 11, ubi *ἐνιαυτῷ δὲ*, inquit, *πέμπτῳ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ἐννάτη καὶ ἑξηκοστή, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι δὲ τὸ δεύτερον ἄρχων Ἀκεστορίδης.* Quae verba sine dubio sic transponi voluit Scaliger: *ἣν τὸ δεύτερον ἐνίκα στάδιον Ἰσχ. Κρ., Ἀθήνησι δὲ ἄρχων Ἀκεστορ.* Cf. Schultz. in Apparatus ad Ann. Crit. rer. Gr. Spec. III. vernaculo sermone scripto (*Beitrag zu genaueren Zeitbestimmungen der Hellenischen Geschichten von der 63. bis zur 72. Olympiade*) Kilon. a. 1841. 8. p. 30.

252) *Ἡράκλειτος Ἐφέσιος*] Testis est Diogenes IX, 1. *Ἡράκλειτος Βλύσωνος* (*Βλόσωνος ἢ Βλεύτωνος* Suid., *Βαύσωνος* Clem. Alexandr. Strom. I. p. 302 B.) *ἤ, ὥς τινες, Ἡρακίοντος* (*Ὡρακίνου* Suid.), *Ἐφέσιος· οὗτος ἤκμαζε μὲν κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Diogenem excripsit Suidas s. v. *Ἡράκλειτος* stemm. II. Clem. Alex. Strom. I. p. 332 B. Heraclitum simpliciter post Pythagoram vixisse ait. Eusebius e diversis historicis eum nunc Olymp. LXX, 1. (Hieronym., Olymp. LXIX, 3. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 238 C.) nunc Olymp. LXXX, 1. (Hieronym., Olymp. LXXX, 3. M. A. coll. Syncell. p. 254 A.), nunc Olymp. LXXXI, 1. (Hieronym., Ol. LXXXI, 2. M. A. coll. Syncell. p. 254 C.) floruisse scribit. Eusebium secutus Cyrillus advers. Iulian. I. p. 13 B. *Ἡρακλείδην* (leg. *Ἡράκλειτον*) *τὸν ἐπίκλην σκοτεινὸν γενέσθαι* testatur Olymp. LXX. De huius cognominis ratione vid. testimonia a Menagio ad Diog. IX, 6 diligenter collecta. Heraclitum ex Orpheo multa mutuatum esse insimulat Clem. Alex. Strom. VI. p. 629 A. In universum de hoc philosopho cf. Fr. Schleiermacheri disputat. in Museo Antiquitat. a Wolfio et Buttmanno edit. Vol. II.

253) *Κύναιθος Χῖος*] Hippostratus apud Schol. Pindar. ad Nem. II. p. 445 Boeckh. *ἦν δὲ Κύναιθος Χῖος κτλ.... οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν.* Pindari Scholiastam compilavit Eustath. ad Hom. Il. ed. Lips. a. 1827. 4. p. 6, suppressis tamen numeris. Cum Cynaetho idem est *Κιναίθων*. Vid. Welck. cycl. ep. p. 242 seq. not. 382. coll. Prolegg.

264) *Ἡ σελήνη*] Tradit Ptolemaeus *μεγ. συντ.* lib. IV. cp. 8. p. 269. Halma. Annus autem regni Darii Hystaspis vicesimus incidit in Ol. LXIX, 3. (Ol. LXIX, 4. Mai. Arm.) Vid. Euseb. Praep. Evang. X, 9 et ap. Hieronym. II. p. 135 coll. Scaligeri de Emendat. Tempp. lib. V. p. 403.

255) *Ἱπποκλῆς Θετταλὸς*] Tradit Scholiastes Pind. Argum. ad Odam Pyth. X. p. 410 Boeckh. *Ἱπποκλέᾳ* (Haec enim forma *Ἱπποκλέας* sec. eund. Schol. l. l. verior est, quam Scaligeri *Ἱπποκλῆς*) *Θεσσαλῷ παιδὶ διαυλοδρόμῳ* dedicatam: *ἦν μὲν τὸ γένος ὁ προκείμενος νικηφόρος Θεσσαλός, πόλεως δὲ Πελινναίου· ἐνίκησε δὲ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν Πυθιάδα* (In textu Scaligeri *τὴν β' Πυθιάδα* pro *τὴν κβ' Πυθιάδα* expressum fuit errore typographi.). Et deinceps: *ἐνίκησε δὲ καὶ οβ' καὶ ογ' Ὀλυμπιάδα.* Pythias vicesima secunda incidit in Ol. LXIX, 3. Pythiadum initio ab Ol. XLVIII, 3. computato. Sed indignum semetipso errorem commisit Scaliger in verbo *διαυλοδρόμῳ*, quod victoris est, non certaminis. Scribere debebat aut *διαυλοδρόμος*, aut *διαύλῳ*.

ΟΛ. Ο. Νικίας ὁ Λοκρὸς ἐξ Ὀποῦντος στάδιον[256]. Τῆς ἀπήνης δρόμος ἐτέθη[257]. p. 318 b.
Θερσίας ὁ Θεσσαλὸς ἀπήνῃ πρῶτος[258].

α. ΜΥΡΟΣ[259]. Ζήνων Ἐλεάτης ἤκμαζεν[260]. αἱ Λατίνων πόλεις ἀπὸ τῆς φιλίας τῶν Ῥωμαίων ἀπέστησαν[261]. Ἀριστόδημος ὁ ἐπίκλην Μαλακὸς τῆς Ἰταλιώτιδος Κύμης τυραννεύει[262]. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐγεννήθη[263]. Πρατίνας Πυρρωνίδου, ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας ἀντηγωνίζετο Αἰσχύλῳ, καὶ Χοιρίλῳ[264].

---

256) *Νικίας*] Sic dedit ex coniectura Scaliger (cf. eius Nott. ad Graec. Euseb. p. 428 a.) pro *Νικαίστας*, uti est apud African. in Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Idem restituendum esse Dionys. Rom. Antiquitt. V. p. 316, 16. Sylburgius censuit (in Nott. p. 36 b.), ubi legitur *Νικαίας*. Scaligeri coniecturam confirmat interpr. Armen. apud Auch. P. I. p. 292.

257) *Τῆς ἀπήνης δρόμος*] Testatur Pausanias lib. V, 9, 1. coll. Bentl. Dissert. Phalarid. p. 238 ed. Lips. Caeterum *ἀπήνη*, interprete Schol. Pind. Olymp. V, 6. p. 119 Boeckh., *ἅρμα* est *ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν*.

258) *Θερσίας*] Rhedae mularis cursu primus vicit *Θερσίας Θεσσαλὸς* secundum Pausaniam V, 9, 1, primus certare instituit *Ἀσάνδραστος* secundum Schol. Pind. Olymp. V, 6. Scholiastae *Ἀσάνδραστον* in *Θέρσανδρός τις* refingit idque nomen *Θερσίου* nomini synonymum dicit Bentleius Opusc. p. 238 ed. Lips., parum accurate ille quidem, ut iudicat Boeckhius ad Schol. l. l. p. 119 not. 1. Cf. not. infra 386.

259) *Μύρος*] Archon fuit Athenis Olymp. LXX, 1. secundum Dionysium AA. RR. V. p. 316, 17.

260) *Ζήνων Ἐλεάτης*] Zeno natura quidem Teleutagorae (Diog. IX, 25 coll. Ign. Rossii commentatt. Laërtian. §. LXVI. p. 190, cuius correctionem recepit H. G. Huebnerus in Diog. edit. vol. II. p. 351, et Suid. s. v. *Ζήνων* lemm. I.), adoptione autem Parmenidis (Diog. l. l.) filius, Elea oriundus (Strab. VI. p. 174, 18), Parmenidis (Alcidamas ap. Diog. VIII, 56, Diog. IX, 25, Clem. Alex. Strom. I. p. 301 D., Suid. l. l.) vel Xenophanis (Suid. l. l.) discipulus, Periclis praeceptor (Plut. Pericl. cap. 4.), floruit *κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα* ex Diog. IX, 29 ed. Froben. et Steph. nec non cod. Arund., *κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν* sec. ed. Aldobrand., Menag., Huebner. Priorem lectionem expressit Scaliger. Alteri tamen, quae Zenonem in inferiora tempora deprimit, patrocinantur chronologi, quorum nonnulli, quos Suidas l. l. adhibuit, Olymp. LXXVIII., alii vero ab Eusebio excripti nunc Olymp. LXXXI, 1. (Hieronym., Olymp. LXXXI, 2. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 254 C.), nunc Olymp. LXXXVI, 1. (Hieronym., Olymp. LXXXVI, 4. M. A. coll. Sync. p. 257 C.) Zenonem inclaruisse testantur. Necatus est in tormentis cum Nearchi vel Diomedontis vel Demyli, Eleatarum tyranni, interficiendi consilium in irritum cecidisset. Vid. Laërt. IX, 26. cum Menagii nota. Adde Diod. Excerpp. Vatic. 42. Vol. III. p. 36 seq. ed. L. Dind. coll. Kruegero ad Clint. F. H. II. a. a. Chr. 492.

261) *Αἱ Λατίνων πόλεις*] Dionysius Hal. AA. RR. l. l. sub Ol. LXX, 1. haec habet: *ἀπέστησαν αἱ Λατίνων πόλεις ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων φιλίας.*

262) *Ἀριστόδημος*] Aristodemus, Aristocratis fil., vir non obscuri generis, qui a civibus nominabatur *ὁ Μαλακός* (Dionys. AA. RR. VII. p. 418, 36 seqq.), Cumanorum tyrannidem occupavit anno vicesimo post Miltiadis apud Athenienses praeturam vel post Olymp. LXIV, 1. (v. Dion. l. l. p. 418 extr. coll. p. 420, 32) anno vero decimo quarto ante T. Geganii Macerini, P. Minucii apud Romanos consulatum vel post Olymp. LXXII, 1. a. U. c. 262. (v. Dion. l. l. p. 417 init. coll. p. 426, 36) i. e. Olymp. LXVIII, 4. Scaliger igitur si Aristodemi auspicia indicare voluit, V. annorum metachronismum commisit.

263) *Ἀναξαγόρας*] Testis Apollodorus ap. Diog. II, 7. Anaxagoram, Hegesibuli (Diog. II, 6 Clem. Alex. Strom. I. p. 301 A. Suid. s. v. *Ἀναξαγόρας*) vel Eubuli (Diog. II, 6) F., Clazomenium (Strab. XIV, p. 444, 13), *γεγενῆσθαι . . . τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης.* Quorum numerorum alterum corruptum esse nemo non videt. Obiit enim Anaxagoras annos natus non 32, sed (sec. Diog. II, 7) 72, quorum ei duo inepte demit Suidas l. l. Priorem Olympiadem, quae anni Anaxagorae natalis index est, in *ἑξηκοστῇ* deflectit Casaubonus Nott. p. 30. Sed illam vindicat et Laërtius ipse l. l. et Demetrius Phalereus ap. Laërt. l. l., quorum consensu Anaxagoras circa Xerxis transitum vel Calliae praeturam i. e. c. Olymp. LXXV, 1. — perperam enim Calliae annum Olymp. LXXXI, 1. intelligit H. Ritter. in Hist. phil. Ion. p. 204 vid. not. nostr. 308. — vicenarius fuit. Verum vidit Scaliger, qui, uti ad Olymp. LXXXVIII, 1. not. 506. apparebit, *ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης* pro *ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης* emendandum censuit. Eandem coniecturam praeeuntibus Meursio Att. Lectt. III, 27. de Arch. Ath. II, 12. p. 13 et Petavio Ration. Tempp. I, 3 cap. 8. proposuit Heynius Apoll. Fragm. p. 1091. Mirum autem, quod quibus annis Anaxagorae vitam circumscribit Apollodorus, eorum altero quidem natali Ol. LXX, 1. Eusebius (Hieronym., Olymp. LXIX, 3. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 238 C.), altero vero emortuali Olymp. LXXXVIII, 1. Origenes in Philosophicis ap. Menag. ad Laërt. II, 7. Anaxagoram floruisse scribit. Quorum Eusebium chronologi, quem excripsit, verbum *γέγονε* fefellit. Idem philosophum nostrum obisse ait Olymp. LXXIX, 4. (Hieronym., Olymp. LXXIX, 3. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 254 C.), constanter scilicet inhaerens semel adoptatae rationi. Caeterum de Anaxagora, Anaximenis discipulo, vid. Diog. II, 6., Strab. l. l., Clem. Alex. l. l., Cic. De Nat. Deor. I, 11. coll. not. nostr. 185.

264) *Πρατίνας*] Suidas s. v. *Πρατίνας* totidem verbis, et s. v. *Αἰσχύλος*, ubi tamen perperam *θ'*

β.
γ.
δ. *Λεωτυχίδης βασιλεύει Σπάρτης ἔτη κβ'* 265).

ΟΑ. ΟΑ. *Τισικράτης Κροτωνιάτης στάδιον* 266). *Δρόμος κάλπης εἰσήχθη* 267). *Πάταικος Ἀχαιὸς ἐκ Δύμης πρῶτος κάλπῃ* 268). *Πυθαγόρας κέλητι* 269). *Ἐξαίνετος Ἐμπεδοκλέους Ἀκραγαντίνου υἱὸς πάλῃ. ὁ αὐτὸς κέλητι* 270).

---

pro ο' scribitur. Sustulerunt mendum Meurs. de Archontt. Athen. lib. II. cp. 2. p. 55, nixus scilicet Anonymo suo et Petit. Misc. III, 14 Tom. I. p. 165. Idem Meurs. l. l. apud auctorem Aeschyli vitae Scholiis praemissae, ubi: *συνεχρόνισε δὲ Πινδάρῳ κατὰ τὴν μ' Ὀλυμπιάδα* legitur, recte rescribit *κατὰ τὴν ο' Ὀλ.* Vid. Clint. F. H. II. p. 23 Kr. et Welck. Mus. Rhen. Suppl. II, 1. p. 17 seq. coll. Prolegg.

265) *Λεωτυχίδης*] Diodorus XI, 48 init. Leotychidem, Proclidam sive Eurypontidam, Ol. LXXVI, 1. diem obisse supremum tradit, anno regni vicesimo secundo. Calculis igitur retro subductis auspicia eius in Ol. LXX, 4. inciderint.

266) *Τισικράτης*] Auctores extant Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Dionysius AA. RR. lib. VI. init. p. 341, 9.

267) *Δρόμος κάλπης*] Ex Pausaniae lib. V, 9, 1.

268) *Πάταικος Ἀχαιὸς ἐκ Δύμης*] Pausanias l. modo l. Atqui paullo ante not. 242. ex Pausania ascripsimus famam, qua inde ab Ol. VI^ta usque ad Ol. LXXX^mam nemo Achaeorum Olympiae coronatus fertur, propter Dymaei Oebotae imprecationem, quae proinde sic rata facta videtur, ut nemo Achaeorum stadii ferret palmam.

269) *Πυθαγόρας κέλητι*] Errat manifesto Scaliger, quandoquidem paullo post hac Olympiade *ὁ αὐτὸς κέλητι* victoriam reportasse dicitur. Cf. not. 270.

270) *Ἐξαίνετος Ἐμπεδοκλέους*] Haec mire turbata testimonio nituntur non minus confuso Diogenis Laërtii vit. Empedocl. lib VIII, 51 — 54. Dicamus primum de fonte, post de ducto exinde rivulo. Recensens autem l. l. Diogenes diversa de Empedoclis patre testimonia, poëtam celeberrimum primum quidem filium dicit Metonis secundum Hippobotum, Eratosthenem, Aristotele nixum, Apollodorum, quibus, ut hoc statim defungar, astipulantur una cum Timaeo ap. Eudoc. p. 169, Plutarch. de Placit. Phil. I, 3, Iustin. Mart. Cohort. ad Graecos p. 5 b. ed. Col. a. 1688., Eusebio Praep. Evang. 14, 14 ed. Colon. a. 1688., nonnullisque ap. Suid. s. v. *Ἐμπεδοκλῆς* chronologis Frid. Guil. Sturzius in Empedocl. sui Tom. I. Lips. a. 1805. 8. p. 4 et Simon Karstenius Phill. Gr. vet. Opp. Vol. II. Empedocl. p. 3 seq. p. 5 not. 6. Add. p. 528 not. 1. Amstel. a. 1838. 8., Tzetzae Chil. II, 901, IV, 526 et Anonymi script. fragm. in Rhett. Gr. ed. Walz. Vol. III. p. 663, Metonis nomen in Melitonem depravantium sententia, quam et ipsam spectavit Suidas, contemta. Discrepat ab his Telauges, Pythagorae fil., Suidae nec hic neglectus, Empedoclem, aliis auctoribus, Archinomo natum perhibens. Huic vero Telaugis sententiae ap. Diog. l. l. 52. 53. haec antecedunt: *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς Χρονικοῖς φησιν ὡς ἦν Μέτωνος μὲν υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους Γλαῦκος ἐλθεῖν φησιν· εἶθ' ὑποβάς·* Sequuntur senarii, quos restituerunt Aug. Meinek. ad Menandr. et Philem. Reliqq. p. XXIV. atque Henr. Clinton. F. H. II. p. 53. 55, quorum hic etiam quae praecedunt in versus redegit. Cf. Henr. Gust. Huebner. in App. crit. ad Diog. Vol. II. p. 740. Pergit Diogenes: *ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκὼς κέλητι τούτου πάντως ἦν ὁμώνυμος . . . . Σάτυρος δὲ ἐν τοῖς βίοις φησὶν ὅτι Ἐμπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ἐξαινέτου, κατέλιπε δὲ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ἐξαίνετον· ἐπί τε τῆς αὐτῆς Ὀλυμπιάδος τὸν μὲν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ πάλῃ ἤ, ὡς Ἡρακλείδης ἐν τῇ ἐπιτομῇ, δρόμῳ. ἐγὼ δὲ κτλ. — Καλλικρατίδην.* Manifestum est, Diogenem Satyri verba de Empedocle poëta physico intellexisse, quum tamen, uti dudum viderunt Henr. Dodwellus de aetat. Phalar. et Pythag. Lond. a. 1704. 8. p. 220 et Ed. Corsinus F. A. tom. III. p. 137, quibus assentiuntur Sturzius l. l. p. 5, p. 16 et Karstenius l. l. p. 5 seq., luce clarius sit, Satyrum dixisse Empedoclem, physici poëtae avum, virum, testibus Hermippo et Timaeo ap. eund. Diog. 51, illustrem, equorumque, uti Heraclides ibidem prodidit, altorem, nepoti illum pro Graecorum, Sturzio in prolus. IV. de Nominibb. Graec. explicata, consuetudine *πάντως* vel, secundum idoneam Karsten. p. 6 not. 11. correctionem, *πάππον ὁμώνυμον.* Itaque qui secundum Satyrum lucta, vel, secundum improbabilem Heraclidis sententiam, cursu vicit Exaenetus, Empedoclis fil., Metonis frater, idemque vatis, Aetnaeo saltu inclyti, patruus dicendus erit. Palma autem celete parta avi est Empedoclis, non nepotis, ad quem vetusto errore a Phavorino ap. Diog. 53. et ab Athenaeo I. p. 3 E. transfertur. Haec cum rectissime intelligeret Scaliger, potuit sane, imo debuit coniuncta Satyri, secundum quem, qua Olympiade pater Empedocles equo singulari, eadem filius Exaenetus lucta vicit, et Aristotelem secuti Eratosthenis auctoritate, qui hanc Empedoclis victoriam in Ol. LXXI. (inutilis enim est Menagii coniectura, *ξα'* pro *οα'* ap. Diog. rescribentis. vid. Karst. p. 5. not. 11.) confert ap. Diog. 51. Exaeneti palmam lucta reportatam, huic ipsi Olymp. LXXI. ascribere. Sed ecce! addit: *ὁ αὐτὸς κέλητι* Quid audio? Eundemne Exaenetum hac Olympiade etiam celete Olympia vicisse credam? Imo, dixerit quispiam, verba *ὁ αὐτὸς* ad Empedoclem refer. Sed hunc si voluisset, *αὐτὸς* sine articulo nudum posuisset Scaliger, quippe probe imbutus Graecis litteris. Ego me ex hoc loco, qui sine dubio ex turbatis forte Scaligeri adversariis turbatior etiam in Olympiadum Descriptionem transmigravit, non aliter extrico, nisi hac coniectura, qua *Γλαῦκος* pro *ὁ αὐτὸς* e Viri Summi calamo

α. *ΙΠΠΑΡΧΟΣ.*[271]). *Ἑλλάνικος Λέσβιος ἱστορικὸς ἐγεννήθη*[272]).
β. *ΦΙΛΙΠΠΟΣ*[273]). *Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη*[274]).
γ. *Ξενοκράτης Ἀκραγαντῖνος τὴν κδʹ Πυθιάδα ἵπποις ἐνίκησε*[275]). *Μίδας Ἀκραγαντῖνος αὐλητὴς ἀγωνιζομένου αὐτοῦ, ἀνακλασθείσης τῆς γλωσσίδος ἀκουσίως, καὶ προςκολληθείσης τῷ οὐρανίσκῳ, μόνοις τοῖς καλάμοις τρόπῳ τῆς σύριγγος ηὔλησεν. οἱ δὲ θεαταὶ ξενισθέντες τῷ ἤχῳ ἐτέρφθησαν. καὶ οὕτως ἐνίκησεν*[276]).
δ. *ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ*[277]). *Ἀναξίλας Ῥηγίνων καὶ Ζάγκλης δυναστεύει ἔτη ιηʹ*[278]).

---

fluxisse contendo. Inspice modo Laërtii verba supra allata: *ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκὼς τοῦτον πάντως ἦν ὁμώνυμος*: fateri debebis, *τοῦτον* a festinanti lectore ad Glaucum, de quo paullo ante locutus erat Diogenes, referri potuisse. Ac profecto huic Glauco, Rhegino, Democriti, uti idem Diogenes IX, 39 prodidit, aequali, *πάντως ὁμώνυμον*, e Laërtii auctoritate Ol. LXXI. celete victorem, a Scaligero Collectaneis illatum fuisse arbitror. Quid? quod Glaucum hic legisse Menagium, ex eius ad Diog. l. l. annotatione apparet. An fortasse inter se discrepant Thesauri exempla? Ille vero adeo sic scribit de Glauco: *Vicit κέλητι, sive equo singulari, teste Scaligero in Descriptione Olympiadum.* En magnum Diogenis interpretem in errore errantem! Caeterum uti supra in stadii palma assignanda Heraclidi antetulit Africanum Scaliger, ita hic in celetis victoria Aristotelis Eratosthenisque et Satyri testimoniis, qui hac Olympiade Empedoclem Agrigentini poëtae avum equo singulari vicisse tradunt, ipsum praetulit Diogenem: hoc tantummodo discrimine, quod illud iusta ratione, hoc imprudenter fecit. Haec si probabiliter a nobis disputata sunt, totum hunc locum e Scaligeri mente sic refingi licebit, ut *Γλαῦκος* pro *ὁ αὐτός*, verbisque *Πυθαγόρας κέλητι* deletis *ὁ Ῥηγῖνος* substituatur:

Ἐξαίνετος Ἐμπεδοκλέους Ἀκραγαντίνου υἱὸς πάλῃ. Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος κέλητι.

Quae Glauci victoria sane quanto Scaligeri errore nitatur, etiam sine admonitione mea unusquisque videt.

271) *Ἵππαρχος*] Archon fuit Olymp. LXXI, 1. secundum Dionysium AA. RR. V. extr. VI. init.

272) *Ἑλλάνικος*] Hellanicus Lesbius (Strab. XIII. p. 425, 40, Mytilenaeus: Suid. s. v. *Ἑλλάνικος*), historicus, teste Pamphila apud Gellium NN. AA. XV, 23 initio belli Peloponnesiaci LXV. annos natus fuit. Quos ubi ab Olymp. LXXXVII, 2. retro supputaveris, consurget annus Hellanici natalis Olymp. LXXI, 1. Suidae aliorumque de Hellanici aetate testimonia vid. in Prolegomenis.

273) *Φίλιππος*] Philippus II. Archon Atheniensium Olymp. LXXI, 2., e fide Biographi Sophoclis anonymi. Vid. not. 274.

274) *Σοφοκλῆς*] Tradit laudatus vitae Sophoclis auctor, *γεννηθῆναι δὲ αὐτόν φασιν ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίππου.* Quod addit: *ἦν δὲ Αἰσχύλου μὲν νεώτερος ἔτη ιζ, Εὐριπίδου δὲ παλαιότερος κγʹ* falsum est. Transpone numeros denarios in hunc modum: — *Αἰσχύλου μὲν νεώτερος ἔτη κζ, Εὐριπίδου δὲ παλαιότερος ιγʹ·* nec multum abludet a recepta ratione Biographus. Eusebius Sophoclem simul et Euripidem Olymp. LXXVII, 3. (Hieronymi, Olymp. LXXVIII, 1. Mai. Armen.) inclaruisse dicens, hallucinatur manifesto. Vid. Scal. Animadvv. p. 102 a. coll. not. nostr. n. 609 a. Suidae denique de Sophoclis natali testimonium Olymp. LXXIII, 3. respexit Scaliger, ubi v. not. nostr. n. 295.

275) *Ξενοκράτης*] Secundum Scholiastam Pindari Pyth. VI. p. 387 B. *Γέγραπται Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ νενικηκότι κατὰ τὴν κδʹ Πυθιάδα* i. e. (v. not. nostr. 158) Olymp. LXXI, 3.

276) *Μίδας*] Paullulum variat amplificatque Scholiastes Pindari Pyth. XII. p. 421 B., e quo sua hausit Scaliger: *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μίδᾳ Ἀκραγαντίνῳ. οὗτος ἐνίκησε τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα καὶ τὴν κεʹ· φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ Παναθήναια νενικηκέναι. ἱστοροῦσι δέ τι ἴδιον σύμπτωμα συμβεβηκέναι περὶ τὸν αὐλητὴν τοῦτον· ἀγωνιζομένου γὰρ αὐτοῦ ἀνακλασθείσης τῆς γλωσσίδος ἀκουσίως καὶ προςκολληθείσης τῷ οὐρανίσκῳ, μόνοις τοῖς καλάμοις τρόπῳ σύριγγος αὐλῆσαι, τοὺς δὲ ἀκροατὰς ἡσθέντας καὶ ξενισθέντας τῷ ἤχῳ τερφθῆναι, καὶ οὕτω νικῆσαι αὐτόν.*

277) *Θεμιστοκλῆς*] Archon fuit Athenis Ol. LXXI, 4. sec. Dionysium AA. RR. lib. VI. p. 367, 35 sqq.: *μετὰ ταῦτα παραλαμβάνουσι τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν Αὖλος Οὐεργίνιος Μοντανός, καὶ Τίτος Οὐετούριος Γέμινος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεμιστοκλέους, ἑξηκοστῷ καὶ διακοσιοστῷ μετὰ τὴν κτίσιν ἔτει, μελλούσης εἰς τοὐπιὸν τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα δεύτερον Στησικράτης* (leg. *Τισικράτης*) *Κροτωνιάτης*. Atque hic profecto est annus ille, quo Themistocles Neoclis F. Archon portum Piraeeum aedificare coepit, teste Thucydide I, 93. Cuius Scholiastes errat certissime, illam Themistoclis praeturam proximo ante bellum Persicum anno i. e. Olymp. LXXIV, 4. assignans. Sic nimirum statuimus cum Boeckhio de Archontibus pseudeponymis p. 2 seqq. (Ind. lectt. Univers. Berol. hiem. a. $18\frac{27}{28}$.) et Schultzio Spec. III. p. 45, quorum rationem nuperrime Stesimbroti ap. Plut. Themist. cap. 4. auctoritate firmius stabilivit Gust. Droysenius in Studd. Kilonienss. philologg. p. 79. Aliter tamen indicat Clintonus, qui FF. HH. II. Prooem. p. XV. seqq. Tabb. p. 24, 30 Kr. celeberrimum illum Themistoclem a Dionysii Themistocle Olymp. LXXI, 4. praetore distinctum e fide Scholiastae Thucydidei Olymp. LXXIV, 4. Archontem ponit. Huius vestigia in universum sequitur Kruegerus, nisi quod reiecto Scholiastae istius testimonio Themistoclem praetorem extructumque eius auspiciis Piraeeum in Olymp. LXXIV, 3. definire mavult. Cf. eius Studd. hist. phil. Berol. a. 1836. 8. p. 13 seqq.

ΟΛ. ΟΒ. *Τισικράτης Κροτωνιάτης στάδιον τὸ β΄*[279]. *Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεὺς Ἴκκῳ πυκτεύων ἀνδρὶ Ἐπιδαυρίῳ αὐτὸν ἀπέκτεινεν ἐν τῇ μάχῃ, καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἄδικα εἰργάσθαι καὶ ἀφῃρημένος τὴν νίκην ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης*[280]. *Ἱπποκλέας Θεσσαλὸς διαυλόδρομον*[281].
α. ΔΙΟΓΝΗΤΟΣ[282]. *Ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη*[283].
β. ΥΒΡΙΛΙΔΗΣ[284]. *Γέλων ὁ Δεινομένους Συρακουσῶν ἐκράτησε μετὰ Ἱπποκράτην τὸν ἀδελφόν*[285].

---

278) *Ἀναξίλας Ῥηγίνων*] Diodoro Siculo lib. XI. cp. 48. init. auctore Anaxilas sive Anaxilaus (Arist. Polit. V, 10, 5), Cretinae F. (Her. VII, 165), obiit mortem Ol. LXXVI, 1. *δυναστεύσας ἔτη δεκαοκτώ*. Subductis igitur calculis Scaliger Anaxilam ad dominationem pervenisse repperit Ol. LXXI, 4. Quo tamen anno ille quidem Rhegii dumtaxat tyrannus extitit, non uti Scaliger asserit, Rhegii et Zancles. Hanc enim urbem post demum occupavit. Cf. Prolegg. Caeterum pro *Ῥηγίου* Diodori supra *Ῥηγίνων* dedit V. D.

279) *Τισικράτης Κροτωνιάτης*] Testis est Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Pausanias VI, 9, 2. simpliciter eum hac Olympiade stadii palmam retulisse scribit. Meminit huius Olympionicae etiam Dionysius AA. RR. lib. VI. bis, p. 367, 40 et p. 378, 42, quorum tamen priori loco pro *Στησικράτης*, quod plerique libri mss., aut pro *Πισικράτης*, quod Ven. praebet, *Τισικράτης*, altero autem *ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλ.* pro *ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλ.* rescribendum est. Cf. Meursii Archontt. Athen. lib. II. cp. 4. p. 58.

280) *Κλεομήδης*] Totidem verbis enarrat Pausan. lib. VI, 9, 2.

281) *Ἱπποκλέας*] Scholiastes Pindari Pyth. X, p. 410 B. postquam Hippocleam Thessalum Olymp. LXIX, 3. diaulo inter pueros vicisse Pythia scripsit, haec addit: *ἐνίκησε δὲ καὶ οβ΄ καὶ ογ΄ Ὀλυμπιάδα*, certaminis tamen genere, quo utramque palmam Olympicam meruerit, non indicato. Scaliger eum *διαύλῳ* (sic enim et hic et infra ad *ΟΛ. ΟΓ.* scribere debebat: v. not. nostr. 255.) Olymp. et LXXII. et LXXIII. vincere facit, prava de coniectura. Caeterum Scholiastae cur diffideret Krausius Olymp. p. 300, nulla prorsus caussa fuit.

282) *Διόγνητος*] Archon Athenis fuit Ol. LXXII, 1. ex Dionysio AA. RR. lib. VI. p. 378, 42 sqq. coll. not. nostr. n. 279.

283) *Ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη*] Huc Scaligerum deduxit Dionysius, qui AA. RR. lib. V. p. 291, 25 seqq. proelium illud XVI. annis post Bruti obitum commissum testatur. Atqui Brutus primo libertatis anno cum Arunte Tarquinio singulari certamine congressus cecidit, i. e. Ol. LXVIII, 1. Cui anno si Olympiadas IV. solidas addideris, pugnae Marathoniae annus Ol LXXII. evadet primus. Cum Dionysio convenit Eusebio Hieronymi coll. Syncell. p. 246 C. Vid. Scal. Animadvv. p. 100 a. Verum Sigonius, secutus Plutarchum Aristid. cp. V. p. 321 E., Phanippo vel potius Phaenippo Archonte Ol. LXXII, 3. apud Marathonem dimicatum esse vult. Quem licet refutare studuerit Meursius Archontt. Athen. lib. II. cp. 4. p. 59 tamen omnino verum vidisse, nunc evincit auctor Chron. Parii, qui ep. 49. pugnam Marathoniam in Ol. LXXII, 3. incidere docet. Nihilominus Gellio NN. AA. XVII, 21 num a. U. C. CCLXIV. pro CCLX. restitui debeat dubito. Illius enim scriptoris consilio melius conveniunt rotundi numeri. Sed Sulpicio Severo Hist. Sacr. II., qui victoriam eidem p. U. c. anno CCLX. assignans, eum tamen cum Macerino et Augurino Coss. contendit, et ab his usque ad Stiliconis consulatum annos DCCCLXXXVIII. numerat, manifesto imposuerunt Fastorum consularium conditores. Vid. Scalig. Animadvv. l. l. Etiam mensem pugnae alii aliter definiunt. Quorum Aelianum quidem VV. HH. II, 25. d. VI. m. Thargelionis appellantem refutavit Corsinus FF. AA. T. III. pag. 150, Plutarchum vero, qui de Herod. Malign. cap. 25. (II. p. 861 E.) de Glor. Athen. cap. 7. (p. 349 E.) vit. Camill. cap. 19. (I. p. 138 B.) VI. Boedromionis tradit, diem celebratae cum die reportatae victoriae confudisse post Freretium dans les Mémoires de l'Acad. Royale des Inscriptions Tom. XVIII. p. 134 seqq. accuratius ostendit Boeckhius in Ind. lectt. Univ. Berol. aest. 1816. iterumque de Soph. Antig. in Actt. Acad. Boruss. a. 1824. p. 48 not. 3. Huius igitur nunc constat disquisitionibus, pugnatum esse apud Marathonem Metagitnionis die non VI., uti Freretius voluerat, neque XVIII., uti priori loco ipse statuerat, sed XVI. aut XVII. Vid. Herod. VI, 106, 120 coll. Ideler. Enchir. chronol. I. p. 291 seq.

284) *Ὑβριλίδης*] Archon Athenis fuit Olymp. LXXII, 2. secundum Dionysium AA. RR. VII. p. 417, 42 et Pausaniam VI, 9, 2. Cum hoc Hybrilide eundem esse, quem *Κεβρίδος* nomine e Philochoro offert Hesychius s. *Ἀγοραῖος Ἑρμῆς*, Boeckhii est opinio de Archontibus pseudeponymis in Ind. lectt. Univ. Berol. hiem. $18\frac{26}{27}$. et in Actt. Acad. Boruss. a. 1827. class. hist. pag. 131., cui adversatus Kruegerus in Studd. hist. phil. p. 23 seq. coll. not. 3. Cebridem Olymp. LXXIV, 4. Archontem ponit, quamquam non negat nominis formam suspectam videri.

285) *Γέλων*] Incaute Scaliger Gelonem et Syracusas hoc anno occupasse et Hippocratis fratrem dicit. Illud fecit Pausaniae VI, 9, 2 auctoritate, cui tamen scriptori in Siculis historiis solemnis error est, hoc Dionysii AA. RR. VII. p. 417, 34 fide, qui Hippocratem, Gelensium tyrannum, cum Hippocrate, Theronis propinquo (Schol. Pind. Ol. II, 8, Hippostrat. ap. Schol. Pind. Pyth. VI, 4) vel patrueli (Schol. Pind. Ol. II, 173), confudit. Verum hoc est: Successit Gelo Hippocrati, cuius satelles (*ἵππαρχος*) fuerat (Herod. VII, 154. Schol. Pind. Nem. IX, 95), in Gelensium tyrannide Olymp. LXXII, 2, Syracusis demum VI. annis post potiturus. Vid. Prolegg.

γ. *Μίδας Ἀκραγαντῖνος αὐλητὴς ἐνίκησε τὴν κε' Πυθιάδα*[286]).
δ.

ΟΛ. ΟΓ'. *Ἀστύλος Κροτωνιάτης στάδιον*[287]). *Γέλων Δεινομένους Γελῷος ἅρματι*[288]). *Ἱπποκλέας Κροτωνιάτης διαυλόδρομον τὸ β'*[289]). *Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακούσιος κέλητι. Ἐφάρμοστος Ὀπούντιος πάλῃ, τούτου προειρημένου αὐτῷ πάλαι ὑπὸ τῆς Πυθίας*[291]).

α. *ΑΓΧΙΣΗΣ*[292]). *Χιονίδης ὁ κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ἤκμαζεν*[293]). *Δει-*

---

286) *Μίδας Ἀκραγαντῖνος*] Testis Scholiastes Pindari Pyth. XII. p. 421 B., cuius verba ascripsimus ad Olymp. LXXI, 3. s. n. 276.

287) *Ἀστύλος Κροτωνιάτης*] Auctor Dionysius AA. RR. VIII. p. 480, 47 coll. Africano ap. Euseb. *Ἑλλ. Ὀλ.* p. 41 et Pausania VI, 13, 1., e quibus tamen Africanus nominis formam paullulum depravavit. Idem athleta uti hac Olympiade, ita etiam duabus proximis non cursu solum, sed diaulo quoque vicit, teste Pausania l. l. Consentit de stadii palmis, tacet de diaulo Africanus. Mirum igitur, quod Scaliger tres illas Olympiadibus LXXIII. LXXIV. LXXV. ab eodem deinceps partas cursu victorias inter tres diversos Astylum, Astyllum, Asychum dispertiit. Imposuit V. D., qui tamen in Olympionicarum Descriptione pag. 344 coll. Nott. in Graec. Euseb. p. 428 a. aliquatenus corrigit errorem, varia nominis scriptura apud Dionysium et Diodorum, quorum ille AA. RR. VIII. p. 544, 16. *Ἄστυλλον* Olymp. LXXIV., hic Bibl. XI, 1. *Ἄσυλον* sec. plerosque codices, *Ἄσυχον* sec. lectionem, quam a Stephano margini editionis suae a. 1559. ascriptam Scaliger adoptavit, Olymp. LXXV. stadio vicisse testatur. Porro illi non Crotonem patriam, sed Syracusas nominant. Postremo uterque de reliquis stadionicae sui victoriis ne verbum quidem addit. Quorum hoc sane non accurate, illud non sine caussa fecerunt, quam caussam ex his disce Pausaniae verbis l. l.: *Ἀστύλος* (sic leg.) *δὲ Κροτωνιάτης Πυθαγόρου μέν ἐστιν ἔργον, τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπίασι σταδίου τε καὶ διαύλου νίκας ἔσχεν. ὅτι δὲ ἐν δύο ταῖς ὑστέραις ἐς χάριν τὴν Ἱέρωνος* (Malim *Γέλωνος*· sed is Pausaniae error fuerit, non librariorum) *τοῦ Δεινομένους ἀνηγόρευσεν ἑαυτὸν Συρακόσιον, τούτων εἵνεκα οἱ Κροτωνιᾶται τὴν οἰκίαν αὐτοῦ δεσμωτήριον εἶναι κατέγνωσαν, κτλ.* Denique de diversis nominis formis nos aeque veram agnoscimus *Ἄστυλον* vel potius *Ἀστύλον*, quam scripturam cum praeter Dionysium VIII. p. 480, 37 et Pausaniam l. l. Clemens Alexandrinus Strom. III. p. 447 B. et Plinius N. H. XXXIV, 18 tueantur, tum Diodoro post Wesselingium recte restituit L. Dindorfius, et *Ἀστύλλον*, uti eum appellat Plato De Legg. VIII. p. 840 B., itemque altero loco VIII. p. 544, 16 Dionysius. Quippe eadem varietate Choerilus et *Χοιρίλος* et *Χοιρίλλος* audit. Reliquas scripturas veluti *Ἀστύαλος* Africani, *Ἀετύλον* Photii Ante-Porsoniani s. v. *περιαγειρόμενοι*, *Ἀετίλλον* Suidae ead. voc., *Αἰτύλου* Apostolii XV, 97 magis minusve corruptas puta. Celebravit Astylum nostrum epinicio carmine Simonides ap. Schneidewin. p. 39. Caeterum vid. Odofr. Mueller. Dorienss. II. pp. 308. 497.

288) *Γέλων Δεινομένους*] Testatur Pausanias VI, 9, 2. Caeterum rectior, quam *Γελῷος* (sic enim voluit Scaliger, quamquam in Thesauro expressum est *Γελῶνος*), forma *Γελῷος* videtur.

289) *Ἱπποκλέας Κροτωνιάτης*] Refert Scholiastes ad Pind. Pyth. X. p. 410. Vid. not. ad Ol. LXXII. n. 281., ubi etiam errorem, quem Scaliger verbo *διαυλόδρομον* commisit, castigavimus. Cui errori hic alterum addidit, Hippocleam memoriae lapsu Crotoniatam faciens, cum fuerit Thessalus.

290) *Ἱέρων Αἰτναῖος*] Scholiastes ad Pind. Olymp. I. p. 21. Boeckh. *ἐπιγέγραπται ὁ ἐπινίκιος Ἱέρωνι τῷ Γέλωνος ἀδελφῷ, νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν ογ' Ὀλυμπιάδα, ἤ, ὥς ἔνιοι, ἅρματι· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν οζ' Ὀλυμπιάδα νικᾷ κέλητι, τὴν δὲ οη' τεθρίππῳ κτλ.* Caeterum quod *Αἰτναῖος Συρακούσιος* ex eodem Scholio addidit Scaliger, temporum rationibus adversatur. Syracusas enim Olymp. LXXIII, 4. demum occupavit Gelo, cui Olymp. LXXV, 3. Hiero successit, qui rursus tertio imperii anno Aetnam condidit. Vid. Boeckh. Introd. ad Olymp. I. et Pyth. I. coll. Prolegg.

291) *Ἐφάρμοστος Ὀπούντιος*] Scholiastes ad Pind. Olymp. IX, 17 p. 210 Boeckh. *ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφάρμοστος* [sc. *πάλῃ*] *καὶ Ὀλύμπια, ὡς προεῖπε, καὶ Πύθια, ἑβδομηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι.* Quae verba miro errore sic scripta distinctaque legit Scaliger: *ἐνίκησε δὲ καὶ Ὀλύμπια, ὡς προεῖπε καὶ* [*ἡ*] *Πυθία, ογ' Ὀλ.* Scholiastae numeri falsi sunt. Vicit enim Epharmostus Locrus Opuntius Pythia quidem Pyth. XXXIII. h. e. Olymp. LXXX, 3. sec. cod. Vratisl. A. lectionem coll. Boeckh. Expll. p. 187, Olympia vero Olymp. LXXXI. sec. Boeckh. l. l. Caeterum vid. de Epharmosto Kraus. Olymp. p. 279.

292) *Ἀγχίσης*] Praeturam Athenis gessit Ol. LXXIII, 1. ex Dionysio AA. RR. VIII. p. 480, 38.

293) *Χιονίδης*] Refert Suidas s. v. *Χιωνίδης· Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ὃν καὶ λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν Περσικῶν.* Eadem Eudocia Violar. p. 436. Atqui Xerxes Ol. LXXV, 1. in Graeciam traiecit, ita ut, si Suidae et Eudociae fides habenda est, Chionides Ol. LXXIII, 1., ut Scaliger voluit, fabulas docuerit. Vid. Wolfii Prolegg. ad Homer. p. LXIX. not. 34. A Suida discedit Aristoteles, qui Poët. cap. III. *ἐκεῖθεν*, inquit, (sc. *ἐκ Σικελίας*) *γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς πολλῷ πρότερος ὢν Χιωνίδου καὶ Μάγνητος.* Atqui Epicharmus, uti statim not. 296. videbimus, hac ipsa demum Olympiade inclaruit. Quare Meinekius Hist. crit. com. gr. p. 28 seq. Chionidem vix ante Olymp. LXXX. collocari posse censet; patrocinatur tamen Lexicographo Grysarius de *Dorienss.* comoed. p. 152. Caeterum de scriptura *Χιωνίδης* inter et *Χιονίδης* variante cf. Interpp. ad Polluc. X, 43 et Meinek. l. l.

νόλοχος Συρακούσιος, ἢ Ἀκραγαντῖνος, υἱὸς Ἐπιχάρμου, ὡς δέ τινες, μαθητής, ἐγνωρίζετο. Ἐδίδαξε δράματα ιδ' Δωρίδι διαλέκτῳ[294]).

β.

p. 319 a. *γ. Σοφοκλῆς ἐγεννήθη κατά τινας*[295]). *Ἐπίχαρμος κωμῳδοποιὸς Συρακούσιος, ὡς δὲ ἄλλοι, Κῷος ἐγνωρίζετο ἐν Συρακούσαις διδάσκων*[296]). *Ἀθήνησι δὲ Εὐαίτης, καὶ Εὐξενίδης ἐπεδείκνυντο*[297]). *Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακούσιος τὴν κς' Πυθιάδα ἐνίκησε κέλητι*[298]).

δ.

ΟΛ. ΟΔ. Ἀστύλλος Συρακούσιος στάδιον[299]). *Ἀγησίδαμος Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος παῖς πυγμῇ*[300]). *Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος ἀνδρῶν πυγμήν*[301]).

α. ΛΕΩΣΤΡΑΤΟΣ[302]).

β. ΝΙΚΟΔΗΜΟΣ[303]). *Θήρων Ἀκραγαντίνων δυναστεύει*[304]).

γ.

δ. ΑΦΕΨΙΩΝ. Σωκράτης ἐγεννήθη κατά τινας[305]). *Φερεκύδης ὁ Λέριος ἱστορικὸς ἤκμαζεν*[306]).

---

294) *Δεινόλοχος*] Suidas s. v. *Δεινόλοχος, Συρακούσιος, ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός· ἦν ἐπὶ τῆς ογ' Ὀλυμπιάδος, υἱὸς Ἐπιχάρμου, ὡς δέ τινες, μαθητής. Ἐδίδαξε δράματα ιδ' Δωρίδι διαλέκτῳ.* Qui a Suida pro filio aut discipulo Epicharmi venditatur Dinolochus, eius ab Aelian. H. A. VI, 51. antagonista rectius appellatur. Cf. Voss. de Poëtt. Graec. p. 5 cp. 27 et cp. 6. p. 40.

295) *Σοφοκλῆς ἐγεννήθη*] Eodem Suida teste s. v. *Σοφοκλῆς*, Sophocles Ol. LXXIII., annis XVII. ante Socratem in lucem editus est. Socratis autem natales ex Diogene Laërtio II, 44. incidunt in Ol. LXXVII, 4. Inde Scaliger annis XVII. retro numeratis Sophoclem natum scripsit Ol. LXXIII, 3.

296) *Ἐπίχαρμος*] Suidas s. v. *Ἐπίχαρμος, Τιτύρου, ἢ Χειμάρου*, (De his patris nominibus vid. Welck. ad Schwenck. Observv. etym. myth. pag. 351 coll. O. Mueller. Dor. II. p. 352, 3. Vero nomine Epicharmi pater *Ἡλοθαλῆς* audiit sec. Diog. VIII, 7. et 78.) *καὶ Σικίδος, Συρακούσιος . . . . ἦν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν ἔτη ἕξ, διδάσκων ἐν Συρακούσαις*, i. e. Ol. LXXIII, 3. In idem fere tempus Epicharmum confert Grammat. *περὶ κωμῳδίας* apud Meinek. l. l. p. 535 his verbis: *Ἐπίχαρμος· οὗτος πρῶτος τὴν κωμῳδίαν διερριμμένην ἀνεκτήσατο πολλὰ προςφιλοτεχνήσας. Χρόνοις δὲ γέγονε κατὰ τὴν ογ' Ὀλυμπιάδα, τῇ δὲ ποιήσει γνωμικὸς καὶ εὑρετικὸς καὶ φιλότεχνος· σώζεται δὲ αὐτοῦ δράματα μ', ὧν ἀντιλέγονται δ'.* Vitam extendit usque ad Hieronis tempora nec Ol. LXXVII, 1. desisse videtur fabulas docere. Vid. Marm. Par. ep. 56. coll. Plut. Morall. p. 68 A. p. 175 C.

297) *Ἀθήνησι δὲ Εὐαίτης*] Refert Suidas s. v. *Ἐπίχαρμος* — ubi tamen *Εὐέτης* scriptum est.

298) *Ἱέρων Αἰτναῖος*] Scholiastes ad Pind. Pyth. III. p. 327. Boeckh. Hieroni duas victorias Pythicas Pyth. XXVI. et Pyth. XXVII. celete partas assignat. *Ἱέρωνι νικήσαντι κέλητι τὴν εἰκοστὴν ἕκτην καὶ ἑβδόμην Πυθιάδα.* Idem ad Pind. Olymp. I. *ἐνίκησε τὴν κς' Πυθιάδα καὶ τὴν ἑξῆς κέλητι, τὴν δὲ κθ' ἅρματι.* Cf. nos s. n. 290.

299) *Ἀστύλλος Συρακούσιος στάδιον*] Dionysius AA. RR. VIII. p. 544, 16. Sed cf. ad Ol. LXXIII. s. n. 287.

300) *Ἀγησίδαμος*] Scholiastes ad Pind. Ol. XI. p. 238. Boeckh. auctor est, Agesidamum Olymp. LXXIV. (Ol. LXXVI. sec. cod. Vratisl.) pugilatu inter pueros Olympia vicisse.

301) *Εὔθυμος Ἀστυκλέους*] Ex testimonio Pausaniae VI, 6, 2.

302) *Λεώστρατος*] Archon fuit Athenis Ol. LXXIV, 1. sec. Dionysium AA. RR. lib. VIII. 544, 17.

303) *Νικόδημος*] Archon Athenis Ol. LXXIV, 2. a. U. c. CCLXX. sec. Dionysium AA. RR. VIII, 549, 41.

304) *Θήρων Ἀκραγαντίνων*] Diodorus lib. XI, 53 tradit, Theronem, Agrigentinorum tyrannum, quum annos XVI. regnasset, defunctum esse Ol. LXXVII, 1. Unde intelligitur, eum Ol. LXXIII, 1. Agrigentum occupasse. Nota igitur Scaligeriana: *Θήρων — δυναστεύει*, quae perperam hunc locum occupavit, ad Ol. LXXIII, 1. reiicienda erit.

305) *Ἀφεψίων. Σωκράτης*] Testis Apollodorus apud Diog. Laert. II, 44. *ἐγεννήθη ὁ Σωκράτης, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι* etc. *Atqui*, inquit Scaliger Animadvv. p. 102 b., *Aphepsion eo anno non erat ἄρχων, sed Phaedon, teste Diodoro* [XI, 63]. Correcta igitur in hunc fere modum Apollodori sententia: *ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος*, Aphepsionem praetorem Olymp. LXXIV, 4. non quidem memoriae lapsu, uti Bentleio Opusc. p. 308 ed. Lips. visus est, sed consulto assignavit. Hac emendatione etsi illud sane assecutus est, ne iam aut dissentire ab Apollodoro Diodorus, aut unus annus duo sibi Archontes vindicare videretur, eadem tamen gravius quoddam Apollodori et Thrasylli ap. Diog. IX, 41 de Socratis natali effecit dissidium, quod intentatis Diogenis verbis nullum est omnino. Nihilominus receperunt Scaligeri coniecturam Meursius de Archontt. Athen. II, 7. p. 57, Leo Allatius de Scriptt. Socrat. p. 117 ipseque durus

ΟΛ. ΟΕ. Ἄσυχος Συρακούσιος στάδιον[307]).

α. ΚΑΛΛΙΑΣ[308]). Χάρων Λαμψακηνός, υἱὸς Πυθοκλέους, ἱστορικὸς ἐγνωρίζετο[309]). Διάβασις Ξέρξου ἐς Ἑλλάδα[310]). Ξέρξης εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλὼν τὴν μὲν χώραν ἐδῄωσε, τὰς δὲ Ἀθήνας κατέσκαψεν, καὶ τοὺς ναοὺς ἐνέπρησεν[311]). Ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία[312]). Εὐριπίδης ἐγεννήθη[313]). Γέλων Συρακουσίων τύραννος τοὺς Καρχηδονίους καρτερᾷ ναυμαχίᾳ καταγωνισάμενος

Scaligeri antagonista Petavius de Doctrin. Tempp. P. II. p. 13 ed. Paris. a. 1629. Mittimus Petiti Miscell. III. cap. 18. ineptias, iam a Lessingio in Soph. vita Opp. Tom. VIII. p. 318 seqq. ed. Car. Lachm. castigatas. Lessingius ipse se Palmerio Exercitt. p. 452 addixit, cuius sententiam amplius exornavit Corsinus FF. AA. T. III. p. 182 coll. T. II. p. 45 seqq. Hic igitur Diodorum cum Apollodoro sic componere voluit, ut unum eundemque annum civilem Olymp. LXXVII, $\frac{3}{4}$. duos archontes eponymos habuisse statueret, quorum alterum Apsephionem Olymp. LXXVII, 3. exeunti simulque 4. ineunti, alterum Phaedonem Apsephioni suffectum reliquae anni parti ascripsit. Sed tota illius viri et de Archontibus pseudeponymis et de anni Archontici ab Olympico discrimine sententia concidit post luculentas Boeckhii disquisitiones. Idem praeeuntibus Stanleio Hist. philos. Latin. conv. p. 110. ad Aeschyl. p. 706, Bentleio l. l., Wesselingio ad Diod. XI, 63, quae nos hic tenet difficultatem feliciter sic expediit ad Marm. Par. ep. 56. C. I. II. p. 340, ut quum extremam mutilati nominis particulam — ψιονος vel — φιωνος in Φαίωνος vel Φαίδωνος facillime abire potuisse appareat, eundem in Diodoro et Apollodoro Archontem agnoscat, de cuius tantummodo nominis scriptura nihil certi decernere audet. Inter Ἀφεψίωνος et Ἀψεφίωνος fluctuant Laërtii editores: illud praebet Plutarchus Cim. cap. 8. p. 483 E., sed Ἀψηφίονος Marm. Par. ep. 57. (56. Boeckh.). Quam discrepantiam hoc modo expendit Boeckhius l. l.: *Illud igitur mihi certum, ψ primo, φ secundo loco ponendum esse, in genitivo utrum ω an ο et in secunda syllaba utrum ε an η assumas, dubites.* *Ἀψηφίων quidem magis Graecum sonat, quam Ἀψεφίων: sed posterius tamen praeferunt auctorum codices.* Caetera veterum de anno Socratis natali testimonia vid. not. 364. collecta.

306) *Φερεκύδης*] Suidas s. v. *Φερεκύδης Λέριος, ἱστορικός, γεγονὼς πρὸ ὀλίγου τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος.* Recte igitur Olymp. LXXIV, 4. Pherecydis nomen intulit Scaliger: quo tamen anno eum non debebat inclaruisse, sed natum esse scribere. Suidae enim *γεγονὼς* illo quidem loco non *ἤκμαζε*, sed *ἐγεννήθη* significat certissime. Vid. Prolegg. coll. not. 145.

307) *Ἄσυχος*] Secundum corruptum Diodori XI, 1. textum. Vid. not. nostr. n. 287.

308) *Καλλίας*] Calliam huius anni Archontem appellant Demetrius Phalereus ap. Diog. II, 7, Hieronymus ad Olymp. LXXIV, 4., uterque Euripidis vitae scriptor Thom. Mag. ap. Musgr. et Ms. ap. Elmsl. ad calc. Bacch., Calliadem vero Herod. VIII, 51, Dionysius AA. RR. IX. p. 559, 19, Diodorus XI, 1, Diogenes II, 45. Hoc nomen, quamquam perperam Ol. LXXIV, 3. ascriptum, tuetur cum Syncell. p. 250 D. Eusebius Maii Armeniacus, et confirmat locupletissimus Marm. Par. ep. 52. auctor.

309) *Χάρων Λαμψακηνὸς*] Suidas s. v. *Χάρων, Λαμψακηνός, υἱὸς Πυθοκλέους* (*ὁ Πύθεω*· Paus. X, 38, 6), *γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον, οθ'* (*ξθ'* corrigit Creuzerus in Historicc. Graec. antiquiss. fragm. p. 89, accinente Clintono FF. HH. II. pp. 19, 21. Kr.) *Ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' Ὀλυμπιάδα, ἱστορικός.* Nec idem post Xerxis mortem circa Olymp. LXXVI, 4. historias scribere desierat, teste Plutarcho Themist. cap. 27. Vid. Creuz. l. l. p. 89 seqq. et Clint. FF. HH. Append. XXI, 12. p. 382 Kr. coll. Prolegg.

310) *Διάβασις Ξέρξου*] Ex Eratosthenis computo, qui apud Clem. Alex. Strom. I. p. 336 B. inde a prima Olympiade *ἐπὶ Ξέρξου διάβασιν* annos CCXCVII. numerat, Xerxes Olymp. LXXV, 1. Hellespontum traiecit. Consentit Diodorus XI, 1., atque eodem ducit Diogenes II, 7, quod Anaxagoram, ex Apollodori calculis Olymp. LXX. 1. in lucem editum, *κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν* annos XX. natum dicit. Rectius tamen illum Xerxis transitum Olymp. LXXIV, 4. exeunti assignaveris, quandoquidem teste Herodoto VII, 37. *ἅμα τῷ ἔαρι* Sardibus in Europam movit Persarum exercitus. Vid. Cors. FF. AA. T. II. p. 45. coll. Scalig. Emend. Tempp. lib. V. p. 407. Can. Isag. lib. III. p. 297 seq.

311) *Ξέρξης εἰς τὴν Ἀττικὴν*] Testis Diodorus XI, 14. Captae autem a Xerxe incensaeque Athenae sunt tribus mensibus post traiectum Hellespontum, ineunte Calliadae anno, Olymp. LXXV, 1. Hecatombaeone mense. Vid. Herod. VIII, 51 coll. Corsin. FF. AA. T. III. p. 165. Errat igitur Eusebius Athenarum incendium Olymp. LXXIV, 4. (Hieronym., Olymp. LXXIV, 3. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 250 D.) assignans.

312) *Ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι μάχη*] Tradit Diodorus XI, 14 seqq., quem nunc confirmat Marm. Par. ep. 52. Incidit autem pugna Salaminia in mysteriorum tempus (Herod. VIII, 65), m. Boedromionis d. XX. (Herod. l. l., Plut. Camill. cap. 19., qui tamen alio loco De Glor. Athen. cap. 7. p. 348 F. m. Munychion. d. XVI. perperam appellat, Polyaen. III, 11.) i. e. m. Septemb. d. XXIII. (Petav. Doctr. Tempp. XIII. p. 313) aut m. Octobr. d. XX (Dodwell. de Cycl. IV, 14). Conf. Ideler. Enchirid. I. p. 309.

313) *Εὐριπίδης ἐγεννήθη*] Testis Diogenes II, 45: (*Εὐριπίδης*) *τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου.* Consentit Suidas s. v. *Εὐριπίδης* et reliqui vitae Euripideae scriptores, quorum testimonia vid. ap. Clint. FF. HH. II. p. 31 Kr. Abludit unus Marm. Par. ep. 51. auctor, qui Euripidem Olymp. LXXIII, 4. natum affirmat. Lucem ille aspexit eadem die, qua apud Salamina pugnatum est, sec. Plut. Sympos. VIII, 1. p. 717 C. et Suidam l. l.

τοῦ ἀνθρωποθυτεῖν αὐτοὺς ἔπαυσε[314]). *Χάρων Λαμψακηνὸς, υἱὸς Πυθοκλέους, ἱστορικὸς ἐγνωρίζετο*[315]). *Φρύνις κιθαρῳδὸς Μιτυληναῖος πρῶτος δόξας κιθαρῳδῆσαι παρ' Ἀθηναίοις Παναθήναια ἐνίκησε*[316]).

β. ΞΑΝΘΙΠΠΟΣ[317]). *Ἡ περὶ Πλαταιὰς μάχη, καὶ ἡ περὶ Μυκάλην κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν*[318]).

γ. ΤΙΜΟΣΘΕΝΗΣ[319]). *Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ καὶ τὴν πόλιν τειχίζουσι*[320]). *Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τὴν κη' Πυθιάδα ἐνίκησε τεθρίππῳ*[321]), *Τελεσικράτης δὲ Κυρηναῖος ὁπλίτῃ*[322]), *Θρασυδαῖος Θηβαῖος παῖς σταδίῳ ἄνδρας*[323]), *Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακούσιος κέλητι*[324]). *Ἐν Ἄργει Χρυσὶς ἱέρεια τῆς Ἥρας ἱερώθη*[325]). *Θεμιστοκλῆς ἐνίκησε χορηγῶν τραγῳδοῖς, Φρυνίχου διδάσκοντος*[326]).

---

314) *Γέλων*] Gelo, Syracusarum princeps, Amilcarem, Carthaginensium ducem, ad Himeram terra marique fundit, quo die Graeci cum Persis aut ad Thermopylas aut apud Salaminem de summa re congressi sunt. Illa Diodori XI, 24, haec Herodoti est lib. VII, 166, etiam ab Aristotele Poët. 23, 3. Herm. confirmata, sententia. Inter pacis conditiones illud quoque fuit, ne Carthaginienses Saturno amplius humanas mactarent victimas. Tradit Theophrastus in libro de Tyrrhenis ap. Schol. Pind. Pyth. II, 3. pag. 312 B. *τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν . . . παύσασθαι αὐτοὺς (τοὺς Καρχηδονίους κτλ.) Γέλωνος προστάξαντος*, et confirmat Plutarchus Apophthegm. p. 175 A. de Sera Num. vindicta p. 552 A. coll. Wessel. ad Diod. XI, 26.

315) *Χάρων Λαμψακηνὸς*] Haec verba cum in fronte anni huius recte legantur, hoc loco inepte Alexandri Mori a nobis iam not. 116. notata iteravit incuria.

316) *Φρύνις*] Testatur Suidas s. v. *Φρύνις* vel potius *Φρῦνις· κιθαρῳδὸς Μιτυληναῖος, ὃς ἐδόκει πρῶτος κιθαρίσαι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ νικῆσαι Παναθήναια ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος.* Suidas sua transcripsit e Schol. Arist. Nubb. v. 967. Cf. Prolegg.

317) *Ξάνθιππος*] Ex Diodoro lib. XI, 27 init. Plutarchus Aristid. cp. 5. p. 321 E. eum *Ξανθιππίδης* appellat. Sed Diodori scripturam veram esse nunc evincit Marmor. Par. ep. 53.

318) *Ἡ περὶ Πλαταιὰς μάχη*] Ad Plataeas et ad Mycalen eodem die dimicatum esse una cum Diodoro lib. XI, 35 tradit Herodotus IX, 90. Est autem dies ille XXVII. mensis Attici Metagitnionis sive Panemi Boeotorum secundum Boeckh. Indic. lectt. Univ. Berol. aest. a. 1816. p. 4 coll. Ideleri l. l. p. 365. Celebrata solemniter pugna est Boedromionis die IV. (Plut. Aristid. cap. 19.) sive III. (id. Camill. cp. 19.)

319) *Τιμοσθένης*] Archon Ol. LXXV, 3. ex Diodoro XI, 38, cuius nomen adversus Meursium de Piraeo cp. 2. Themistoclem Diodoro restituendum esse censentem, satis tuetur Marm. Par. ep. 54.

320) *Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ καὶ τὴν πόλιν*] Non satis accurate Scaliger duas res coniunctas eidem anno ascripsit, quarum una ab altera toto distat anno. Atque urbis quidem murus hoc sane anno absolutus est, sed Piraei anno demum insequenti. Vid. Diod. XI, 39. 41 et Thuc. I, 89—91. 93 coll. Kruegeri Studd. histor. philol. p. 12 seq. Utraque autem temporis assignatio longe certissima est, quamvis de Piraeei moenibus dissentiat Eusebius, qui ea secundum Latinum interpretem Olymp. LXXV, 2., secundum Armeniacum Olymp. LXXI, 1. excitata scribit. Sed duplex illi chronologorum, quos excripsit, error imposuit, quorum alii murum Piraeei cum urbis muro, Olymp. LXXV, 2. exeunt. aedificari coepto (V. Krueg. l. l. p. 12), alii cum portu Piraeei, Olymp. LXXI, 4. inchoato (V. not. nostr. n. 277.), confudisse videntur. Ex Eusebio sua hausit Syncellus p. 247 C.

321) *Μεγακλῆς Ἀθηναῖος*] Scholiastes Pindari ad Pyth. VII. p. 391 B. *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην* (*κε'* e cod. Gotting. Boeckh. i. e. Ol. LXXII, 3.) *Πυθιάδα τεθρίππῳ· ἔστι δὲ οὗτος οὐχ ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς, ἀλλ' ἕτερος· τὴν γὰρ τεσσαρακοστὴν* (*πεντηκοστὴν* scribendum e sententia Boeckhii Expll. p. 394 et Voemelii in Exercit. chronol. de aetate Solon. et Croesi p. 24) *ἑβδόμην ἐκεῖνος Ὀλυμπιάδα ἀναγέγραπται νενικηκώς, ὁ δὲ τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην* (*κε'* iterum expressit Boeckhius) *Πυθιάδα.* Scaliger in his Scholiastae verbis *εἰκοστὴν* pro *ὀγδοηκοστήν* reponendum censuit: quam coniecturam, supra verbis *τὴν κη' Πυθιάδα* indicatam, recepit Corsinus F. A. Tom. II. p. 60. Idem quod infra ad Ol. LXXXVIII. iterum tertiumque ad Ol. CXXIX, 3. Megaclis victoriam ascripsit, non hercle diversas Megaclis victorias, sed diversas numeros Scholiastae emendandi rationes propinare voluit. De quibus coniecturis cf. Prolegg. De Scholio autem illo, e Grammatici alicuius schedis male excerpto, vid. Boeckh. Explicatt. Pindar. Pyth. VII. p. 303 seqq. coll. not. 3. ad Schol. l. l.

322) *Τελεσικράτης*] Scholiastes Pindari ad Pyth. IX. p. 401 Boeckh. *Γράφεται Τελεσικράτει Κυρηναίῳ ὁπλιτοδρόμῳ νικήσαντι τὴν κη' Πυθιάδα, τῇ δὲ λ' στάδιον.*

323) *Θρασυδαῖος Θηβαῖος παῖς*] Idem Scholiastes Pindari ad Pyth. XI. p. 416. *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ Θηβαίῳ παιδὶ σταδιεῖ νικήσαντι κη' Πυθιάδα, καὶ λγ' δίαυλον ἢ στάδιον ἄνδρας.*

324) *Ἱέρων Αἰτναῖος*] Auctor Scholiastes Pindari ad Pyth. III. p. 327 Boeckh: *Ἱέρωνι νικήσαντι κέλητι τὴν εἰκοστὴν ἕκτην καὶ ἑβδόμην Πυθιάδα. Καθίσταται δὲ ὁ Ἱέρων βασιλεὺς κατὰ τὴν ος' Ὀλυμπιάδα, τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης Πυθιάδος τῇ προκειμένῃ Ὀλυμπιάδι συγχρόνου οὔσης.* Secundum hanc sane Scholiastae rationem, qui Pythiades ab Ol. XLIX, 3. numerat, Pythias XXVII. Ol. LXXV, 3. respondet. Sed Scaliger in hac Olympiadum Descriptione recte Pausaniae computationem fide multo di-

δ. ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ[327]). Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ τειχίζουσιν[328]). Ἱέρων, Γέλωνος ἀδελφοῦ τελευτήσαντος, τὴν Συρακουσίων δυναστείαν παραλαμβάνει[329]). Παυσανίας Λακεδαιμόνιος προδοσίας ἑάλω[330]).

ΟΛ. Ος. Σκάμανδρος Μιτυληναῖος στάδιον[331]). Ἀσώπιχος Ὀρχομένιος παῖς Κλεοδάμου στάδιον[332]). Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πυγμὴν τὸ β′[333]).

α. ΦΑΙΔΩΝ[334]). Ἱέρων τὴν Κατάνην ἐπικτίσας Αἴτνην μετωνόμασε[335]). Λεωτυχίδας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη κβ′[336]). Ἐτελεύτησε καὶ Ἀναξίλας Ῥηγίνων καὶ Ζαγκλαίων τυραννήσας ἔτη ιη′[337]).

---

guiorem amplexus (v. not. nostr. 158.) Pythiades ab Olymp. XLVIII, 3. deducit. Debebat igitur, ut sibi constaret, alteram hanc Hieronis celete partam Pythiis victoriam add. *τὸ β′* Ol. LXXIV, 3. ascribere, uti priorem Olymp. LXXIII, 3. ascripsit. Caeterum cf. quae ad Ol. LXXIII. de verbis *Αἰτναῖος Συρακούσιος* monuimus.

325) *Ἐν Ἄργει*] Thucydides lib. II, 2 bellum Peloponnesiacum exarsisse scribit *ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης καὶ Αἰνησίου ἐφόρου ἐν Σπάρτῃ καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις.* Incidit autem belli Peloponnesiaci initium in Olymp. LXXXVII, 2. unde retro supputatis XLVII. annis annus Olymp. LXXV. tertius reperitur primus Chrysidos. Caeterum cf. nos ad Ol. LXXXIX, 2. s. n. 535.

326) *Θεμιστοκλῆς*] Plutarchus Themistocl. cp. 5. (T. I. p. 283 Hutten.): *ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς, μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχοντος, καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα· Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν.* Atqui Adimantus Archon Athenis fuit Olymp. nostrae anno 4. Scaliger igitur unius anni prochronismum commisit. Meursius autem cum a Suida s. v. *Φρύνιχος· ἐνίκα τοίνυν ἐπὶ τῆς ξζ′ Ὀλυμπιάδος* eandem victoriam indicari putaret, nimis audacter lexicographo *οε′* restituere voluit, de Arch. Athen. lib. II. cp. 9. p. 71. Caeterum Phoenissis Phrynichi vicit Themistocles. Vid. C. M. Wiel. Mus. Att. IV. fasc. 1. p. IX. seq., G. Hermann. de Aesch. Persis p. 5, Fr. Th. Welcker. Mus. Rhen. Suppl. II, 1. p. 19.

327) *Ἀδείμαντος*] Ex Diodoro XI, 41 init. Meminerunt eiusdem Auctor Marmor. Par. ep. 54., Plutarchus Themist. cap. 5, item Epigramma a Scholiasta Hermogenis p. 416 servatum (ap. Bergk. Poëtt. Lyr. Gr. p. 789 Simon. fr. 148, 1.)

328) *Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ τειχίζουσιν*] Auctor Diod. XI, 41 coll. Thuc. I, 93. Vid. not. nostr. n. 320.

329) *Ἱέρων Γέλωνος ἀδελφοῦ*] Hiero Geloni fratri in Syracusarum tyrannide successit secundum Diodorum XI, 38, Ol. LXXV, 3., secundum diversos Eusebii chronologos aut Ol. LXXV, 2. (Hieronym., omitt. Mai. Arm.) aut Ol. LXXVI, 2. (Hieronym., Ol. LXXVI, 4. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 254 B.). Scholiastes Pindari mox Ol. LXXV., mox Ol. LXXVI. neglecta anni notatione appellat ad Pyth. I. p. 300 et ad Pyth. III. p. 327 Boeckh. — Scaliger igitur medium quoddam tenens Ol. LXXV, 4. Hieronis assignavit auspicia, quae adeo usque ad Ol. LXXVII, 1. deprimit Marm. Par. auctor ep. 56. Sed praestat caeteris Diodori testimonium. Vid. Prolegg.

330) *Παυσανίας*] Auctor Diodorus XI, 44 seqq. Sec. Krueg. l. l. p. 47. Ol. LXXVI $\frac{3}{4}$.

331) *Σκάμανδρος Μιτυληναῖος*] Testes sunt Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Dionysius AA. RR. lib. IX. p. 576, 42. Diodorus vero lib. XI. cp. 48. eum *Σκαμάνδριον* appellat, cui ex Africano et Dionysio *Σκάμανδρος* reddendum censet Meursius de Archontt. Att. II. cp. 10. p. 72. Sed *Σκαμάνδριος* tuentur nunc Crameri Anecdota Parisiens. Vol. II. p. 145, quamquam Maii Armeniaca Scamander praebent et ipsa p. 149.

332) *Ἀσώπιχος Ὀρχομένιος*] Auctor Scholiastes Pindari ad Ol. XIV. p. 292. *Ἀσωπίχῳ Ὀρχομενίῳ] οὗτος ἐνίκησε τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ ἕκτην Ὀλυμπιάδα σταδίῳ.* De patre pueri Cleodamo vid. Pind. Ol. XIV, 22 coll. Schol. p. 295.

333) *Εὔθυμος Ἀστυκλέους*] Testis Pausanias VI, 6, 2. *καὶ ἐπ' ἐκείνης τε αὐτῆς* (scil. *τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα*) *καὶ τῆς μετ' ἐκείνην Ὀλυμπιάδος τὸν ἐπὶ πυγμῇ στέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος.* Idem primum Olymp. LXXIV. lucta vicerat. Vid. Paus. VI, 6, 1. coll. not. nostr. 301. Scaliger uti hic, ita Ol. LXXVII., *πάλην* pro *πυγμὴν* memoriae lapsu dederat. De patre et genere Euthymi cf. eundem Pausaniam l. l. coll. Plin. N. H. VII, 48.

334) *Φαίδων*] Archon Atheniensium Ol. LXXVI, 1. sec. Diod. XI. cp. 48. init., Dionys. AA. RR. IX, p. 576, 44., Plut. Thes. cp. 36., Schol. Aeschin. p. 755. Reisk.

335) *Ἱέρων τὴν Κατάνην*] De Aetna urbe ab Hierone Ol. LXXVI, 1. condita auctores sunt Diodorus lib. XI. cp. 19. coll. Schol. Pind. ad Ol. I. p. 21 et ad Pyth. I. p. 300. Vid. Boeckhii Explicatt. Pindar. p. 224 coll. Prolegg.

336) *Λεωτυχίδης*] Tradit Diodorus lib. XI. cp. 48. *ἐπὶ τούτων* (scil. *τῶν ὑπάτων Καίσωνος Φαβίου καὶ Σπορίου Φουρίου Μενελλαίου*) *Λεωτυχίδας ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη εἴκοσι καὶ δύο, τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀρχίδαμος* (Legebatur ante Palmerium *Ἀρχέλαος*. Animadvertit mendum etiam Scaliger Isagog. Can. lib. III. p. 340 cf. Wesseling. ad Diod. l. l. Fuerunt autem Leotychides et Archidamus ex familia regia Proclidarum) *ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαράκοντα καὶ δύο.*

p. 319 b. β. *ΔΡΟΜΟΚΛΕΙΔΗΣ*[338]).
γ. *ΑΚΕΣΤΟΡΙΔΗΣ*[339]). *Οἱ Τυρρηνοὶ ὑπὸ Κυμαίων ἡττηθέντες δεινῶς ἐταπεινώθησαν*[340]). *Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακούσιος τὴν κθ' Πυθιάδα ἐνίκησεν ἅρματι*[341]).
δ. *ΜΕΝΩΝ*[342]). *Πόλεμος Ταραντίνοις πρὸς Ἰαπυγίους*[343]). *Αἰσχύλος τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ*[344]).

ΟΛ. ΟΖ. *Δάτης, ἤτοι Δάνδης Ἀργεῖος στάδιον*[345]). *Ἐργοτέλης Κρὴς πόλεως Γνωσσοῦ δολιχόδρομον*[346]). *Θήρων Ἀκραγαντῖνος ἅρματι*[347]). *Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πυγμὴν τὸ τρίτον*[348]).
α. *ΧΑΡΗΣ*[349]). *Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς ἐγνωρίζετο, οὗ μέμνηται Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ*[350]). *Θήρων ὁ Ἀκραγαντίνων δυνάστης ἐτελεύτησε*[351]). *Ῥω-*

---

337) *ἐτελεύτησε καὶ Ἀναξίλας*] Verba sunt Diodori, qui l. modo l. sic pergit: *ἐτελεύτησε δὲ καὶ Ἀναξίλας ὁ Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης τύραννος δυναστεύσας ἔτη ιη'.* Vid. Boeckh. Introd. ad Pind. Pyth. II. p. 240 sq. coll. Prolegg.

338) *Δρομοκλείδης*] Archon Athenis fuit Ol. LXXVI, 2. sec. Diodorum XI, 50.

339) *Ἀκεστορίδης*] Praeturam Athenis gessit Ol. LXXVI, 3. ex Diodoro lib. XI, 51.

340) *Οἱ Τυρρηνοὶ*] Refert Diodorus l. c. Adiuverat autem Cumanos adversus Tyrrhenos, maris dominationem exercentes, Hiero.

341) *Ἱέρων Αἰτναῖος*] Testatur Scholiastes Pindari ad Pyth. I. p. 300 *ἐνίκησε δὲ ὁ Ἱέρων . . . τὴν δὲ εἰκοστὴν ἐννάτην (Πυθιάδα) ἅρματι.* Cf. not. nostr. 298.

342) *Μένων*] Archon Athenis Ol. LXXVI, 4. ex Diodoro lib. XI. cp. 52. coll. Didascal. ad Aesch. Persas.

343) *Πόλεμος Ταραντίνοις*] Diodorus l. l. *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Μένωνος Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν Λεύκιον Αἰμίλιον Μάμερκον καὶ Γάϊον Κορνήλιον Λέντουλον. κατὰ δὲ Ἰταλίαν πόλεμος ἐνέστη Ταραντίνοις πρὸς τοὺς Ἰάπυγας.* Scaliger autem minus recte *Ἰαπυγίους* scripsit.

344) *Αἰσχύλος τραγῳδὸς ἐνίκα*] Testis est auctor Didascaliae ad Persas Aeschyli: *ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ (Ποντίῳ* leg. e coni. Herm. de Aeschyl. Glauc. a. 1812. p. 4 et Welcker. de Trilog. Aesch. p. 471, quorum alter Glaucum Pontium recte tragoediam fuisse ostendit.), *Προμηθεῖ (Πυρκαεῖ,* satyrico, secundum Welcker. de Tril. Aesch. p. 119. 506. Epimetr. p. 31. 75. de Dram. sat. p. 314.). Caeterum Scaliger minus recte *Ποτνεῖ* dederat.

345) *Δάτης ἤτοι Δάνδης*] ***Dates*** hic stadionica audit Dionysio AA. RR. lib. IX. p. 594, 44. ***Dandes*** Diodoro lib. XI. cp. 53. init. et Africano apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Sed Interpres Armen. apud Auch. I. p. 291 ***Dandinus***, ap. Mai. p. 149 ***Dadinus*** expressit. Victoriarum numerum, in IV. ludis sacris a Dande reportatarum, servavit Simonidis Epigramma (Antholog. Graec. Pal. XIII, 14. Tom. II. p. 537. Iacobs. p. 791 ap. Bergk. Poëtt. Lyr. Gr. Simon. fr. 154.), ubi qui vulgo *Δάνδις* scribitur, eum in *Δάνδης* mutavit Bergkius. Cf. Scal. Addenda ad Graec. Euseb. p. 428 a.

346) *Ἐργοτέλης*] Tradit Scholiastes Pindari ad Olymp. XII. p. 261. *Ἐργοτέλης Κρὴς μὲν ἦν τῷ γένει πόλεως Κνωσοῦ, ὃς ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐννάτην.* Praeter has palmas Olymp. LXXVII, 1. et Pythiad. XXIX. (i. e. Ol. LXXVI, 3.) partas, quarum tamen Olympicam duntaxat dolicho, Pythicam vero cursu meruit (v. Boeckh. Expll. ad Pind. Ol. XII. p. 207 seq.) etiam multas alias victorias retulit, quarum meminit Pausanias VI, 4, 7. his verbis: *Ἐργοτέλης δὲ ὁ Φιλάνορος δολιχοῦ δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ* (cf. Pind. Ol. XII. v. 18.) *τε καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος.* Fuit quidem Ergoteles, Philanoris f., Cretensis e Gnosso, sed seditione Gnosso pulsus, ad Himeraeos profugit, ab iisque in civitatem receptus sese Himeraeum in certaminibus victorem renuntiari passus est. Vid. Pausan. l. l. et Schol. Pindari l. l. coll. Boeckh. l. l. Caeterum Scaliger aut *δολιχοδρόμος* aut *δολιχὸν* scribere debebat. Vid. not. nostr. 255.

347) *Θήρων Ἀκραγαντῖνος*] Scholiastes Pindari vet. ad Olymp. II. p. 58: *Γέγραπται ὁ ἐπινίκιος Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ ἅρματι νενικηκότι τὴν ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα.* At idem ad v. 168. p. 86 *ἐνίκα οὖν*, inquit, *ος'* (scil. *Ὀλυμπιάδα*), quam posteriorem temporis assignationem amplexus Boeckhius Scholiastam recentiorem, v. 166. p. 86. Theronem Ol. LXX. vicisse dicentem, plane nugari censet. Vid. eius Introd. ad Ol. II. p. 114 seqq. coll. Kraus. Olymp. p. 386.

348) *Εὔθυμος Ἀστυκλέους*] Refert Pausanias VI, 6, 2. coll. not. nostr. 333.

349) *Χάρης*] Archon fuit Olymp. LXXVII, 1. testibus Diodoro XI, 53. et Dionysio AA. RR. lib. IX. p. 594, 44. Extant nonnulla huius nominis vestigia etiam in Marm. Par. ep. 56. *Χ . . ητος.*

350) *Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος*] Stephanus Byzantius s. v. *Τάρας* sic: *καὶ Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος· μέμνηται τούτου ὁ Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ.* Sed Plato Icci Tarentini non tantum in Protagora p. 316 D. E. meminit, sed etiam de Legg. VIII. 839 E. propter eius artem gymnasticam.

351) *Θήρων ὁ Ἀκραγαντίνων*] Disertis verbis prodit Diodorus lib. XI. cp. 83. Obiit autem anno quarto potius Olymp. LXXVI. Vid. Boeckh. Explicc. ad Ol. Pind. II. p. 117. seqq. coll. Prolegg.

μαῖοι πρὸς Οὐεϊεντανοὺς ἐνστάντος πολέμου περὶ τὴν Κρεμέραν, Ῥωμαίων ἡττηθέντων, οἱ τριακόσιοι Φάβιοι, συγγενεῖς ἀλλήλων ὄντες, ἔπεσον[352]). Δημόκριτος ἐγεννήθη κατά τινας[353]).

β. ΠΡΑΞΙΕΡΓΟΣ ἤτοι ΠΡΗΞΟΥΡΓΟΣ[354]). Ἠλεῖοι πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν, τὴν ὀνομαζομένην Ἦλιν[355]). Θεμιστοκλῆς ἐξωστρακίσθη[356]). Μίκυθος δυνάστης Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης πόλιν ἔκτισε Πυξοῦντα[357]).

---

352) *Ῥωμαίοις πρὸς Οὐεϊεντανοὺς*] Diodorus XI. cp. 53. bellum adversus Veientes T. Menenio, C. Horatio Coss. gestum his verbis enarrat: *κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαίοις πρὸς Οὐϊεντανοὺς ἐνστάντος πολέμου, μεγάλη μάχη συνέστη περὶ τὴν ὀνομαζομένην Κρεμέραν. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἡττηθέντων, συνέβη πολλοὺς αὐτῶν πεσεῖν, καὶ τοὺς Φαβίους τοὺς τριακοσίους* (Hunc numerum habet etiam Eusebius. Dionysius vero, Livius, Gellius CCCVI. accuratius appellant), *συγγενεῖς ἀλλήλων ὄντας, καὶ διὰ τοῦτο μιᾷ περιειλημμένους προςηγορίᾳ.* Dissidens a Diodoro Dionysius lib. IX. p. 550 seqq. Fabiorum cladem licet T. Menenio, C. Horatio Coss. accidisse testetur et ipse, eorum tamen consulatum in Ol. LXXVI, 1. incidere dicit. V. not. 448. Cum Dionysio faciunt Gellius lib. XVII. cp. 21. et Livius II, 49—51. Sed Eusebius Hieronymi Fabios adeo Ol. LXXII, 4. caesos notans errat certissime. Vid. Scal. Animadvv. p. 100 a.

353) *Δημόκριτος*] Democritus, Hegesistrati sive Athenocriti sive (cf. Ael. VV. HH. IV, 20., Theodoret. Therapeut. Serm. IV., Pseudo-Origen. in Philosoph. ap. Menag. ad Diog. IX, 34.) Damasippi, secundum Laërtium IX, 34 a Suida s. v. *Δημόκριτος* I. lemm. transscriptum, F., Abderites, *natus est* Olymp. LXXVII. ex Suidae nonnullis l. l. et Cyrilli adv. Iul. I. p. 13 B. chronologis. Huius eiusdem Olympiadis anno III. eum in lucem editum testatur Thrasyllus ap. Diog. IX, 41. coll. Gell. NN. AA. XVII, 21. (v. not. n. 359.), sed Olymp. LXXX, 1. longe dignissimus fide Apollodorus ap. eund. l. l. (v. not. n. 400.), cuius rationem, ne Suidae quidem l. l. praetermissam, et Diogenes IX, 34 fulcit et ipse ap. Diog. IX, 41. Democritus confirmat. Utriusque tamen et Thrasylli et Apollodori calculos falsos iudicat Wesselingius ad Diod. XIV, 11, qui suo se Diodoro XIV, 11 addicens Democritum Olymp. LXXI. ad finem vergente primam lucem aspexisse praeeunte in Animadvv. p. 109 b. Scaligero affirmat. Eadem Olympiade, sed ineunte, natum esse philosophum nostrum *πὺξ καὶ λὰξ* contendit Corsinus FF. AA. T. III. p. 140. Verum Wesselingii non minus quam Corsini sententiam iusto carere fundamento ostendit Clintonus FF. HH. II. p. 45 ad a. a. Chr. 460. coll. p. 123 ad a. a. Chr. 370. Kr. — *Floruit* Democritus Olymp. LXXXVI, 1. sec. Eusebium (Hieronymi, Olymp. LXXXVI, 3. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 248 B.) et Cyrillum adv. Iul. I. p. 13 B. *Obiit* Olymp. XCIV, 1. e Diodoro l. l., (v. not. n. 627.), Olymp. XCIV, 3. ex Eusebio (Hieronym., Olymp. XCIV, 2. Mai. Arm.), quinto Artaxerxis Ochi anno i. e. (prouti Artaxerxis III. initium aut cum Diodoro XV, 90. 93. ab Olymp. CIV, 4. aut cum Canone Regum astronomico ab Olymp. CV, 2. deduxeris: v. Clint. FF. HH. II. Append. XVII. p. 328 Kr.), Olymp. CV, 4. vel CVI, 2. ex Chron. Paschal. p. 169 A. Ac profecto Democritus, Olymp. LXXX, 1. natus, Olymp. CV, 4. annum agebat centesimum quartum, quo excessisse traditur Luciano Macrob. cap. 18. et Phlegonti Macrob. cp. 2., a quibus discrepant Diodorus XIV, 11, Chronicon Paschale l. l., Diogenes IX, 43, ne inter se quidem illi conspirantes, quandoquidem Diodorus XC., Chronicon Paschal. C., Diogenes CIX. vitae annos Democrito largitur.

354) *Πραξίεργος ἤτοι Πρήξουργος*] Archontem anni Ol. LXXVII. secundi *Πραξίεργον* dicit Diodorus XI. cap. 54., quem quod Scaliger etiam *Πρήξουργον* scribi posse annotavit, mera de coniectura fecisse putandus est.

355) *Ἠλεῖοι πλείους καὶ μικρὰς*] Ex fide Diodori lib. XI. cp. 54, *ἐπὶ δὲ τούτων* (scil. *ὑπάτων*) *Ἠλεῖοι μὲν πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν ὀνομαζομένην Ἦλιν.* Minus definite Strabo VIII. p. 232, 28 *μετὰ τὰ Περσικὰ* factum statuit. De Pausaniae V, 4, 1. dissensu vid. Wessel. ad Diod. l. l. coll. Sylb. ad Paus. l. l.

356) *Θεμιστοκλῆς ἐξωστρακίσθη*] Diodorus lib. XI. cp. 55. postquam Themistoclem hoc anno proditionis apud Athenienses ab invidis Lacedaemoniis accusatum, patria pulsum esse ostracismo tradidit, sic pergit: *ὁ μὲν οὖν Θεμιστοκλῆς τὸν προειρημένον τρόπον ἐξοστρακισθεὶς ἔφυγεν ἐκ τῆς πατρίδος εἰς Ἄργος.* Cf tamen Kruegeri Studd. hist. phil. p. 49 seq., cui Themistoclem potius Olymp. $\frac{\text{LXXVI, 2.}}{\text{LXXVI, 3.}}$ eiectum ostendenti patrocinatur Eusebius, Themistoclis ad Persas fugam Olymp. LXXVI, 4. (Hieron., Ol. LXXVII, 2. Mai. Arm. coll. Sync. p. 254 B.) ascribens. De re cf. Thuc. I, 135 et Plut. Them. cap. 23.

357) *Μίκυθος δυνάστης*] Ex Diodoro lib. XI. cp. 59. extr. *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις* (i. e. Ol. LXXVII, 2.) *κατὰ τὴν Ἰταλίαν Μίκυθος μὲν ὁ τὴν δυναστείαν ἔχων Ῥηγίου καὶ Ζάγκλης πόλιν ἔκτισε Πυξοῦντα.* Sic scilicet pro *Τευξοῦντα*, quam corruptam librorum scripturam secutus erat Scaliger, admodum feliciter emendaverunt Palmerius ex Plin. H. N. III. cp. V. et Ph. Cluverus Ital. Antiqua IV. p. 1261. Cf. de urbe Pyxunte, quod Romanis est Buxentum, Strab. lib. VI. p. 174, 32 seq., Stephan. Byz. s. v. *Πυξοῦς*, Plin. l. l. coll. Wesseling. ad Diod. l. l. Vol. IV. p. 370 Bipontin., Eckhel. Doctr. Numm. I. p. 152. Adeptus autem est Micythus Rhegii et Zanclae tyrannidem Ol. LXXVI, 1. tutor filiorum Anaxilae (Diod. XI. cp. 48.): quam tutelam quum ferme per decennium religiose administrasset, paternum pupillis regnum Ol. LXXVIII, 2. reddidit. V. Diod. XI, 66 coll. Prolegg.

γ. *ΔΗΜΟΤΙΩΝ*[358]). *Δημόκριτος ἐγεννήθη κατὰ Θράσυλλον*[359]). *Κίμων τὰς πόλεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ταῖς Περσικαῖς φρουραῖς κατεχομένας ἠλευθέρωσε*[360]). *Κίμων τοὺς Πέρσας ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ λαμπρῶς ἐνίκησε*[361]). *Τελεσικράτης Κυρηναῖος τὴν λ' Πυθιάδα ἐνίκησε σταδίῳ*[362]).

δ. *ΦΑΙΔΩΝ*[363]). *Σωκράτης ἐγεννήθη*[364]). *Σεισμοῦ ἐν Σπάρτῃ γενομένου μεγάλου αἱ οἰκίαι ἐκ θεμελίων ἔπεσον καὶ τῶν Λακεδαιμονίων πλείους δισμυρίων διεφθάρησαν*[365]).

ΟΛ. ΟΗ. Παρμενίδης Ποσειδωνιάτης στάδιον[366]).

α. *ΘΕΑΓΕΝΙΔΗΣ*[367]). *Ἀργεῖοι τῶν Μυκηναίων μάχῃ κρατήσαντες Μυκήνας κατέσκαψαν*[368]). *Κατά τινας Ἱέρων ὁ Συρακούσιος ἐτελεύτησε*[369]). *Πανύασις Πολυάρχου Ἁλικαρνασσεὺς ποιητὴς ἐγνωρίζετο*[370]).

---

558) *Δημοτίων*] Praeturam gessit Athenis Ol. LXXVII, 3. ex Diodori lib. XI. cp. 60.

359) *Δημόκριτος ἐγεννήθη*] Thrasylli calculos ap. Diog. IX, 41. indicat Scaliger. V. not. nostr. n. 353. De Thrasyllo autem vid. Prolegg.

360) *Κίμων τὰς πόλεις*] Enarrat Diodorus lib. XI. cp. 60. *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημοτίωνος Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Πούπλιον Οὐαλέριον Ποπλικόλαν καὶ Γάϊον Ναύτιον Ῥοῦφον. ἐπὶ δὲ τούτων Ἀθηναῖοι στρατηγὸν ἑλόμενοι Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου καὶ δύναμιν ἀξιόλογον παραδόντες ἐξέπεμψαν ἐπὶ τὴν παράλιον τῆς Ἀσίας βοηθήσοντα μὲν ταῖς συμμαχούσαις πόλεσιν, ἐλευθερώσοντα δὲ τὰς Περσικαῖς ἔτι φρουραῖς κατεχομένας*, quod quidem eum multis in Lycia et Caria urbibus expugnatis Persisque mari (*λαμπρῶς*) oppressis, etiam consecutum esse deinceps enarrat.

361) *Κίμων τοὺς Πέρσας ἐπ' Εὐρυμέδοντι*] Auctor Diodorus XI, 61 coll. Krueg. ad Clint. FF. HH. p. 37 ad a. a. Chr. 470. et eiusd. Studd. hist. phil. p. 32. Discedit a Diodoro Eusebius, Cimonis prope Eurymedontem reportatam de Persis victoriam Olymp. LXXIX, 3. (Hieronym., Ol. LXXIX, 4. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 254 C.) assignans. Cf. Thuc. I, 98. seqq. et Plut. Cim. capp. 7. 8. 11. seqq.

362) *Τελεσικράτης Κυρηναῖος*] Scholiastes Pindari ad Pyth. IX. p. 401 *ἐνίκησε μέντοι (Τελεσικράτης Κυρηναῖος) καὶ στάδιον τὴν λ' Πυθιάδα.* Vid. not. ad Ol. LXXV, 3.

363) *Φαίδων*] Profluxit hoc Archontis nomen e corrupto Diodori textu lib. XI. cp. 63., ubi tamen *Ἀψεφίων* aut *Ἀψηφίων* restituendum esse vidit post Palmerium, Bentleium, Stanleium, Wesselingium, Boeckhius, qui (Cp. Inscr. II. p. 340) singula fere nominis elementa expendit. Vide not. nostr. n. 305.

364) *Σωκράτης ἐγεννήθη*] Socrates natus est Ol. LXXVII, 4. ex calculis Thrasylli apud Diog. Laërt. IX, 41, qui Democritum, Ol. LXXVII, 3. natum, Socrate anno natu maiorem testatur. Cf. not. nostr. sub n. 359. Convenit cum Thrasyllo etiam Apollodoro apud Diog. Laërt. II, 44., cuius verba a Scaligero frustra esse tentata supra demonstravimus ad Ol. LXXIV, 4. s. n. 305. Eusebius tamen Socratem Olymp. LXXVIII, 3. (Hieron., Olymp. LXXVIII, 4. Mai. Arm. coll. chron. Pasch. p. 162 B.) natum affirmat.

365) *Σεισμοῦ ἐν Σπάρτῃ*] Repetiit Scal. ex Diodoro XI. cp. 63. *ἐν γὰρ Σπάρτῃ γενομένων σεισμῶν μεγάλων συνέβη πεσεῖν τὰς οἰκίας ἐκ θεμελίων καὶ τῶν Λακεδαιμονίων πλείους τῶν δισμυρίων φθαρῆναι.* Cf. nostra ad Olymp. XXIX, 1. s. n. 91. Thucyd. I, 101. Plut. Cimon. cp. 16. At v. et not. nostr. 482.

366) *Παρμενίδης*] Memorant Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41, Diodorus XI. cp. 65., Dionysius AA. RR. IX. p. 611, 44.

367) *Θεαγενίδης*] De Theagenide Ol. LXXVIII, 1. Archonte testes sunt Diodorus XI. cp. 65., Dionysius AA. RR. IX. p. 611, 46. Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. Vit. Andocid. p. 835 A. perperam eum *Θεογενίδην* appellat. Extat nomen eius etiam in Marm. Pario ep. 58.

368) *Ἀργεῖοι τῶν Μυκηναίων*] Diodorus, quum lib. XI. cp. 65. inter Argivos et Mycenenses, qui sub Argivorum imperio amplius esse nollent, bellum exarsisse perhibuisset, sic pergit: *νικήσαντες δὲ μάχῃ τοὺς Μυκηναίους καὶ συγκλείσαντες* (scil. *οἱ Ἀργεῖοι*) *ἐντὸς τειχῶν, ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν.* Et paullo post: *οἱ δὲ Ἀργεῖοι τοὺς Μυκηναίους ἀνδραποδισάμενοι καὶ δεκάτην ἐξ αὐτῶν τῷ θεῷ καθιερώσαντες τὰς Μυκήνας κατέσκαψαν.* Cf. Clint. FF. HH. II. p. 38 ad a. Chr. 468. ibique Kruegerum.

369) *Κατά τινας Ἱέρων*] Scholiastes Pindari ad Olymp. I. p. 21 *συνέβη δὲ αὐτὸν (τὸν Ἱέρωνα) νικήσαντα τεθρίππῳ τὴν ἑβδομηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα ἐν ταύτῃ τελευτῆσαι.* Scaliger *ἐν τῇ οη' Ὀλυμπιάδι* pro consuetudine sua (v. Prolegg.) de primo Olympiadis LXXVIII. anno interpretatus divortium effecit Scholiastae Pindari et Diodori (v. not. 372.), quod rem accuratius consideranti nullum esse videbitur. Imo Diodorus, qui Hieronis mortem Olymp. LXXVIII, 2. assignat, confirmari potius dicendus est a Pindari Scholiasta, qui Olympiadem recte definivit, annum neglexit.

370) *Πανύασις Πολυάρχου*] Suidas, s. v. *Πανύασις· Πολυάρχου Ἁλικαρνασσεὺς [τερατοσκόπος καὶ] ποιητὴς ἐπῶν . . . . γέγονε μετὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα.* Ubi Scaliger *κατά*, quod edidit Gaisfordius, aut legit aut legendum censuit. Cf. Prolegg.

β. ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ[371]). Ἱέρων ὁ τῶν Συρακουσῶν βασιλεὺς τελευτᾷ ἐν Κατάνῃ, τὴν δὲ βασιλείαν παραλαμβάνει ὁ ἀδελφὸς Θρασύβουλος[372]).

γ. ΛΥΣΑΝΙΑΣ[373]). Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος τὴν λα' Πυθιάδα ἐνίκησεν ἅρματι[374]). Θρασύβουλος τῆς Συρακουσίων ἀρχῆς ἐξέπεσεν[375]). Ἐν τῇ Ῥώμῃ κατεστάθησαν πρῶτον δήμαρχοι τέτταρες[376]).

δ. [377]). Ἀρτάβανος τὸν Ξέρξην ἀναιρεῖ[378]).

ΟΛ. ΟΘ. Ξενοφῶν Κορίνθιος στάδιον[379]). Φερίας Αἰγινήτης παίδων πάλην[380]).

α. ΑΡΧΙΔΗΜΙΔΗΣ[381]). Παρμενίδης ὁ φιλόσοφος ἤκμαζεν[382]). Ἀρταξέρξης

---

371) *Λυσίστρατος*] Diodorus lib. XI. cp. 66.

372) *Ἱέρων ὁ τῶν Συρακουσῶν*] Ex Diodori l. l. *Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ Κατάνῃ καὶ τιμῶν ἡρωϊκῶν ἔτυχεν, ὡς ἂν κτίστης γεγονὼς τῆς πόλεως. οὗτος μὲν οὖν ἄρξας ἔτη ἕνδεκα* [*καὶ μῆνας ὀκτὼ* idem add. XI, 38 fin.] *κατέλιπε τὴν βασιλείαν Θρασυβούλῳ, ὃς ἦρξε Συρακοσίων ἐνιαυτὸν ἕνα.* Decem tantummodo imperii annos Hieroni attribuit Aristoteles Polit. V, 9, 23. Schn. Vid. not. nostr. s. n. 369. coll. Prolegg. 373) *Λυσανίας*] Diodorus XI. cp. 67.

374) *Ἀρκεσίλαος*] Scholiastes Pindari ad Pyth. IV. p. 342. *Γέγραπται μὲν ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάῳ, Πολυμνήστου παιδὶ* [Batti IV. potius, uti demonstrat Boeckhius Explicatt. ad Pind. Pyth. IV. p. 265 seq.] *Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λιβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα.* Idem ad Pyth. V. p. 377. *Γέγραπται καὶ αὕτη ἡ ᾠδὴ τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάῳ ἅρματι νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα* i. e. Ol. LXXVIII, 3.

375) *Θρασύβουλος*] Testis Diodorus lib. XI. cp. 67. coll. 66. Excidit autem tyrannide Thrasybulus *ἄρξας ἐνιαυτὸν ἕνα* — Diod. XI, 65, *ἑνδεκάτῳ μηνί* — Aristot. Polit. V, 9, 23. Schn. V. Prolegg.

376) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ*] Diodorus XI, 68. extr. *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε* (Ol. LXXVIII, 3.) *πρώτως κατεστάθησαν δήμαρχοι τέτταρες, Γάϊος Σικίνιος καὶ Λικινίος Νεμετώριος* [L. Numitorius Liv. II, 58.] *πρὸς δὲ τούτοις Μάρκος Δουίλλιος* [Duilius Liv. l. l.] *καὶ Σπόριος Ἀκίλιος* [Sp. Icilius Liv. l. l.] Sed errat Diodorus in tribunorum numero. Omisit enim L. Maecilium. Aucti sunt plebis tribuni hoc fere modo. Primum duo, qui tres sibi collegas creaverunt, in seditione comitiis curiatis creati Sp. Cassio Viscellino II. Postumo Cominio Aurunco II. Coss. Olymp. LXXI, 3. a. Chr. 494. Vid. Liv. II, 33 coll. Dionys. AA. RR. VI. p. 410, 19 seqq. cum Fr. Sylburgii p. 46 nota. Tum quinque nulla cooptatione, singuli e singulis classibus, App. Claudio, T. Quinctio Coss. [Olymp. LXXVIII, 3. sec. Diod. l. l.] Olymp. LXXVII, 1. a. Chr. 472. Vid. Piso ap. Liv. II, 58. coll. Pigh. Ann. ad ann. CCLXXXIII. p. 117. Denique duplicato numero decem, e singulis classibus bini, Q. Minucio, C. Horatio Pulvillo Coss. Olymp. LXXX, 4. a. Chr. 457. Vid. Liv. III, 30 et Dionys. AA. RR. X. p. 657, 10 seqq. — Eusebius, qui tribunos plebis Olymp. LXXXIII, 1. [Hieronym., Olymp. LXXXII, 1. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 254 D.] pro consulibus magistratum inisse testatur, tribunos plebis cum tribunis militum consulari potestate primum Olymp. LXXXIV, 1. a. Chr 444. creatis [v. Liv. IV, 7 et Dionys. e cod. Vatic. XI, 61.] confudit, uti recte observat Scaliger Animadvv. p. 104 a.

377) *Λυσίθεος*] Atheniensium Olymp. LXXVIII, 4. Archon sec. Diodorum XI. cp. 69., omissus nimia Scaligeri festinantia.

378) *Ἀρτάβανος τὸν Ξέρξην*] Artabanus natione Hyrcanius, satellitum princeps, Xerxem obtruncat eiusque sceleris poenas dat Artaxerxi, qui patris caedem caede percussoris expiavit, Olymp. LXXVIII, 4. Sic Diodorus XI, 69, cuius nimium festinans calamus copiam Artabano vix praebuit regni Persarum occupandi: quod recte per VII. menses tenuisse dicitur Manethoni ab Africano laudato ap. Syncell. p. 75 D., Eusebio, Chron. Pasch. p. 162 C. auctori. His autem septem Artabani mensibus unum et viginti annos, quos Xerxis imperio idem Manetho l. l. et Canon Regum astronomicus Diodoro l. l. non dissentiente attribuunt, ita complet Clintonus FF. HH. II. App. XVIII. p. 326. coll. tabb. ann. a Chr. 465. p. 42 Kr., ut Xerxi anno a. Chr. 485. ineunte regnum auspicato et Olymp. LXXVIII, 4. item ineunte [a. Chr. 465. med.] sublato Artaxerxem a. a. Chr. 464. ineunte et ipso successisse statuat. Cui temporum notationi fundamentum subtrahere studet Kruegerus in Studd. hist. phil. p. 30 seqq. Diodorum enim ille erroris insimulans Xerxis mortem et Artaxerxis auspicia Olymp. LXXVI $\frac{3}{4}$ ascribit.

379) *Ξενοφῶν Κορίνθιος στάδιον*] Testes sunt Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Dionysius AA. RR. IX. p. 617 seq. Diodorus XI. cp. 70. init. Adde Pausaniam IV, 24, 2: ubi tamen corruptus Olympiadis numerus Scaligerum ita deceperat, ut eundem victorem in Ol. XXIX. conferret, qua de re supra exposuimus ad Ol. XXIX. sub n. 88. Scripsit in Xenophontis laudes Odam Olymp. XIII. Pindarus, cuius Scholiastes p. 268 eum eadem die stadio et quinquertio palmam meruisse testatur. Pater eius Thessalus Olymp. LXIX. eadem vicerat Olympia. Hinc Xenophontis *τρισολυμπιονίκας οἶκος* dici potuit. Vid. Boeckh. Introduct. ad Olymp. XIII. p. 211 coll. not. nostr. n. 250.

380) *Φερίας Αἰγινήτης*] Pausanias VI, 14, 1. *Φερίας δὲ Αἰγινήτης, (οὗτος γὰρ παρὰ τὸν Ἀθηναῖον Ἀριστοφῶντα ἀνάκειται) ὀγδόῃ μὲν πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι κομιδῇ τε ἔδοξεν εἶναι νέος, καὶ οὐκ ἐπιτήδειός πω νομισθεὶς παλαίειν, ἀπηλάθη τοῦ ἀγῶνος. Τῇ δὲ ἑξῆς (κατεδέχθη γὰρ τηνικαῦτα ἐς τοὺς παῖδας) ἐνίκα παλαίων.* Cf. de Pheria O. Muelleri Aeginett. p. 141.

381) *Ἀρχιδημίδης*] Archon fuit ex Diodori et Dionysii l. l. p. 618. Ol. LXXIX, 1. *Ἀρχεδημίδης*,

βασιλεύει Περσῶν ἔτη μ'[383]). *Ἀθηναῖοι τοὺς Θασίους καὶ Αἰγινήτας ἀποστάντας ἐχειρώσαντο*[384]). *Ἀθηναῖοι εἰς Ἀμφίπολιν οἰκήτορας πέμπουσι*[384]). *Τὸ πρὸ ι' ἐτῶν ἀπήνῃ, τοῦτ' ἔστιν ἅρματι ἐξ ἡμιόνων ζευχθέντι, ἀγωνίζεσθαι ὑπὸ Ἀσανδράστου ἐπιτηδευθέν, ἐν τῷδε τῷ ἔτει διελύθη*[386]).

---

pro quo Scaliger *Ἀρχιδημίδης* vix consulto scripsit, quamquam sic etiam a Clintono FF. HH. II. a. Chr. 464. expressum video. *Ἀρχεδημίδης* scriptura etiam Pausaniae loco IV, 24, 2. recte restituta est a Palmerio, Claviero, Siebelisio, Walzio et Schubartio, pro *Ἀρχιμήδης*, quod tenuit Bekkerus.

382) *Παρμενίδης*] Parmenides, Pyretis F. [v. Suid. s. v. *Παρμενίδης*], Eleates [v. Strab. VI. p. 174, 18 coll. Suid. l. l.], Xenophanis [v. Aristot. Metaph. I, 5. p. 846 E. coll. Clem. Alex. Strom. I. p. 301 D. Sext. Empir. adv. Mathem. p. 392 extr. Fabric. Suid. l. l. Anaximandri? Theophrast. ap. Diog. et Suid. l. l. coll. Krueg. ad Clint. FF. HH. II. p. 21 a. Chr. 508.] discipulus, floruit *κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν* [sic Ed. Froben. et Stephan., *κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν* Ed. Aldobrand. Menag. Huebner., accinente Clintono l. l., *κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν* Grentemenilius ap. Menag., *κατὰ τὴν ὀγδόην καὶ ἑβδομηκοστὴν* Heraldus Adverss. I, 2., *κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν* Scaliger et ad oram Diogenis sui et in hoc Olympiadum Recensu, cuius coniecturam, uti solet, pro veteris codicis auctoritate amplexus est Meursius Lectt. Att. IV, 27. de Archontt. Athen. II, 15, assensuque suo approbarunt Fuellebornius Symboll. ad Histor. philos. Fasc. VI. p. 14 et Stallbaumius Prolegg. ad Parmenid. Plat. p. XXIV.] *Ὀλυμπιάδα* secundum Diogenem IX, 23 coll. 21. Cuius numeris in *κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑβδομηκοστὴν* [*ΚΘ'* vel *ΞΘ'* in *ΟΕ'*] *Ὀλυμπιάδα* refictis Parmenidis natalem Olymp. LXVI, 1., *ἀκμὴν* vero Olymp. LXXV, 1. ponit Kruegerus ad Clint. FF. HH. II. Append. XXI. p. 376 not. 6.: proinde ut philosophus noster quinque et sexaginta annos, quos teste Platone Parmenid. p. 127 B. Theaet. p. 183 E. Sophist. p. 217 C. habuit, cum ad spectanda Panathenaea Athenas venit, Olymp. LXXXII, 2. expletos habuisse statuendus sit. Audiebat tunc Parmenidem senem Socrates adolescentulus [vid. Plat. l. l.], uti eiusdem disciplina magistri se imbuendos praebuerant Zeno Eleates [v. de hoc v. etiam Plat. l. l. Diog. IX, 25, Clem. Alex. Strom. I. p. 301 D. Suid. s. v. *Ζήνων Ἐλεάτης*] et Empedocles. V. Alcidamas ap. Diog. VIII, 56 et Suid. s. v. *Παρμενίδης*. — Eusebius igitur, qui e diversis chronologis Parmenidem nunc Olymp. LXXXI, 1. [raro Hieronymi et Mai. Armen. consensu; vid. Syncell. p. 254 C.], nunc Olymp. LXXXVI, 1. [Hieronym., Olymp. LXXXVI, 4. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 257 B.] clarum habitum esse affirmat, priorem Olympiadem aetati philosophi congruam edidit, posteriorem non item. Atqui tuetur hanc ipsam etiam Cyrillus adv. Iul. I. p. 13 B. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 63 a. Chr. 435.

383) *Ἀρταξέρξης*] Haec Diodorus XI, 69 sub Lysithei anno, cui Artaxerxis auspicia etiam assignare aut voluit aut debuit Scaliger. In annis regni Artaxerxis sibi constat Diodorus XII, 64 consentiente Eusebio, quamquam Canon Regum astronomicus et Chron. Pasch. auctor p. 162 C. ei XLI. attribuunt. Sed illi uni et quadragesimo Artaxerxis anno simul brevia successorum Xerxis II. et Sogdiani regna annumerarunt. Quae qui singillatim computat Manetho, Africano laudatus ap. Syncell. p. 75 D., Artaxerxis regnum XLI. annorum non accurate statuit. Vid. Clint. FF. HH. II. Append. XVIII. p. 326. De Kruegeri sententia vid. not. nostr. 378.

384) *Ἀθηναῖοι τοὺς Θασίους*] Haec hausta sunt ex Diodoro XI, 70 in., qui *ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι*, inquit, *Ἀρχεδημίδου Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Αὖλον Οὐεργίνιον καὶ Τίτον Μινούκιον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἑβδομηκοστὴ καὶ ἐννάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ξενοφῶν Κορίνθιος. ἐπὶ δὲ τούτων ἀποστάντες Θάσιοι ἀπὸ Ἀθηναίων, μετάλλων ἀμφισβητοῦντες, ἐκπολιορκηθέντες ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ἠναγκάσθησαν πάλιν ὑπ' ἐκείνους τάττεσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ Αἰγινήτας ἀποστάντας Ἀθηναῖοι χειρωσάμενοι Αἴγιναν πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν.* Cf. Thucyd. I, 100, Plut. Cim. cp. 14. Kruegerus tamen Studd. hist. phil. p. 144 sqq. Thasiorum defectionem Olymp. LXXVIII, 2. collocat.

385) *Ἀθηναῖοι εἰς Ἀμφίπολιν*] Testis est Diodorus, qui l. l. sic pergit: *ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀθηναῖοι θαλαττοκρατοῦντες εἰς Ἀμφίπολιν ἐξέπεμψαν οἰκήτορας μυρίους κτλ. Ἐννέα ὁδοὶ* urbs dicebatur, quam qui Olymp. LXXXV, 4. instauravit Hagnon Atheniensis Amphipolin nominavit. V. Schol. Aeschin. p. 755 Reisk. et Diod. XII, 32. 68. coll. Thuc. I, 100. IV, 102. Verum Kruegerus duplici correctione alteram coloniam altera XXX. annis priorem et Olymp. LXXVIII, 2. Lysistrato Archonte deductam efficit in Studd. hist. phil. p. 145 seq.

386) *Τὸ πρὸ ι' ἐτῶν ἀπήνῃ*] Verba sunt Scholiastae Pindari ad Ol. V. v. 6. p. 119, *ἀπήνη δ' ἐστὶν ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. εἰθισμένον δὲ ἵπποις ἀγωνίζεσθαι, Ἀσάνδραστος ἐπετήδευσε καὶ ἡμιόνοις ἀγωνίζεσθαι. Χρόνος δέ τις οὐ μακρὸς, ἀλλὰ δεκαετὴς τοῦτο διέλυσε. διελύθη γὰρ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα.* Quo loco Scaliger ob Pausaniam V, 9, 1., *ἀπήνην* Ol. LXX. in Olympiis ascitam esse dicentem, tum illud *χρονὸς δεκαετὴς* de decem Olympiadum tempore interpretatus esse, tum *οθ'* pro *πθ'* corrigendum censuisse videtur: qua sane coniectura decem victorias effecit, quippe inde ab Ol. LXX. usque ad LXXIX. reportatas. Nec tamen sic intelligitur, quomodo Psaumis, cui Pindarus Olymp. IV. et V. dedicavit, eodem teste Scholiasta ad Ol. V. p. 117., Ol. LXXXII. Olympia mulabus vincere potuerit? Accedit, quod Pausanias V, 9, 1. *τὴν ἀπήνην* Ol. LXXXIV. publico praeconio abolitam esse diserte scribit. Haec igitur inter se conciliaturus Bentleius Diss. Phal. ed. Lips. p. 238 seq., Olympiade LXXXIV. *ἀπήνῃ* certatum quidem esse dixit, sed simul pronunciatum, deinceps mulis certandum non esse, ita ut Scholiastae verba *διελύθη γὰρ περὶ τὴν πέ* — hunc enim ille numerum amplectitur — *Ὀλυμ-*

β. ΤΛΗΠΟΛΕΜΟΣ[387]). *Αἰγύπτιοι Περσῶν ἀποστάντες Ἴναρων βασιλέα κατέστησαν*[388]).

γ. ΚΟΝΩΝ[389]). *Πίνδαρος ἐτελεύτησεν*[390]). *Ἧττα Περσῶν ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ Ἀθηναίων συμμαχούντων Ἰνάρῳ*[391]).

πιάδα recte sese habeant, praeterea vero illud *δεκαετὴς* in *δωδεκαετὴς* mutandum esse coniecit. Verum ne sic quidem inter se congruunt omnia, quandoquidem *ἀπήνην* ascitam constat Ol. LXX. Felicius igitur in labe, quam numeri Scholiastae ad Ol. V. v. 6. p. 119 contraxerunt, tollenda versatus est Meursius, qui Arch. Ath. II. cp. 15. p. 82 *πδ'* pro *πϑ'* reposuit. Idem coniecit Hemsterhusius ad Polluc. VII, 186. Boeckhius quoque, licet l. l. *πε'* e Gott. Vratisl. D. receperit, in eiusdem tamen Scholiastae verbis (ad Ol. V. v. 5. p. 117) hisce: *περὶ δὲ τῆς ἀπήνης Πολέμων φησίν· ἤγετο δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀπήνης ἀγών, καί εἰσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι ἡμίονοι. καταλυϑῆναι δὲ τοῦτο τὸ ἀγώνισμα κατὰ τὴν οδ' Ὀλυμπιάδα καὶ εἶναι ιγ'* [quippe ab Ol. LXXI. usque ad Ol. LXXXIII.] *νίκας κτλ. πδ'* pro *οδ'* corrigendum esse asserit, simulque Scholiastam ad v. 6. et v. 19. minus accurate *πε'* exhibere animadvertit. In verbo Scholiastae ad v. 6. *δεκαετής*, certe in posteriori eius elemento nihil fortasse tentandum est. Quippe simili errore Tzetzem quoque septennium cum septem Olympiadibus confundentem animadvertimus not. 124 a. An vero haec tibi arrideat correctio: *χρόνος δέ τις οὐ μακρὸς, ἀλλ' Ὀλ.* (i. e. *Ὀλυμπιάδων*) *δεκατριῶν* (sc. *χρόνος*) *τοῦτο διέλυσε*? Caeterum de Asandrasti nomine cf. quae ad Ol. LXX. s. n. 258. attulimus.

387) *Τληπόλεμος*] Archon Atheniensium Ol. LXXIX, 2. ex Diodoro XI, 71.

388) *Αἰγύπτιοι Περσῶν ἀποστάντες*] Refert Diodorus l. l. *εὐϑὺς οὖν ἀϑροίσαντες δύναμιν ἀπέστησαν* (scil. *οἱ τὴν Αἴγυπτον κατοικοῦντες*) *τῶν Περσῶν καὶ τοὺς φορολογοῦντας τὴν Αἴγυπτον τῶν Περσῶν ἐκβαλόντες, κατέστησαν βασιλέα τὸν ὀνομαζόμενον Ἰναρώ.* Cf. Thuc. I, 104. Clintonus tamen belli Aegyptii initium Olymp. LXXX, 1., Kruegerus vero Studd. hist. phil. p. 164 seq. Olymp. LXXIX, 4. exeunt. ponit.

389) *Κόνων*] Archon Atheniensium Ol. LXXIX, 3. ex Diodoro XI, 74.

390) *Πίνδαρος ἐτελεύτησεν*] De Pindari aetate variae a veteribus proponuntur rationes, quarum tamen quae mortem eius disertis verbis in Olymp. LXXIX, 3. conferat, novi nullam. Coniectura igitur aliqua nobis offertur Scaligeri, qua si quid video corruptis Thomae Magistri verbis mederi voluerit. Is nimirum vita Pindari T. II. p. 5 ed. Boeckh. sic scribit: *τέϑνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἤ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* In his *Ἀβίωνος* nomen nihili est. Quid ergo si Scaligerum eius loco *Κόνωνος* substituisse credas, caeteris verbis in hunc modum transpositis: *τέϑνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἐπὶ Κόνωνος* [Olymp. LXXIX, 3.] *ἄρχοντος, ἤ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα*? Certe eadem transpositione locum illum sanare studuit Meursius, nisi quod pro *ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος* dedit *ἐπὶ Ἀρίστωνος* [Olymp. LXXXI, 3.] *ἄρχοντος*. Item Clintonus FF. HH. II. p. 61 a. Chr. 439. Kr., qui rursus e Dodwello Annall. Thuc. p. 87. et Corsino FF. AA. T. II. p. 58 coll. Wessel. ad Diod. XI, 79. *ἐπὶ Βίωνος* [Olymp. LXXX, 3.] *ἄρχοντος* assumsit. Quas emendationes cunctas unum refellit illud, quod qui de aetate Pindari annoque eius emortuali proponuntur, diversos calculos simul secundum diversas nescio quas de eius natali rationes computatos esse vix credibile est. Sic scilicet nihil in Thomae testimonio relinqueretur, quo tutus pedem figere posses. Ille igitur, nisi fallor, scripserat in hunc modum: *τέϑνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς ἐπὶ Βίωνος ἄρχοντος, ἤ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν* [*πδ'* pro *πς'*] *Ὀλυμπιάδα.* Quum enim sic Olymp. LXXXIV, 1. ab Olymp. LXXX, 3., pari atque annus LXXX. ab anno LXVI. distet intervallo: utrosque chronologos, utut spatium vitae Pindari finemque variantes, eius tamen initium in eodem anno definitum habuisse apparet, quippe Olymp. LXIV, 1., unde usque ad Olymp. LXXX, 3. 66., usque ad Olymp. LXXXIV, 1. 80. profecto anni numerantur. Quarum rationem eam, quae Pindari vitam inde ab Olymp. LXIV, 1. usque ad Olymp. LXXXIV, 1. extendit, altera veriorem inprimis Psaumidis Camarinaei victoria a Pindaro Olymp. LXXXII, 1. [v. Scholiasta ad Olymp. IV. p. 111 et ad Olymp. V. p. 117 coll. not. nostr. 421.] celebrata, ostendit. Atque adoptavit eam Boeckhius, nisi quod pro annis primis utriusque Olympiadis maluit tertios. Pythiorum enim solemnibus, ut ipse testatur [ap. Biograph. cod. Vratisl. T. II. p. 9. ed. Boeckh. (Fr. 205. ed. Boeckh. 170. ed. Bergk.) coll. Plut. Symp. Qu. VIII, 1. et Eustath. Prooem. p. 17], natus poëta annos LXXX. explevit etiam secundum Anonymum vitae versibus heroicis scriptae auctorem ap. Boeckh. T. II. p. 7. v. 31. Decessit autem Argis. Vid. Epigram. a Biograph. Vratisl. laudatum ap. Boeckh. p. 10. — Dissentit a Thomae chronologis Suidas s. v. *Πίνδαρος*, qui Pindarum inde ab Olymp. LXV, 1. annos quinque et quinquaginta vixisse scribit: proinde ut supremum diem obierit Olymp. LXXVIII, 4. Vid. Scal. Animadvv. ad Eus. p. 100 b. — Eusebius Pindari dumtaxat *ἀκμῆς* meminit sub Olymp. LXXIII, 3. [Hieronym., Olymp. LXXIII, 2. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 254 B.], quam tamen Olymp. LXXV, 1. assignant Diodorus XI, 26, Suidas l. l., Thomas Magister p. 4. Vid. not. nostr. n. 236.

391) *Ἧττα Περσῶν*] Enarrat Diodorus XI. cp. 74. Aegyptios, quo bellum ipsis ab Artaxerxe illatum reprimerent facilius, foedus cum Atheniensibus inisse, eorumque auxilio adiutos Persas Ol. LXXIX, 3. [Olymp. LXXIX, 4. Krueg. Studd. p. 165] vicisse. De morte Inari consulendus est Thuc. I, 110.

δ. ΕΥΙΠΠΟΣ[392]). Τὴν Καμάριναν Γελῷοι κατοικίζουσι[393]).

ΟΛ. Π. Τορύμβας Θεσσαλὸς στάδιον. οἱ δὲ Τορύλλας[394]). Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος ἅρματι[395]). Ἀλκιμέδων παῖς πάλη[396]). Ἀμησινᾶς Βαρκαῖος ἀνδρῶν πάλην, ὃς βουκολῶν ταύρῳ ἐγυμνάζετο, ὃν καὶ εἰς Πίσαν ἀγαγὼν συνεγυμνάσθη[397]).

α. ΦΡΑΣΙΚΛΕΙΔΗΣ[398]). Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ εἰκὼν κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀνετέθη[399]). Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἐγένετο κατὰ Ἀπολλόδωρον ἐν τοῖς χρονικοῖς[400]).

β. ΦΙΛΟΚΛΗΣ[401]). Ἀθηναῖοι Κορινθίους, Ἐπιδαυρίους, Πελοποννησίους, εἶτα καὶ Αἰγινήτας νικῶσιν[402]). Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Αἰσχύλου Ἀγαμέμνων·

---

392) *Εὔιππος*] Archon Athenis fuit Ol. LXXIX, 4. ex Diodoro lib. XI. cp. 76. Eius nomen Euthippus legitur in Marm. Par. ep. 59. Euthippum, Anaphlystium, inter Cimonis amicos a Plutarcho vit. Cim. cp. 17. (T. III. p. 27 A. ed. Tubing.) memoratum, eundem suspicatur Wesselingius ad Diod. l. l.

393) *Τὴν Καμάριναν Γελῷοι*] Auctor Diodorus XI. cp. 76. med. *μετὰ δὲ ταῦτα Καμάριναν μὲν οἱ Γελῷοι κατοικίσαντες ἐξ ἀρχῆς κατεκληρούχησαν.* Dissentit Scholiastes Pindari ad Ol. V. 16, cuius sententiam Scal. ad Ol. *ΠΕ'*, *α'*. attulit. Cf. nos ad Ol. XLV, 1. s. n. 142.

394) *Τορύμβας Θεσσαλὸς*] Mira varietate huius stadionicae nomen editur in veterum codicibus. *Dionysio* AA. RR. X. p. 627, 8. est *Τορύμβας*, *Diodoro* XI, 77. *Τορύλλας*, *Africano* ab Eusebio laudato ap. Cram. Anecd. Gr. Par. II. p 145 et ap. Mai. p. 149 coll. Niebuhr. in Scriptt. hist. phil. min. I. p. 216. *Τορύμμας*, sed ap. Aucher. I. p. 293 Turimmas. Scaliger licet in hanc Olympiadum Descriptionem Dionysii et Diodori scripturam receperit, idem in Eusebio suo p. 41. *Τυρίμμας* expressit. Vid. Add. Nott. in Gr. Euseb. p. 428 a. Atque haec mihi quidem scriptura magnopere arridet: nisi quod *Τυριμμᾶς* praetulerim. Nimirum *Τυριμμᾶς* etiam tertius Macedonum rex, cuius nomen in Turimas ab Hieronymo ad Olymp. I, 4., in *Τύρμας* a Syncello p. 401, 10. ed. Bonn. = p. 212 D Par., in *Τυρίμας* a Dexippo ap. Euseb. Scal. p. 57, 23. corruptum est, recte appellatur ab eodem Dexippo ap. Syncell. p. 499, 16. 18. Bonn. = 262 D Par. et ap. Euseb. Scal. p. 57, 22, a Diodoro ap. Euseb. Mai. Armen. p. 169 seq. [fragm. ap. L. Dindorf. Vol. III. p. 192], ab ipso Eusebio ad Olymp. II, 1. Occurrit etiam alius in fabulis Tyrimmas, quippe Epirensis hospes ille, e cuius filia Euippa Euryalum procreavit Ulysses ap. Parthen. cap. 3. coll. Eustath. ad Hom. Odyss. XVIII, 118. p. 1796. Omnino enim Epirotarum populo in deliciis fuisse videntur consonantium et inprimis liquidarum duplicationes. Offeruntur in historiis Molossorum praeter Tyrimmam, nostrum *Πύρρος* [ap. Plut. Pyrrh. 1. et alios], *Θαρρύτας* [Plut. l. l.], *Ἀρύββας* [Paus. I, 11, 1. 3. 5. Bekk.] sive *Ἀρρύβας* [Paus. I, 11, 3. sec. cod Reg. Par. p. et Iust. VIII, 6. XVII, 3.], e quibus postremum Demosthenes Olynth. I, p. 13, 5. Reisk. eumque secuti Ulpianus et Harpocration, item Diodorus XVI, 72. XIX, 88., Plutarchus Alex. cap. 2. in *Ἀρύμβας* eadem deflexerunt ratione, qua supra Tyrimmae nomen ab aliis *Τορύμμας*, ab aliis *Τορύμβας* scribi notavimus. Hinc etiam Phinidam illum, qui est ap. Scholiastam Sophoclis ad Antig. v. 955. 962. p. 46 ed. F. C. Wex., pro *Τηρύμβᾳ* appellare malim *Τηρύμμαν* vel *Τηρύββαν*.

395) *Ἀρκεσίλαος*] Scholiastes Pindari ad Pyth. IV. p. 342. *Ἀρκεσιλάῳ Κυρηναίῳ ἅρματι.*] *Γέγραπται μὲν ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάῳ, Πολυμνήστου* [Batti IV. cf. nos ad Ol. LXXVIII, 3. s. n. 374.] *παιδὶ Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λιβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα, ἔνιοι δὲ καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Vid. Boeckh. Introd. ad Pyth. IV. p. 342.

396) *Ἀλκιμέδων παῖς*] Scholiastes Pindari ad Ol. VIII. p. 187. *Γέγραπται ὁ ἐπινίκιος προηγορευμένως τῷ Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.*

397) *Ἀμησινᾶς*] Tradit totidem verbis Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. *Ἀνδρῶν* de suo addidit Scaliger. Recte: puerorum enim lucta hac Olympiade vicit Alcimedon, ut modo vidimus not. 396.

398) *Φρασικλείδης*] Archontis Ol. LXXX, 1. nomen Coislinianus Diodori XI, 77. codex CXLIX. [A.] praebet *Φιλοκλείδου*, caeteri *Φασικλείδου*. Quam vocem praeeuntibus Meursio de Archontt. Athen. III, 14, Simsono chron. ad ann. 3545., Hemsterhusio ad Aristoph. Plut. p. 325. canina littera auxit Wesselingius. Eandem hic iam a Scaligero praeoccupatam vides correctionem. Restituendus est *Φρασικλείδης* etiam Dionysio AA. RR. X. p. 627, 9 seq. et Pseudo-Plutarcho Vitt. X. Oratt. p. 835 C., a quibus pro patronymico primitivum exhibetur *Φρασικλῆς*. Vid. R. C. Krebs. Lectt. Diod. Weilb. a. 1832. 8. p. 77.

399) *Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ*] Testis est Pausanias VII, 17, 3, cuius verba laudavimus ad Ol. VI. s. n. 11. quibuscum conferas, quae idem scripsit VII, 17. 6. iterumque VI, 3. 4., deinde nostra ad Ol. LXVII. s. n. 242. et ad Ol. LXXI. s. n. 268.

400) *Δημόκριτος*] Apollodori sententiam refert Diog. Laërt. XI, 41. Cf. nos ad Ol. LXXVII, 1. s. n. 353.

401) *Φιλοκλῆς*] Archon Athenis Ol. LXXX, 2. ex Diodoro lib. XI. cp. 78. Meminerunt eiusdem Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. p. 835 C. ubi tamen *π' Ὀλ.* pro *πβ' Ὀλ.* reponendum esse, recte iam dudum annotarunt VV. DD., iterumque p. 836 A. et Didascaliae ad Aeschyli Agam. auctor.

402) *Ἀθηναῖοι Κορινθίους*] Diodori lib. XI. cp. 78. verba huc transtulit Scaliger. Kruegerus tamen eam victoriam Olymp. LXXX, 1. hieme reportatam probat Studd. p. 164 seqq.

πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς[403]).

γ. ΒΙΩΝ[404]). *Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη*[405]). *Μεγαρέων καὶ Ἀθηναίων ὁ πόλεμος περὶ ὁμόρου χώρας*[406]). *Θρασυδαῖος Θηβαῖος παῖς ἐνίκησε τὴν λγ´ Πυθιάδα σταδίῳ ἄνδρας*[407]).

δ. ΜΝΗΣΙΘΕΙΔΗΣ[408]). *Λυσίας, ὁ Κεφάλου, ῥήτωρ, Συρακουσίων ὢν γονέων, Ἀθήνησιν ἐγεννήθη κατὰ Διονύσιον*[409]). *Θηβαῖοι ὑπὸ Μυρωνίδου Ἀθηναίων στρατηγοῦ λαμπρᾷ μάχῃ ἐνικήθησαν*[410]).

---

403) *Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα*] Auctor est Script. Didascal. ad Aesch. Agamemn. ubi pro *εἰκοστῇ ὀγδόῃ* scribendum esse *ὀγδοηκοστῇ* primus observavit Petitus ad Legg. Att. I, 67. Cf. Welcker. Tril. Aeschyl. p. 520 seq.

404) *Βίων*] Archon Atheniensium Ol. LXXX, 3. ex Diodoro XI. cp. 79. Meminit eius Thomas Magister vit. Pind. ex Heynii, Dodwelli, Corsini coniectura. Cf. nos ad Ol. LXXIX, 3. s. n. 390.

405) *Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη*] Addit Scaliger ad Ol. *Π´, δ´. Λυσίας ὁ Κεφάλου, ῥήτωρ, Συρακουσίων ὢν γονέων, Ἀθήνησιν ἐγεννήθη κατὰ Διονύσιον.* Nimirum fluctuant veterum de natali Lysiae calculi, non tamen, uti Scaliger vult, inter Olymp. LXXX, 3. et 4., sed inter 2. et 3., nec caeterorum dumtaxat historicorum, sed ipsius etiam Dionysii. Qui ubi Lys. vit. II. p. 85, 22 seq. Sylb. Lysiam Nicone Olymp. C, 2. aut Nausinico Olymp. C, 3. Archonte defunctum scribit octogenarium, annum eius natalem profecto inter Olymp. LXXX, 2. et 3. suspensum relinquit. Ad Olymp. LXXX, 3. et idem Dionysius vit. Isocrat. II. p. 94, 6. et Pseudo-Plutarchus Vit X. Oratt. p. 836 E. deducunt, ubi Lysiam viginti duobus annis maiorem fuisse tradunt Isocrate, quem iidem Olymp. LXXXVI, 1. Archonte Lysimacho natum affirmant. Eundem Olymp. LXXX. annum 3. etiam alio loco Dionysius indicat, ubi vit. Lys. II, 82, 5. 7. Lysiam XV. annos natum Thurios se contulisse tradit, anno XII. ante bellum Peloponnesiacum. Retro supputa ab Olymp. LXXXVII, 2., quod belli illius initium fuit, annos XXVII.: invenies Lysiae natalem Olymp. LXXX, 3. Sed Lysiam Olymp. LXXX, 2. natum Pseudo-Plutarchus et facta computatione evincit, et disertis testatur verbis. Qui cum Lysiam XV. annorum adolescentem Praxitele Olymp. LXXXIV, 1. Archonte Thurios se contulisse scriberet p. 835 D., annos rhetoris ab Olymp. LXXX, 2. computare debebat. Quem ipsum annum etiam aperte significat p. 835 C.: *γενόμενος (ὁ Λυσίας) Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλείδην* (cf. nos supra s. n. 398.) *κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος* [nam quod *καὶ δευτέρας* additur, praeeuntibus Palmerio, Tayloro, Reiskio delerunt Krebsius Lectt. Diod. p. 77 n., C. F. Hermannus in censura Platonis Reipublicae a Stallbaumio editae, quae legitur in Zimmermanni diariis scholasticis a. 1831. editis No. 81. et 82., Ioan. Theod. Voemel. Fr. ad Moen. 4. 1833. „Quo anno Thurii conditi sint." p. 5.]. Olymp. LXXX, 2. Lysiam in lucem editum ponit Voemelius l. l. p. 4 seq., eodem, sed exeunte anno paullo ante mediam aestatem Clintonus FF. HH. II. p. 47 a. Chr. 458. — Scaligeri notae, quorum altera ad Olymp. LXXX, 2., altera ad Ol. LXXX, 3. pertinet, sine dubio typographi culpa de sede sua deiectae sunt.

406) *Μεγαρέων*] Diodorus lib. XI. cp. 79. *ἐπὶ δὲ τούτων* (Consules intellige anni tertii Ol. LXXX.) *Κορινθίοις καὶ Μεγαρεῦσι περὶ χώρας ὁμόρου γενομένης ἀμφισβητήσεως εἰς πόλεμον αἱ πόλεις ἐνέπεσον.* Et paullo post: *αὐξομένης δὲ τῆς διαφορᾶς οἱ Μεγαρεῖς ἀεὶ μᾶλλον ἐλαττούμενοι καὶ τοὺς Κορινθίους φοβούμενοι, συμμάχους ἐποιήσαντο τοὺς Ἀθηναίους.* Quorum auxilio adiutos victores extitisse Megarenses deinceps tradit. Cf. Thuc. I, 105. Kruegerus Megarensium cum Atheniensibus societatem eorundemque contra Corinthios pugnam Olymp. $\frac{\text{LXXIX, 4.}}{\text{LXXX, 1.}}$ assignat Studd. p. 156 seq. coll. p. 161, 166.

407) *Θρασυδαῖος Θηβαῖος παῖς*] Testis Scholiastes Pindari ad Pyth. XI. p. 416 ubi: *γέγραπται ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ, νικήσαντι τὴν κη´ Πυθιάδα* [Olymp. LXXV, 3.] *καὶ λγ´* [Ol. LXXX, 3.] *δίαυλον ἢ στάδιον ἄνδρας.* Posteriorem hanc victoriam Pythicam, tradente altero ibidem Scholiasta, Thrasydaeus nondum habuit, quo tempore in laudes eius carmen Pyth. XI. condidit Pindarus. Nec tamen propterea eum bis victorem negare debebat Scholiastes ad. v. 21. p. 417. Studiose etiam Scaliger *διαύλῳ ἢ* ante *σταδίῳ* omisit: e quibus certaminis generibus si unum eligendum est, praeoptaverim potius *δίαυλον*, quod omisso stadio confirmat alter Scholiasta. Vid. Boeckh. Expll. p. 337.

408) *Μνησιθείδης*] Archon Athenis Ol. LXXX, 4. ex Diodoro XI. cp. 81. *Μνησιθείδης*, quem Scholiastes ad Aristoph. Acharn. v. 10. *Μνησίθεον* appellat. Sed Mnesithides Archon, cuius nomen praescriptum legitur psephismati apud Demosth. de Coron. p. 279, ad Archontes, quos vocant, pseudeponymos pertinet, quibus illa scatet oratio. Vid. Corsini F. A. T. I. p. 356 coll. Boeckh. comm. de Archontt. pseudep. Attic. in Actis Academ. Borussic. a. 1827. Class. histor. p. 140.

409) *Λυσίας ὁ Κεφάλου*] Dionysius in vit. Lys. II. p. 82 init. Sylb. *Λυσίας ὁ Κεφάλου, Συρακουσίων μὲν ἦν γονέων· ἐγεννήθη δὲ Ἀθήνησι.* Caeterum cf. not. nostr. ad Ol. LXXX, 3. n. 405.

410) *Θηβαῖοι ὑπὸ Μυρωνίδου Ἀθηναίων*] Diodorus XI, 82. sub Olymp. LXXX, 4. Myronidae gloriam, expeditione Oenophytensi partam, sic praedicat: *Μυρωνίδης μὲν οὖν ἐπιφανεῖ μάχῃ νικήσας τοὺς Βοιωτοὺς ἐνάμιλλος ἐγενήθη τοῖς πρὸ αὐτοῦ γενομένοις ἡγεμόσιν ἐπιφανεστάτοις, Θεμιστοκλεῖ καὶ Μιλ-*

ΟΛ. ΠΑ. *Πολύμναστος Κυρηναῖος στάδιον*[411]).
α. ΚΑΛΛΙΑΣ[412]).
β. ΣΩΣΙΣΤΡΑΤΟΣ[413]). *Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις πενταετεῖς ἐγένοντο σπονδαί*[414]). *Πυρὸς ἐξ Αἴτνης ῥαγέντος, Φιλόνομος καὶ Καλλίας οἱ Καταναῖοι τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀράμενοι διὰ μέσης τῆς φλογὸς ἐκόμισαν*[415]).
γ. ΑΡΙΣΤΩΝ[416]). *Ὁ παρὰ Συρακουσίοις πεταλισμὸς παραπλήσιος τῷ τῶν Ἀθηναίων ὀστρακισμῷ εἰσήχθη ἅμα καὶ μετ' ὀλίγον διελύθη*[417]).
δ. ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ[418]). *Θεσσαλὸς συναγαγὼν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Συβαριτῶν τὴν Σύβαριν ᾤκισε*[419]).

τιάδῃ καὶ Κίμωνι. Pugnatum autem est ad Oenophyta Tanagraea LXII. diebus post proelium Tanagraeum sec. Thuc. I, 108, duobus vero mensibus ante vernum tempus Olymp. LXXX, 4. sec. Boeckh. Expll. Pind. ad Isthm. VI. p. 534. Kruegerus tamen Studd. p. 172 s. utramque pugnam Olymp. LXXX, 3. auctumno assignat.

411) *Πολύμναστος*] Testantur Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41, Diodorus XI. cp. 84., Dionysius AA. RR. X. p. 652, 38. Armen. interpr. apud Auch. P. I. p. 293 corrupte praebet Polymastus.

412) *Καλλίας*] Archon Athenis Ol. LXXXI, 1. ex Diodoro XI, 84 et Dionysio AA. RR. X. p. 652, 49. Meminit eius etiam Marm. Par. ep. 60., Schol. Acharn. v. 10., Auctor Vit. Eurip. ab Elmsl. e cod. Coll. Ambros. editae. Apud Suid. s. v. *Χαλκία* memoratur Archon Callias, qui ad quem annum (ad Ol. nostr. Ol. XCII, 1. Ol. XCIII, 3. Ol. C, 4.) pertineat, incertum est. Nec liquet utrum cum nostro Callia idem sit necne, quem Phaenippi f. Ol. LXXIV. (vid. Meurs. Arch. Ath. II, 4.) celete Olympia vicisse tradit Scholiastes Arist. Avv. v. 283.. Sed referunt ad hunc annum Calliam, quo Archonte Phrynis Panathenaea vicisse fertur [v. Schol. Arist. Nubb. 967. a Suida s. v. *Φρῦνις* compilatum], Meinekius Fr. com. II, 1. p. 329 et Bodius Hist. poës. Gr. II, 2. p. 305. Cf. tamen Prolegg.

413) *Σωσίστρατος*] Archon Ol. LXXXI, 2. ex Diodoro XI. cp. 85.

414) *Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις*] Inducias quinquennales inter Athenienses et Peloponnesios auctore inprimis Cimone compositas Olymp. LXXXI, 3. enarrat Diodorus XI, 86, quocum ut conveniat Scaligero, nota ista ad annum insequentem protrahenda est. Cf. Thuc. I, 112 et Plut. Cim. 18. Pericl. 20. Kruegerus tamen inducias istas Olymp. LXXXII, 2. attribuit Studd. p. 201 seqq.

415) *Πυρὸς ἐξ Αἴτνης*] Verba suppeditavit Scaligero Aelianus in Collectaneis Stobaei ap. Scal. Animadvv. p. 107 a.: *πρώτῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι φασὶ τὴν Αἴτνην ῥυῆναι ὅτε καὶ Φιλόνομος καὶ Καλλίας κτλ.* ut supra. Reiicienda igitur est Scaligeri notula ad Olymp. LXXXI, 1. Rem enarrat etiam Pausan. X, 28, 2, sed nomina iuvenum, quorum alter patrem, alter matrem humeris ex ignibus sustulerit, tacet. Lycurgus in Leocratem unum tantum commemorat. Qui vero duos afferunt iuvenes, excepto Aeliano, nomina iis Anapis vel Anapias et Amphinomus imponunt. Cf. Strabon. VI. p. 185, 53., Philostr. vit. Apollon. v. 17., Epigramma XVII. Cyzicen. in Anthol. Palat. T. I, 64. coll. Iacobs. Exercitt. T. II. p. 122, Valer. Max. V, 4. 4., Solin. cap. V. p. 14. Salm. De hoc aliisque Aetnae incendiis vid. Scal. l. l., Salmasii Exercitt. Plin. p. 78, Cluv. Sicil. Antiq. cap. IX. p. 120, inprimis autem K. E. A. von Hoff. in libri: *Geschichte der Veränderungen der Erdoberfläche* Tomo IV.: *Chronik der Erdbeben und Vulkanausbrüche.* Gothae 1840. 8. p. 141 seq.

416) *Ἀρίστων*] Archon Atheniensium Ol. LXXXI, 3. ex Diodoro XI. cp. 86.

417) *ὁ παρὰ Συρακουσίοις πεταλισμὸς*] Ex Diodoro lib. XI. cp. 86. seq. *πλεονάκις δὲ τούτου* (scil. *τοῦ τινα ὡς Τυνδαρίωνα τῆς δυναστείας ὀρέγεσθαι*) *γενομένου, καὶ τῶν ἀνδρῶν τυραννίδος ἐπιθυμούντων, ὁ δῆμος ἐπηνέχθη μιμήσασθαι τοὺς Ἀθηναίους, καὶ νόμον θεῖναι παραπλήσιον τῷ παρ' ἐκείνοις γεγραμμένῳ περὶ ὀστρακισμοῦ. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις ἕκαστον τῶν πολιτῶν ἔδει γράφειν εἰς ὄστρακον τοὔνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύνασθαι τυραννεῖν τῶν πολιτῶν, παρὰ δὲ τοῖς Συρακοσίοις εἰς πέταλον ἐλαίας γράφεσθαι τὸν δυνατώτατον τῶν πολιτῶν. διαριθμηθέντων δὲ τῶν πετάλων τὸν πλεῖστα πέταλα λαβόντα φεύγειν πενταετῆ χρόνον.* Et paullo post: *οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τοῦτο τὸ γένος τῆς νομοθεσίας ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀστρακισμόν, οἱ δὲ Συρακόσιοι πεταλισμόν.* Quo tamen quum effici viderent Syracusani, ut qui virtute excellerent a gerenda republica abstinerent, qui temeritate et nequitia insignes essent, eam capesserent, *μεταγνόντες τὸν περὶ τοῦ πεταλισμοῦ νόμον κατέλυσαν, ὀλίγον χρόνον αὐτῷ χρησάμενοι.* —

418) *Λυσικράτης*] Praeturam Atheniensium gessit ex Diodoro XI. cp. 88. init. Olymp. LXXXI, 4. Meminit eius etiam Schol. Aeschin. p. 755 Reisk., cui tamen *ἐπὶ Λυσιστράτου* (Ol. LXXVIII, 2.) pro *ἐπὶ Λυσικράτους* restituendum censet Kruegerus Studd. hist. phil. p. 145 seq.

419) *Θεσσαλὸς συναγαγὼν*] Refert Diodorus XI, 90 his verbis: *κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν μετὰ τὴν κατασκαφὴν τῆς Συβάρεως ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν ὕστερον ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸς τοῖς πεντήκοντα Θετταλὸς συναγαγὼν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Συβαριτῶν ἐξ ἀρχῆς ᾤκισε τὴν Σύβαριν . . . κατασχόντες δὲ τὴν πόλιν ἔτη ἓξ ἐξέπεσον ἐκ τῆς Συβάρεως.* Quo loco *τις* post *Θετταλὸς* inserendum putat Wesselingius: quamquam idem ad Diod. XII, 10 uni Thessalo Sybaris instaurationem commode tribui negat. Cf. nos ad Ol. LXVII, 3. s. n. 244.

ΟΛ. ΠΒ. Λύκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λαρίσσης στάδιον[420]). Ψαῦμις Καμαριναῖος τεθρίππῳ, ἀπήνῃ, καὶ κέλητι[421]).

α. ΧΑΙΡΕΦΑΝΗΣ[422]). Ἴων Χῖος τραγικὸς καὶ λυρικὸς καὶ φιλόσοφος, υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου, ἤρξατο τὰς τραγῳδίας διδάσκειν[423]). Ἡ ἐν Σικελίᾳ Καμάρινα, Ἱπποκράτους τοῦ Γελῴων τυράννου ἀναιρεθέντος, ἀνακτίζεται[424]). p. 320 b.

β. ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ[425]). Σύβαρις ὑπὸ Θεσσαλῶν ἀνακτίζεται, πρόσθεν ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἀνασκαφεῖσα[426]).

γ. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ[427]). Κίμων Ἀθηναίων στρατηγὸς τοὺς Πέρσας ναυμαχίᾳ νικᾷ περὶ τὴν Κύπρον[428]).

δ. ΠΕΔΙΕΥΣ[429]). Τοῖς Ἀθηναίοις καὶ συμμάχοις συνθῆκαι πρὸς τοὺς Πέρσας ἐγένοντο[430]).

ΟΛ. ΠΓ. Κρίσων Ἱμεραῖος στάδιον[431]).

α. ΦΙΛΙΣΚΟΣ[432]). Μεγαρεῖς Ἀθηναίων ἀπέστησαν[433]). Θεσσαλοὶ οἱ τὴν Σύβαριν συνοικίσαντες ἕκτῳ ἔτει ὑπὸ Κροτωνιατῶν ἐξέπεσον[434]).

---

420) *Λύκος Θεσσαλὸς*] Testantur Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Dionysius AA. RR. lib. X. p. 676, 43.

421) *Ψαῦμις Καμαριναῖος*] Testis Scholiastes Pindari ad Olymp. IV. p. 111. *Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Ψαύμιδι Καμαριναίῳ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα τεθρίππῳ, παιδὶ Ἄκρωνος.* Addit victoriae equorum quadrigis partae mulas et equum desultorium Scholiastes ad Olymp. V. p. 117, *Γέγραπται*, inquiens, *ἡ ᾠδὴ τῷ αὐτῷ Ψαύμιδι τεθρίππῳ καὶ ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα.* Quod etsi amplexus est Scaliger, falsum esse ostendit Boeckhius, e cuius sententia Olymp. LXXXII. Psaumis sola mulari rheda vicerat, quamquam simul quadrigis equestribus et equo desultorio decertaverat. Cf. Expll. ad Pind. p. 142 seq.

422) *Χαιρεφάνης*] Archon Atheniensium Ol. LXXXII, 1. sec. Dionysium AA. RR. lib. X. p. 676, 44. Apud Diodorum huius anni et Archon et res gestae pleraeque exciderunt. Lacunam supra ad Ol. LXVII, 3. indicavimus.

423) *Ἴων Χῖος τραγικὸς*] Totidem verbis refert Suidas s. v. *Ἴων*, qui sua hausit ex his Scholiastae ad Aristoph. Pac. v. 830: *Ἴων ὁ Χῖος, διθυράμβων καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητής.* Et sub fin.: *υἱὸς δὲ ἦν Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος· δράματα δὲ αὐτοῦ δώδεκα, οἱ δὲ τριάκοντα, ἄλλοι δὲ τεσσαράκοντά φασιν.* Vid. Harpocrat. s. v. *Ἴων*, Eudocia Viol. apud Villois. Anecd. Gr. p. 248. s. v. *Ἴων*, Suid. s. v. *διθυραμβοδιδάσκαλοι* coll. Prolegg.

424) *Ἡ ἐν Σικελίᾳ Καμάρινα*] Pindarus cum Oda Olymp. V. v. 8. Boeckh., qua Psaumidis modo memoratam victoriam celebrat, Camarinam *νέοικον ἕδραν* appellet, Scaligero auctor fuisse videtur, ut in hunc annum referret Camarinae restitutionem, a Scholiasta ad v. 16. p. 121 Olymp. LXXXV. assignatam: cuius et ipsius sententiam ad Olymp. LXXXV, 1. fideliter respexit V. D. Vid. not. nostr. 142.

425) *Ἀντίδοτος*] Archon Athenis Ol. LXXXII, 2. ex Diodoro XI, 81.

426) *Σύβαρις ὑπὸ Θεσσαλῶν*] Diodorus XII, 10. Archonte Callimacho Ol. LXXXIII, 3. Sybarim eversam esse tradit annis quinque post Thessalorum restaurationem. Quae ex illis profecto calculis incidit in Ol. LXXXII, 2. Verum cf. nos ad Ol. LXVII, 3. s. n. 244.

427) *Εὐθύδημος*] Praeturam gessit Athenis hoc anno ex Diodoro XII. cp. 3. init.

428) *Κίμων Ἀθηναίων*] Ex fide Diodori XII. cp. 3. coll. Thucydide I, 112.

429) *Πεδιεὺς*] Archon Athenis Ol. LXXXII, 4. ex Diodoro XII. cp. 4.

430) *Τοῖς Ἀθηναίοις*] Refert Diodorus XII. cp. 4. his verbis: *ὑπακουσάντων δὲ τῶν Ἀθηναίων* (sc. *τοῖς τῶν Περσῶν πρεσβευταῖς*) *καὶ πεμψάντων πρέσβεις αὐτοκράτορας, ὧν ἡγεῖτο Καλλίας ὁ Ἱππονίκου, ἐγένοντο συνθῆκαι περὶ τῆς εἰρήνης τοῖς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς συμμάχοις πρὸς τοὺς Πέρσας.*

431) *Κρίσων Ἱμεραῖος*] Testes sunt Diodorus lib. XII, cp. 5. Dionysius AA. RR. X, 684, 12. XI. p. 684, 26. Pausanias V, 23, 3. coll. not. 438. Sed Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Plato de Legg. VIII. p. 840 A. eundem perperam *Κρίσσων* appellant, quorum tamen hic in Protag. p. 355 D. recte *Κρίσων* praebet. Idem est, quem Clemens Alexandrinus Strom. III. p. 447 C. corporis virium exercendarum causa rebus amatoriis abstinuisse tradit. Eundem *Γρίσωνος* nomine memoraverat etiam Aristophanes, unde Hesychii ortum glossema: *Γρίσων ὗς· Ἀριστοφάνης δὲ ὄνομα δρομέως, νενικηκότος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάδιον.*

432) *Φιλίσκος*] Praeturam gessit Atheniensium Ol. LXXXIII, 1. ex Diodoro XII. cp. 5. et Dionysio AA. RR. lib. XI. p. 684, 27. coll. X. p. 684, 13.

433) *Μεγαρεῖς Ἀθηναίων*] Diodorus l. l. *ἐπὶ τούτων*, inquit, (intell. coss. Romanos) *Μεγαρεῖς μὲν ἀπέστησαν ἀπὸ Ἀθηναίων, καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους διαπρεσβευσάμενοι συμμαχίαν ἐποίησαν.* Cf. Thuc. I, 114.

β. *ΤΙΜΑΡΧΙΔΗΣ*[435]). *Ἀθηναῖοι ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν ἡττῶνται περὶ Χαιρώνειαν*[436]).

γ. *ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ*[437]). *Εὔβοια Ἀθηναίων ἀπέστη, ἣν τὸ δεύτερον Λακεδαιμόνιοι παρεστήσαντο*[438]). *Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων σπονδαὶ τριακονταετεῖς ἐγένοντο, Καλλίου καὶ Χάρητος συνθεμένων*[439]). *Κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἡ τῶν Θουρίων πόλις ἐκτίσθη*[440]).

δ. *ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ*[441]). *Ἀθηναῖοι τὴν Εὔβοιαν ἀνακτησάμενοι, καὶ τοὺς Ἑστιαεῖς ἐκβαλόντες, ἀποικίαν εἰσέπεμψαν*[442]).

ΟΛ. ΠΔ. *Κρίσων Ἱμεραῖος στάδιον τὸ β'*[443]). *Κάλπης, καὶ ἀπήνης δρόμος ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρύγματι ἀπηγορεύθη*[444]).

α. *ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ*[445]). *Μέλισσος Σάμιος, ὁ φιλόσοφος, Πρωταγόρας, καὶ Ἐμ-*

---

434) *Θεσσαλοὶ οἱ τὴν Σύβαριν*] Testis Diodorus lib. XI. cp. 90., cuius verba Ol. LXXXI, 4. s. n. 419. attulimus. Cf. not. nostr. 244.

435) *Τιμαρχίδης*] Ol. LXXXIII, 2. Archon Athenis ex Diodoro XII, 6.

436) *Ἀθηναῖοι ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν*] Secutus est Scaliger Diodorum, lib. XII. cp. 6. *ἐπ' ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Τιμαρχίδου Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Σπόριον Ταρπέϊον καὶ Αὖλον Ἀστέριον Φοντίνιον. ἐπὶ δὲ τούτων Λακεδαιμόνιοι μὲν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλόντες ἐπόρθησαν πολλὴν χώραν καὶ τῶν φρουρίων τινὰ πολιορκήσαντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν Πελοπόννησον, Τολμίδης δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς εἷλε Χαιρώνειαν. τῶν δὲ Βοιωτῶν συστραφέντων καὶ τοῖς περὶ τὸν Τολμίδην ἐνεδρευσάντων, ἐγένετο μάχη καρτερὰ περὶ τὴν Κορώνειαν* (sic Wesseling., libri, quos secutus est Scaliger, *Χαιρώνειαν*), *καθ' ἣν Τολμίδης μὲν μαχόμενος ἀνῃρέθη, τῶν δὲ ἄλλων Ἀθηναίων οἱ μὲν κατεκόπησαν, οἱ δὲ ζῶντες ἐλήφθησαν.* Cf. Thucyd. I, 113., Plut. Agesil. cp. 18., Pausan. I, 27, 6. Accidit pugna Coronensis circa auctumnum. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 54 a. Chr. 447. Kr.

437) *Καλλίμαχος*] Archon Athenis Ol. LXXXIII, 3. ex Diodoro lib. XII. cp. 7. et 10. Callimachum nostrum Od. Muellerus Hist. litt. Gr. Tom. II. p. 286 not. 1. invenit etiam ap. Schol. Arist. Nubb. v. 967., a Suida s. v. *Φρῦνις* excriptum, quo utroque loco Calliae nomen tuentur codices. Cf. Prolegg.

438) *Εὔβοια Ἀθηναίων*] Conferas praeter Diodorum XII. cp. 7. Pausaniae lib. V, 23, 3, quod Scaliger secutus esse videtur, disertum hocce testimonium: *ἔστι δὲ πρὸ τοῦ Διὸς τούτου στήλη χαλκῆ, Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων συνθήκας ἔχουσα εἰρήνης ἐς τριάκοντα ἐτῶν ἀριθμόν. ταύτας ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι παραστησάμενοι τὸ δεύτερον Εὔβοιαν, ἔτει τρίτῳ τῆς Ὀλυμπιάδος* [*τρίτης πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα* inserit Wesselingius ad Diod. l. l.], *ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος* [*πρῶτον* addit Kruegerus ad Clint. FF. HH. II. p. 54 a. Chr. 445.] *ἐνίκα στάδιον.* Cf. Thuc. I, 114 et Plut. Pericl. cap. 22. Defecit Euboea circa aestatem Olymp. LXXXIII, 3., recepta est a Pericle decurrente aestate auctumnoque eiusdem anni. Vid. Krueg. Studd. p. 207 et ad Clint. FF. HH. II. p. 54 ad a. Chr. 445. Add. Theopomp. ap. Strab. X. p. 407, 9.

439) *Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων*] Refert Diodorus l. l. his verbis: *μάλιστα δὲ τῶν κατοικούντων τὴν Εὔβοιαν νεωτεριζόντων, Περικλῆς αἱρεθεὶς στρατηγὸς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Εὔβοιαν μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, καὶ τὴν μὲν πόλιν τῶν Ἑστιαιέων ἑλὼν κατὰ κράτος ἐξῴκισε τοὺς Ἑστιαιεῖς ἐκ τῆς πατρίδος, τὰς δ' ἄλλας παραπληξάμενος ἠνάγκασε πάλιν πειθαρχεῖν Ἀθηναίοις. σπονδὰς δ' ἐποιήσαντο τριακονταετεῖς, Καλλίου καὶ Χάρητος συνθεμένων καὶ τὴν εἰρήνην βεβαιωσάντων.* Ubi vid. Wessel. coll. Pausan. V, 23, 3. et Thuc. I, 24. 114 seq. Pactum autem est tricennale foedus illud, quod minus accurate Eusebius sec. Hieronymum Olymp. LXXXIII, 4., secundum Armeniacum Maii interpretem coll. Syncell. p. 247 D. Olymp. LXXXIII, 2. assignat, ante finem Munychionis decimi mensis Olymp. LXXXIII, 3. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 54 ad a. Chr. 445. coll. Krueg. Studd. p. 207.

440) *Κατὰ τὴν Ἰταλίαν*] Pluribus enarrat Diodorus XII, 9 seqq. Vid. not. nostr. 244. coll. Voemelio de anno, quo Thurii conditi fuerint. Francof. a. M. 1833. 4.

441) *Λυσιμαχίδης*] Archon Atheniensium Ol. LXXXIII, 4. ex Diodori XII. cp. 22. testimonio.

442) *Ἀθηναῖοι τὴν Εὔβοιαν*] Tradit Diodorus l. l. *κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀθηναῖοι τὴν Εὔβοιαν ἀνακτησάμενοι καὶ τοὺς Ἑστιαιεῖς ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλόντες, ἰδίαν ἀποικίαν εἰς αὐτὴν ἐξέπεμψαν Περικλέους στρατηγοῦντος.* Cf. Theopomp. ap. Strab. X. p. 407, 9.

443) *Κρίσων Ἱμεραῖος*] Testes Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodorus XII, 23, quorum tamen hic perperam omittit *τὸ δεύτερον.* De nominis scriptura cf. nos ad Ol. LXXXIII. s. n. 431.

444) *Κάλπης καὶ ἀπήνης*] Testis Pausanias V, 9, 1. *τῆς δὲ ἀπήνης καὶ κάλπης τὸν δρόμον, τὸν μὲν Ὀλυμπιάδι νομισθέντα ἑβδομηκοστῇ, τὸν δὲ τῆς κάλπης τῇ ἐφεξῆς ταύτης, κήρυγμα ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐποιήσαντο ἐπὶ τῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδοηκοστῆς, μήτε κάλπης τοῦ λοιποῦ μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον.* Caeterum cf. quae scripsimus ad Ol. LXXIX. s. n. 386.

445) *Πραξιτέλης*] Praeturam gessit Athenis Ol. LXXXIV, 1. ex Diodoro XII. cp. 23. Meminit eius etiam Pseudo-Plutarchus. Vitt. X Oratt. II. p. 835 D.

πεδοκλῆς ἤκμαζον[446]). Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐτῶν γεγονὼς ιε' ᾤχετο εἰς Σύβαριν ἀποικίαν τὴν ὕστερον Θουρίους ἐπονομασθεῖσαν[447]). Ἐν τῇ Ῥώμῃ δέκα κατεστάθησαν νομογράφοι[448]).

---

446) Μέλισσος — Πρωταγόρας — Ἐμπεδοκλῆς ἤκμαζον] Melissus, Ithagenis F. [Diog. IX, 24. Plut. Pericl. cap. 26. et Theodoret. Therap. Serm. IV. Opp. ed. Io. Lud. Schulze. T. IV. p. 794.], Samius [Diog. l. l. Plut. l. l. Milesius: Theodoret. l. l.], Parmenidis discipulus, floruit Olymp. LXXXIV, 1. teste Apollodoro ap. Diog. IX, 24. Confirmat hanc temporis assignationem Hieronymus coll. Sync. p. 248 A. Habet eandem Olympiadem etiam qui res Melissi philosophi et Meliti Socratis accusatoris confudit [v. Clint. FF. HH. II. p. 59 a. Chr. 440. Kr.] Suidas s. v. Μέλιτος, sed inepte eam cum defensa a Melisso contra Periclem patria computavit. Eluxit enim bellica Melissi virtus demum in Sami obsidione Ol. LXXXV, 1. V. Plut. Pericl. l. l. adv. Colot. cap. 32. Themist. cap. 2., Ael. VV. HH. VII, 14., Suid. l. l. coll. not. nostr. 455. — Protagoras, Artemonis vel, secundum Apollodorum et Dinonem ap. Diog. IX, 59, Maeandri F. [Utrumque patris nomen etiam Suidas habet s. v. Πρωταγόρας, nisi quod pro Μαιάνδρου praebet Μαιανδρίου. Solum Maeandrum agnoscit Philostratus Vit. Soph. I, 10.], Abderites, [sec. Heraclidem Ponticum ap. Diog. IX, 50, item, monente Menagio, sec. Ciceronem de Nat. Deorr. I, 23, Fabium III, 1. §. 10., Gellium V, 3, Sextum Empir. adv. Math. p. 382 Fabr., Minutium Fel. cap. 8. pag. 69 Dav., Philostratum l. l., Stephanum in Ἄβδηρα, Suidam s. v. Πρόδικος et Πρωταγόρας] vel Teius [sec. Eupolin ap. Diog. ibid. et nonnullos ap. Suid.], Democriti auditor [vid. et Philostrat. l. l.], inclaruit eadem Olymp. LXXXIV., ut ex Apollodori fide refert Diogenes IX, 56. coll. 50. Consentit Eusebius, eius ἀκμὴν Olymp. LXXXIV, 2. assignans coll. Syncell. p. 248 A. Athenis versatus est inter Connum Amipsiae et Adulatores Eupolidis fabulam in scenam productam, i. e. inter Olymp. LXXXIX, 1. et LXXXIX, 3. Vid. Athen. V. p. 218 C. coll. Arg. Aristoph. Nubb. Vixit secundum nonnullos ap. Diog. IX, 55. annos amplius XC., sed secundum Apollodorum, Platone Men. p. 91 E. innixum, ap. eund. Diog. IX, 56 annos LXX., quorum XL. philosophiae dicaverat. Haec autem quatuor studiorum decennia ubi inde ab Olymp. LXXXIV, 1. computaveris, annum Protagorae natalem Olymp. LXXVI, 3., emortualem vero Olymp. XCIV, 1. invenies. Quod tamen Plato l. l. Protagoram dicat ἀποθανεῖν ἐγγὺς καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, Clintonus FF. HH. II. Append. XXI. p. 337 not. c. Kr. natalem eius quadriennium inferius depressum Olymp. LXXVII, 3. figit, scilicet ne decem annis amplius maior sit patrono eodemque magistro suo Democrito, qui quomodo hominis infimo loco nati sordidisque intenti laboribus cognoverit sollertiam, enarrantem vide Epicurum ap. Athen. VIII. p. 354 C. et ap. Laërt. IX, 53 coll. Suid. l. l. Reiecto autem Philochori ap. Diog. IX, 55, reiecto etiam Timonis ap. Sext. Empir. IX, 57 testimonio, quorum alterum si accurate relatum esset, Protagoram iam ante Euripidis Olymp. XCIII, 2. mortem defunctum, alterum si urgeretur eum Socrati adeo, Olymp. XCV, 1. vita excedere iusso superstitem poneret: idem V. D. tutissimum arbitratus cum Platone l. l. statuere, Protagoram paullo ante quam Socratem supremum diem obisse. — Tandem ad Empedoclem venimus, qui, Metonis F. [v. not. nostr. n. 270.], Agrigentinus, Parmenidis [sec. Theophrastum et Alcidamantem ap. Diog. VIII, 55 seq., Pythagorae sec. Timaeum ap. Diog. VIII, 54 et alios ap. eundem ibid. 50. coll. Clint. FF. HH. II. Append. XXI. p. 377 not. d. Kr. Xenophanis sec. Hermippum ibid. §. 56.] discipulus, Olymp. LXXXIV. floruit, auctore Diogene VIII, 74. Quocum fere convenit Gellio NN. AA. XVII, 21, Empedoclem naturalis philosophiae studio circa ea tempora illustrem dicenti, quibus decemviros legibus scribendis constituit Roma. Cf. not. nost. 449. Nec multum abludit Eusebius qui eum e diversorum historicorum fide nunc Olymp. LXXX, 4. [Hieronymi, Olymp. LXXXI, 1. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 254 C. et Chron. Pasch. p. 163 B.], nunc Olymp. LXXXVI, 1. [Hieronymi, Olymp. LXXXVI, 3. Mai. Arm.] inclaruisse scribit. Vixit annos LX. secundum Aristotelem ap. Diog. VIII, 74., CIX. sec. caeteros ap. eundem.

447) Λυσίας ὁ ῥήτωρ] Ex testimonio auctoris Vitt. X. Oratt. inter Plutarcheas II. p. 835 D. [Hutten. XII. p. 230] Lysias, Archonte Praxitele, annos XV. natus, Sybarim profectus esse traditur. Ad annum insequentem deducit Dionysius in Lys. II. p. 82, 5 seq., Lysiam iter illud duodecimo ante bellum Peloponnesiacum [i. e. ante Olymp. LXXXVII, 2.] anno instituisse affirmans. Caeterum conferas nostra ad Ol. LXXX, 3. s. n. 405. et ad Ol. LXVII, 3. n. 244.

448) Ἐν τῇ Ῥώμῃ] Indicat hoc loco Scaliger Diodori sententiam, lib. XII. cp. 23., quam tamen in Animadvv. ad Euseb. p. 103 b. reprobat: *Diodoro non concedimus, qui scribit ἐν τῇ Ῥώμῃ δέκα ἄνδρας κατασταθῆναι νομογράφους anno primo Olymp. LXXXIV.* Livium enim secutus lib. III. cp. 33., annum Ol. LXXXII, 1. a. Chr. 452. invenies. Sic enim ille: *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab consulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad consules venerat, translato imperio.* Et deinde: *Decemviri creati: Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Claudio et Genucio, quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honos redditus.* Cum tamen Diodorus et Livius in eo conspirent, quod anno T. [Diod. XII, 22. C.: Liv. III, 32] Menenium, P. Sestium Capitolinum Coss. insecuto Decemviros creatos esse testantur: alterius ab altero dissidium a chronologica Diodori ratione repetendum esse videtur: quippe qui in Olympiadibus cum Romanorum Consulibus comparandis minime accurate versatus, nunc Fabium, nunc Polybium sequatur. Cf. Wesseling. ad Diod. XI, 1. et Niebuhr. Histor. Rom. I. p. 299, II, p. 629. 30. Sic e. g. ut a Fabianis Fastis in Polybianos transiret, post annum primum Ol. XCI. quinque annorum magistratus omisit, rursus

β. ΛΥΣΑΝΙΑΣ[449]). Ἀθηναῖοι, καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς στέλλουσιν ἀποίκους εἰς Θουρίους[450]).
γ. ΔΙΦΙΛΟΣ[451]). Ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτον ἀπεδείχθησαν χιλίαρχοι μετὰ ἀνθυπάτου ἐξουσίας[452]). Αἱ δώδεκα δέλτοι τῶν νόμων ἐν τῇ Ῥώμῃ συνετελέσθησαν[453]).
δ. ΤΙΜΟΚΛΗΣ[454]). Μιλήσιοι Ἀθηναίων ἀπέστησαν[455]). Πρῶτος πάντων Πε-

---

ut rediret a Polybianis ad Fabianos post Ol. XCVIII, 2., quinque extremorum annorum magistratus iterum retulit. Deinde post Ol. LXXV, 4. consules unius anni praetermisit et contra unum consulatum Q. Minucii Augurini et C. Horatii Pulvilli II. sub variis nominibus per tres annos Ol. LXXXII, 1. 2. 3. continuavit. Cf. Krebs. Lectt. Diodor. p. 87. Eusebius, qui ap. Hieronymum constitutos Decemviros cum anno U. c. CCC. Olymp. LXXXI, 4. computat, biennii prochronismum commisit.

449) *Λυσανίας*] Archon Athen. Ol. LXXXIV, 2. ex Diodoro lib. XII. cp. 24.

450) *Ἀθηναῖοι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς*] Testis Dionysius Lysiae vit. II. p. 82, 5. eum cum duobus fratribus Thurios profectum scribit: *κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς δωδεκάτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου.* Vide s. n. 405. coll. n. 447.

451) *Δίφιλος*] Praeturam gessit Ol. LXXXIV, 3. ex Diodoro XII. cp. 26. et Dionysio AA. RR. lib. XI. p. 736, 20. Meminerunt eius etiam Hesychius s. v. *Ἐρετριακὸς πόλεμος*, et Marmor Par. ep. 61.

452) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ*] Auctor Dionysius XI. p. 736, 14 seqq. *ἀλλὰ γενόμενοι τῆς ψήφου κύριοι, τοὺς ἐκ τῶν πατρικίων μετιόντας αὐτὴν ἄνδρας ἐπιφανεῖς, χιλιάρχους ἀποδεικνύουσιν, Αὖλον Σεμπρώνιον Ἀτρατῖνον, καὶ Λεύκιον Ἀτίλιον Λόγγον, καὶ Τῖτον Κλύσιον Σικελὸν* [T. Cloelium: Liv. IV, 7.]. *οὗτοι παραλαμβάνουσι πρῶτοι τὴν ἀνθύπατον ἀρχὴν κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Διφίλου.* Vid. Liv. IV, 7 coll. not. nostr. ad Ol. LXXVIII, 3.

453) *Αἱ δώδεκα δέλτοι*] Auctor Diodorus lib. XII. cp. 26. *τῶν γὰρ καλουμένων δώδεκα πινάκων οἱ μὲν δέκα συνετελέσθησαν, τοὺς δ' ὑπολειπομένους δύο ἀνέγραψαν οἱ ὕπατοι· καὶ τελεσθείσης τῆς ὑποκειμένης νομοθεσίας, ταύτην εἰς δώδεκα χαλκοῦς πίνακας χαράξαντες οἱ ὕπατοι προσήλωσαν τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις.* Qui de rostris fallitur manifesto. Vid. Wessel. ad l. l. Nec tempus accurate assignavit. Propositae sunt decem legum tabulae Olymp. LXXXII, 2. a. Chr. 451., his duae additae anno insequenti. Vid. Liv. III, 34. 37. Caeterum *δώδεκα δελτοὺς* eas cum Dionysio AA. RR. XI. p. 725, 20. nominavit Scaliger.

454) *Τιμοκλῆς*] Archon Ol. LXXXIV, 4. ex Diodoro lib. XII. cp. 27. Meminit eius etiam Inscriptio ap. Boeckh. C. I. n. 229, 2. Vol. I. p. 349. Scholiastes ad Aristoph. Vespp. v. 283., huius anni Archontem Periclem appellans, sub eius praetura res in insula Samo gestas testatur. At Pericles isti bello non *ἄρχων*, sed *στρατηγὸς* praefuit. Vid. Plut. Pericl. cp. 25 sqq. coll. tamen Seidler. Dissert. de tempore quo primum acta est Soph. Antig. p. XXII. ed. Herm.

455) *Μιλήσιοι Ἀθηναίων*] Pro *Μιλήσιοι* legendum est *Σάμιοι*. Neque enim hoc anno Milesii, sed Samii ab Atheniensibus defecerunt, uti tradit Diodorus XII, 28. Omnino autem duo bella Samia distinguenda sunt, temere illa a Diodoro XII, 27 seq. in unum annum Olymp. LXXXIV, 4. coniecta, quorum alterum de finibus Prienensibus [v. Theod. Panofka de rebus Samiorum p. 67] ortum, cum Milesiis vere Olymp. LXXXIV, 4. [Thuc. I, 115. et Diod. XII, 27. coll. not. nostr. n. 439.], alterum cum Atheniensibus, quorum Milesii imploraverunt auxilia, inde ab ineunte aestate eiusdem anni per totum fere proximi spatium gesserunt Samii. Rursus alterius huius belli duae, quibus praefuit Pericles, expeditiones fuerunt. Quarum prior vergente Olymp. LXXXIV, 4. suscepta brevi tempore post [Diod l. l.] constituto apud Samios populi imperio [Thuc. l. l. Diod. l. l. Plut. Pericl. cap. 25.] Olymp. LXXXV, 1. ineunte absoluta est, posterior autem illam statim insecuta [*εὐθὺς ἀπέστησαν* sc. *οἱ Σάμιοι* Plut. l. l.] Samo novem mensium [*ἐνάτῳ μηνὶ* Thuc. I, 117 et Plut. ibid. cap. 28. *ἐννέα μησὶν* id. Plut. de Glor. Athen. cap. 8. p. 422 B.] obsidione expugnata finem habuit ineunte aestate eiusdem Olymp. LXXXV, 1. Vid. Scholiast. Aristoph. ad Vespp. v. 283. in cod. Venet. collatis Boeckh. in Actt. Acad. Boruss. a. 1826. p. 46 seqq. et Krueg. Studd. p. 208—214. Verum tota haec temporis assignatio dilueretur, si recte se haberent, quae tradit Sophoclis Biographus: *Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν* [*τὸν Σοφοκλέα*] *ἐτῶν ὄντα ἑξήκοντα πέντε στρατηγὸν εἵλοντο, πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ ἐν τῷ πρὸς Ἀναίους* [Sic scilicet pro vulgata lectione *Ἀνανίους* scribendum esse viderunt Suevernius in Actt. Acad. Boruss. a. 1824. p. 38 seqq. et Seidlerus in Soph. Antig. ed. Herm. p. LXXXIX. seqq.] *πολέμῳ.* Quibus verbis constat bellum Samium significari. Anaeam quippe consuetum fuisse Samiorum exulum refugium docuit Kruegerus ad Dionys. Historiogg. p. 328 not. 18. Praeterea Sophoclem in alterutra adversus Samios expeditione Periclis collegam fuisse multis locis confirmavit Car. Wexius in Prolegg. ad Sophocl. Antig. p. 2 seq. Neque dubito, quippe Boeckhii confisus argumentis, quin priori ille interfuerit, secus statuente Wexio p. 20 seq. Certe nomina praetorum, in quibus Sophocles comparet, ab Androtione ap. Scholiastam Aristid. 3. p. 485 laudata, diversa sunt ab iis, quos paullo ante captam Samum delegatos dicit Thucydides I, 117. et in quorum agmen poëtam nostram male cogit Biographus. Iam vero cum praetores illi anno vergente creari solerent, Sophocles secundum ea, quae supra disputavimus, creatus sit necesse est Olymp. LXXXIV, 4. exeunte: qui tamen annus aetatis eius fuit quinquagesimus quintus, bello Peloponnesiaco novem annis prior. Hinc *νε'* pro *ξε'* et *ἐννέα* pro *ἑπτὰ* apud vitae Scriptorem restituendum esse recte iam dudum viderunt VV. DD.

ρικλῆς μηχηναῖς, τοῖς νομιζομένοις κριοῖς, καὶ χελώναις ἐχρήσατο, πολιορκῶν τὴν Σάμον, Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου παρασκευάσαντος[456]). Μιλησίων γὰρ καὶ Σαμίων μαχομένων, Ἀθηναῖοι παρακληθέντες ὑπὸ Μιλησίων εἰς συμμαχίαν, ἐπεστράτευσαν κατὰ τῶν Σαμίων, Περικλέους ἡγουμένου τοῦ Ξανθίππου. κακῶς δὲ διατεθέντες Σάμιοι ἐπεχείρησαν πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν ἐπελθεῖν. καὶ δὴ τοῦτο μαθόντες Ἀθηναῖοι τριήρεις πολεμικὰς κατ᾽ αὐτῶν κατεσκεύασαν, Περικλέους εἰσηγησαμένου αὐτοῖς. τοῦτο δὲ μαθόντες Σάμιοι p. 321 a.
μηχανήν τινα κατεσκεύασαν κατ᾽ αὐτῶν, ἣν μαθόντες Ἀθηναῖοι ὑπό τινος Καρυστίωνος, ἐφυλάξαντο. καὶ Σαμίους μὲν κακῶς διέθηκαν. τὸν δὲ Καρυστίωνα ἐτίμησαν σφόδρα μετὰ τοῦ γένους, καὶ τῆς αὐτῶν πολιτείας ἠξίωσαν[457]).

ΟΛ. ΠΕ. Κρίσων Ἱμεραῖος στάδιον τὸ γ΄[458]).

α. ΜΥΡΙΧΙΔΗΣ[459]). Ἱέρων κατά τινας τῆς Συρακουσίων ἀρχῆς κρατεῖ μετὰ τὴν Γέλωνος τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήν[460]). Κατὰ τὴν Σικελίαν ἡ Καμάρινα ὑπὸ τῶν Συρακουσίων πορθηθεῖσα ἀνακτίζεται[461]). Ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν ἐγράφη, τὸ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος διαλυθέν[462]).

β. ΓΛΑΥΚΙΔΗΣ[463]). Ἀρχὴ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου[464]).

γ. ΘΕΟΔΩΡΟΣ[465]). Ὁ πρὸς Ἀναίαν Ἀθηναίων πόλεμος, ἐν ᾧ Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς στρατηγὸς ᾑρέθη[466]). Κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὸ ἔθνος τῶν Καμπανῶν

---

456) *Πρῶτος πάντων Περικλῆς*] Testis Diodorus lib. XII. cp. 28. coll. Ephor. apud Plut. vit. Pericl. cap. 27. Testudines invenisse Artemonem Clazomenium tradunt Plinius VII, 56 et Servius ad Virgil. Aen. IX, 505. Caeterum vid. not. 455.

457) *Μιλησίων γὰρ καὶ Σαμίων*] Testatur Scholiastes ad Aristoph. Vespp. v. 283. unde et ipse sua sese hausisse profitetur Scaliger ad Graec. Euseb. p. 421 b. Ille autem haec: *τὰ περὶ Σάμον ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει πρότερον Περικλέους [Τιμοκλέους] ἄρχοντος γέγονε. Μιλησίων γάρ ποτε καὶ Σαμίων μαχομένων Ἀθηναῖοι παρακληθέντες* et quae sequuntur eodem modo ut supra. Vid. not. 455.

458) *Κρίσων ὁ Ἱμεραῖος*] Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodorus XII. cp. 29., ubi tamen *τὸ τρίτον* pro *τὸ δεύτερον* legendum esse iam dudum viderunt Meursius de Archontt. Athen. III. cp. 1. p. 95 et Wesselingius ad Diod. l. l.

459) *Μυριχίδης*] Archon hic *Μυριχίδης* dicitur a Diodoro XII, 29. *Μορυχίδης* a Scholiasta Aristophanis ad Acharn. v. 67. et a Suida s. v. *Εὐθυμένης*, *Μοριχίδης* in Inscriptione Graeca ap. Boeckh. C. I. n. 229, 13. Vol. I. p. 349. Aristophanis vero ad Vesp. v. 283. Scholiastae, in cod. Veneto, ab Imm. Bekkero collato, *Δορυχίδου* praebenti, recte *Μορυχίδου* restituunt VV. DD.

460) *Ἱέρων κατά τινας*] Refert Scaliger Scholiastae Pindari ad Pyth. I. p. 300 calculos, *ἔσχε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀρχὴν μετὰ τὴν Γέλωνος τοῦ ἀδελφοῦ τελευτὴν ὀγδοηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι.* Sic scilicet vulgo scribitur: cum tamen *ἑβδομηκοστῇ* pro *ὀγδοηκοστῇ* legendum esse appareat. Vid. not. 329.

461) *Κατὰ τὴν Σικελίαν*] Auctor idem Scholiastes Pindari ad Olymp. V. v. 16. p. 121., cuius verba supra ad Ol. XLV, 1. s. n. 142 ascripsimus, ubi vid. quae diximus, coll. etiam not. 424.

462) *Ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν*] Tradit Scholiastes ad Aristoph. Acharn. v. 67. *ἐπ᾽ Εὐθυμένους ἄρχοντος· οὗτος ὁ ἄρχων, ἐφ᾽ οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου· καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν καὶ δύο τοὺς ἑξῆς, Γκίνου* [leg. *Γλαυκίνου*] *τε καὶ Θεοδώρου, μεθ᾽ οὓς ἐπ᾽ Εὐθυμένους κατελύθη.* Inde sua repetiit Suidas s. v. *Εὐθυμένης*. Adeas de ea re Boeckh. Oec. civ. Athen. I. p. 345 n., Wachsmuth. lib. de Archaeol. Hell. I, 2. p. 442., Franc. Ritter. de Aristoph. Plut. 1828. p. 34, Meinek. Hist. crit. p. 40 seq. coll. Prolegg.

463) *Γλαυκίδης*] Archon Atheniensium Ol. LXXXV, 2. ex Diodoro XII. cp. 30. init. Sed *Γλαύκινος* praetor noster audit in didascal a Alcestidis Euripideae, quam nuper in cod. Vatic. repertam primus publici iuris fecit Guil. Dindorf. Oxon. a. 1834. coll. Welck. in Mus. Rhen. III. cycl. a. 1835. p. 508. Quae mihi profecto verior videtur scriptura, quam Diodori *Γλαυκίδης*. Illuc enim trahunt etiam nominis vestigia ap. Schol. Arist. Acharn. 67., ubi *Γκίνου* extat.

464) *Ἀρχὴ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου*] Refert Diodorus XII, 30. De caussis huius belli consulendus Thucydides I, 24—55.

455) *Θεόδωρος*] Archon Athenis Ol. LXXXV, 3. ex Diodoro XII, 31. Meminit eius etiam Scholiastes ad Aristoph. Acharn. v. 67., item Philochorus ap. Schol. Aristoph. Pac. 604. e correctione Palmerii Exerc. pag. 746. et Cors. F. A. III. p. 217 (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 54), denique etiam Inscriptio Graeca ap. Boeckh. C. I. n. 229, 4. Vol. I. p. 349.

466) *Ὁ πρὸς Ἀναίαν*] Testis Biographus Sophoclis anonymus §. 10. *καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν (τὸν Σοφοκλέα) ξε΄ ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτά, ἐν τῷ πρὸς*

συνέστη[467]). *Κατὰ τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Κιμμερίου Βοσπόρου βασιλεύσαντες, ὀνομασθέντες δὲ Ἀρχαιανακτίδαι ἦρξαν ἔτη μβʹ. διεδέξατο δὲ τὴν ἀρχὴν Σπάρτακος, καὶ ἦρξεν ἔτη ζʹ*[468]).

δ. ΕΥΘΥΜΕΝΗΣ[469]). *Ἀχαρνεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν Ληναίοις*[470]). *Ἀθηναῖοι τὴν Ἀμφίπολιν συνῴκισαν*[471]). *Τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν γραφὲν ἐπὶ Μυριχίδου ἐλύθη*[472]). *Τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα, πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰςίασιν, ὡς Ἡλιόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως*[473]).

ΟΛ. ΠϚ. Θεόπομπος Θεσσαλὸς στάδιον[474]).

α. ΝΑΥΣΙΜΑΧΟΣ Μυρρινούσιος. οἱ δὲ ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ[475]). *Ἰσοκράτης ῥήτωρ*

Ἀνανίους πολέμῳ. Atqui belli Peloponnesiaci initium incidit in Ol. LXXXVII, 2.: quod profecto VII. annis antevertit Ol. LXXXV, 3. Sed multis modis corruptum est Biographi testimonium, quod quomodo sanari debeat, not. 455. diximus. Caeteros veterum de Sophoclis praetura locos diligenter collegit Wexius Prolegg. ad Soph. Antig. p. 2 seq.

467) *Κατὰ τὴν Ἰταλίαν*] Scaliger totidem verbis enarravit, quae Diodorus XII, 31 refert. Consentit propemodum Hieronymus, Campanorum nationem Ol. LXXXV, 4. coaluisse asserens. Nec multum abludunt Maii Armeniaca p. 340, quae Campanos Ol. LXXXVI, 1. coisse tradunt coll. Sync. p. 248 B. Errat vero Scaliger, in Animadvv. p. 105 b. n. MDLXXX. cum Diodoro pugnare ratus Catonem, quod Capuam a. U. c. 283. Chr. 471. Ol. LXXVII, 2. conditam tradat ap. Vell. I, 7, 3. Res haec est. Tusci quum conditam ab ipsis Ol. LXXVII, 2. Capuam per annos 33. tenuissent soli, Ol. LXXXV, 3. pacem a Samnitis redemturi, urbem cum his agrumque dividebant: qui sane est ille Campanorum gentis conventus. Cf. Liv. IV, 37. cum B. G. Niebuhr. Hist. Rom. Tom. I. p. 91 seq.

468) *Κατὰ τὴν Ἀσίαν*] Diodorus l. l. enarrat. Cf. Prolegg.

469) *Εὐθυμένης*] Archon Athenis Ol. LXXXVI, 4. ex Diodoro XII, 32. Meminerunt eiusdem Philochorus ap. Harpocr. s. v. *Προπύλαια* [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 55], Scholiastes ad Arist. Acharn. v. 67., Suidas s. v. *Εὐθυμένης*, Scholiastes Aeschinis p. 755 Reisk. Sed quem auctor didascaliae ad Aristoph. Acharn. Ethymenem vocat, eum Euthydemum rectius appellari statim docebimus.

470) *Ἀχαρνεῖς Ἀριστοφάνους*] Verba sunt Auctoris didascaliae ad Aristoph. Acharn., ubi *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπ' Ἐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις* scriptum est. Decepit Scaligerum Archontis nomen corruptum, qui dum reposuit *Εὐθυμένους*, non animadvertit, quantopere sibi ipse repugnaret, afferens ad Ol. LXXXVIII, 1. *Ἀριστοφάνης πρῶτον ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου* ex Photio et Suid. s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος*, e Biograph. Aristoph. Anonym., e Schol. ad Ar. Nubb. v. 529. Quibus testimoniis constat certissime, Aristophanem Ol. LXXXVIII, 2. (Scaliger calami errore ad Ol. l. annum 1. ascripsit) primam sub Callistrati nomine fabulam docuisse Babylonios, Acharnenses autem anno insequenti Ol. LXXXVIII, 3. Euthydemo Archonte, cuius nomen repone apud Auctorem didascaliae pro Euthymene, qui teste Schol. ad Acharnens. v. 67. XII. annis ante Euthydemum fuit: *πρὸ ιβʹ ἐτῶν ἦρχεν ὁ Εὐθυμένης Ἀθήνησιν.* Cf. Petiti Miscell. I, 4., Corsini Fast. Att. II. p. 66., Clint. Fast. Hell. II. p. 71 ad a. a. Chr. 425 Kr.

471) *Ἀθηναῖοι τὴν Ἀμφίπολιν*] Ex fide Diodori XII. cp. 32. extr. et Scholiastae Aeschin. p. 755 Reisk. Vid. Krueg. Studd. p. 146.

472) *Τὸ ψήφισμα*] Indicavimus fontem Scaligeri ad Ol. LXXXV, 1. s. n. 462.

473) *Τὰ προπύλαια*] Profecit Scaliger ex Philochoro et Heliodoro ap. Harpocrat. s. v. *Προπύλαια ταῦτα· περὶ δὲ τῶν Προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοι τε ἱστορήκασι καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ.* [Atthidis scilicet: vid. C. G. Lenz. Philoch. libr. fragm. ed. C. G. Siebelis. Lips. a. 1811. 8. p. 55.] *Ἡλιόδωρος δὲ ἐν πρώτῳ περὶ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως* [de hoc scriptore vid. Prolegg.] *μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτά φησιν· Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα, πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰςίασιν.* Heliodori verba praebent etiam Suid. et Phot. s. v. *Προπύλαια.* Vid. Thuc. II, 13 c, Diod. XII, 40. med., Plut. Pericl. cp. 13. coll. Od. Mueller. Archaeol. ed. pr. p. 77 §. 101, 3. 4.

474) *Θεόμπομπος Θεσσαλὸς*] Testantur Diodorus XII. cp. 33. et Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Idem est, quem inter celeberrimos athletas relatum, Diopompi Thessali nomine insignit Plato de Legg. VIII. p. 840 B. V. Corsin. Dissert. Agonistt. p. 140 et Ast. ad Platon. l. l.

475) *Ναυσίμαχος Μυρρινούσιος*] Archon Athenis Ol. LXXXVI, 1. ex Diodoro XII, 33 *Ναυσίμαχος* fuit. Eundem quum *Λυσίμαχον Μυρρινούσιον* (de adiecto pagi nomine cf. nos ad Ol. CVII, 4. s. n. 853.) ab Auctore Vitt. X. Oratt. II. p. 836 E. vocari videret Scaliger: Diodorum secutus est in Archontis nomine, eique pagi nomen ex Pseudo-Plutarcho l. l. addidit. Quae minime probabilis ratio est. Imo cum huius anni Archontem praeter Plutarchum personatum etiam Dionysius Halic. in Isocrat. II. p. 94 init. et Diogenes III, 3. *Λυσίμαχον* appellent: sic potius efferenda erat ista notula: *Λυσίμαχος Μυρρινούσιος, οἱ*

ἐγεννήθη[476]. Φρύνιχος Ἀθηναῖος κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ἐδίδαξε τὸ πρῶτον[477].

β. ΑΝΤΙΛΟΧΙΔΗΣ[478]. Ἡ Ποτίδαια Ἀθηναίων ἀπέστη[479]. Ῥωμαῖοι ἐς Ἄρδεα ἀποίκους ἀπέστειλαν[480].

γ. ΧΑΡΗΣ[481]. Ἀρχίδαμος Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν. Ἆγις βασιλεύει Σπάρτης[482].

δ. ΑΨΕΥΔΗΣ[483]. Μέτων ὁ Πανσανίου Λευκονοεὺς ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔθηκε, καὶ τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα ἐξέθηκεν. ὁ δὲ αὐτὸς

δὲ Ναυσίμαχος. Agnoscit prius nomen etiam Inscriptio Graeca ap. Boeckh. C. I. n. 229. v. 12. Vol. I. p. 349: proinde ut recte Meursius de Archontt. Athen. III. cp. 2. p. 97. Diodoro quoque Λυσίμαχον restituendum censuisse videatur.

476) Ἰσοκράτης ῥήτωρ] Consentiunt de Isocratis natali Dionysius l. l., Pseudo-Plutarchus l. l., Diogenes Laërt. l. l., Suidas s. v. Ἰσοκράτης. Diogeni, qui licet annum Isocratis natalem Olymp. LXXXVI, 1., Platonis Ol. LXXXVII, 4. assignet, idem Isocratem annis VI. Platone natu maiorem facit, ζ' pro ς' restituendum esse coniecit Meursius. De qua coniectura videsis Corsin. F. Att. T. II. p. 69, qui Isocratem mense Hecatombaeone editum esse simul demonstrat.

477) Φρύνιχος Ἀθηναῖος κωμικὸς] Suidas s. v. Φρύνιχος· Ἀθηναῖος κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ἐδίδαξε γοῦν τὸ πρῶτον ἐπὶ πς' Ὀλυμπιάδι, ubi tamen Meinekius Histor. crit. comic. graec. p. 147 πζ' corrigit. Cf. nostra ad Ol. LXVII, 1. n. 243.

478) Ἀντιλοχίδης] Diodorus XII. cp. 34. init. hunc Archontem Ἀντιλοχίδην sec. plerosque Codd., Ἀντιοχίδην sec. Coislin. CXLIX. et Paris. pr. appellat. Nomen a Scaligero expressum non confirmatur Inscriptione apud Boeckh. C. I. s. n. 229, 1 et 6. Vol. I. p. 349.

479) Ἡ Ποτίδαια] Refert Diodorus l. l. Conf. etiam Thuc. I. cp. 56—66., inprimis cp. 58. Kruegerus Studd. p. 129 coll. not. 2. pugnam apud Potidaeam commissam vergente aestate Olymp. LXXXVII, 1. ponit e Thucyd. II, 2. et Diod. XII, 37.

480) Ῥωμαῖοι] Diodorus l. l. his verbis tradit: κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν οἱ Ῥωμαῖοι πέμψαντες ἀποίκους εἰς Ἄρδεα [sic Dindorf., Σάρδεα Coislin. CXLIX. et Vatic., Ἀρδεάτην adiuncto nimirum sequente τὴν Laurent. et Paris. alt. Ἀργέαν Scaliger errore sine dubio typographi, quem statim correximus] τὴν χώραν κατεκληρούχησαν. Livius IV, 11. rem tradit factam esse iam M. Fabio Vibulano, Postumo Aebutio Coss. Olymp. LXXXIV, 3. a. Chr. 442., triumviros ad coloniam Ardeam deducendam creatos Agrippam Menenium, T. Cloelium Siculum, M. Aebutium Elvam appellans. Rursus igitur Diodorum fefellit Fastorum ratio consularium. Vid. not. 448. coll. Phil. Cluver. Ital. ant. Tom. II. p. 976 seq., qui tamen solemni errore pro Diodori auctoritate hanc scilicet Anonymi sui epitomen laudat.

481) Χάρης] Athenis Archon fuit ex Diodoro XII. cp. 35. init., cui tamen ἄρχοντος-Κράτητος pro ἄρχοντος-Χάρητος restituendum esse luculenter demonstravit Boeckhius in Actis Academ. Borussic. a. 1834. Class. hist. p. 29.

482) Ἀρχίδαμος Λακεδαιμονίων] Diodorus l. l. κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα δύο, τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιεπτά. At sibi non constat Diodorus, quandoquidem libri eiusd. cp. 47. Ol. LXXXVII, 4., adeoque cp. 52. Ol. LXXXVIII, 1. Archidamum vivum commemorat. Ortum ducit haec hallucinatio e perperam assignatis Archidami auspiciis, quae quum Ol. LXXVII, 4. ascribenda essent, auctor ille in Olymp. LXXVI, 4. contulit, solenni, ut acute animadvertit Kruegerus Studd. p. 151 seq., Phaedonis et Apsephionis Archontum confusione, de qua vid. not. n. 305. Etenim Archidamus II. Zeuxidami F., e Proclidarum stirpe oriundus, quartum iam annum regnabat, cum Laconica terrae motu concussa est. Plutarchus vit. Cim. cp 16.: Ἀρχιδάμου τοῦ Ζευξιδάμου τέταρτον ἔτος ἐν Σπάρτῃ βασιλεύοντος, ὑπὸ σεισμοῦ μεγίστου . . . ἥ τε χώρα τῶν Λακεδαιμονίων χάσμασιν ἐξώλισθε. Atqui occasionem dedit σεισμὸς ille bello Messenio tertio. Thucydides I, 101: διεκωλύθησαν δὲ ὑπὸ τοῦ γενομένου σεισμοῦ [οἱ Λακεδαιμόνιοι], ἐν ᾧ καὶ οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθεεῖς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν . . . καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐν Ἰθώμῃ πόλεμος καθειστήκει Λακεδαιμονίοις. Quod bellum, cum teste Diodoro XI, 64 per decem annos tractum esset, Olymp. LXXXI, 1. finem habuisse idem auctor est XI, 84. Exarsit ergo Olymp. LXXVIII, 3., quo eodem proinde anno etiam terrae motus Laconicae accidit: quem tamen omnia mirifice turbans Diodorus ad Olymp. LXXVII, 4. retulit XI, 63. Tu missis eius ineptiis viam modo monstratam persequutus Archidami regnantis initium quarto ante Olymp. LXXVIII, 3. anno i. e. Olymp. LXXVII, 4. eiusque XLII. annis post defuncti obitum Olymp. LXXXVIII, 2. statues. En habes terminos regni Archidami, etiam ad vindicandam eius sub Olymp. LXXXVIII, 1. a Diodoro iniectam mentionem sufficientes. Mortem accuratius adeo definire licet e Thucydide III, 89, qui cum circa vernum tempus Olymp. LXXXVIII, 2. Archidami successorem Agidem II. memoret regem, Archidamum eiusdem anni decessisse intelligis priori semestri. Vid. Krueg. Studd. p. 151., Vales. ad Harpocr. in Ἀρχιδάμιος πόλεμος, Dodwell. Annall. Thucyd. p. 70., Wesseling. ad Diod. l. l., Corsini Fast. Att. III, p. 224, Clint. FF. HH. II. App. III. p. 226 seq. Kr.

483) Ἀψεύδης] Summo Atheniensium magistratu Ol. LXXXVI, 4. fungitur Apseudes ex Diodoro

καὶ τὰς τροπὰς θερινὰς ἐν τῷ παρόντι ἔτει ἐτήρησεν[484]). Σπάρτακος ὁ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησε· διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Σέλευκος[485]).

ΟΛ. ΠΖ. Σώφρων Ἀμβρακιώτης στάδιον[486]). Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον[487]).

p 321 b. α. ΠΥΘΟΔΩΡΟΣ[488]). Ἐν τῇ Ῥώμῃ Σπόριος Μέλιος ἐπιθέμενος τυραννίδι ἀνηρέθη[489]). Ἀριστομένης κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ἐγνωρίζετο[490]). Αἱ Φοίνισσαι Εὐριπίδου ἐδιδάχθησαν. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης[491]). Τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν Ἀθηνᾶς

XII. cp. 36., Philochoro apud Schol. ad Arist. Avv. v. 998. [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 55], Ptolemaeo μεγ. συντάξ. lib. III. cp. 2. p. 162 ed. Halm. Nomen mutilatum occurrit etiam ap. Boeckh. C. I. I. n. 74, 4. p. 111.

484) *Μέτων ὁ Πανσανίου*] Testatur Diodorus XII. cp. 36. *ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Πανσανίου μὲν υἱός, δεδοξασμένος δὲ ἐν ἀστρολογίᾳ, ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεακαιδεκαετηρίδα, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ μηνὸς ἐν Ἀθήναις σκιροφοριῶνος τρισκαιδεκάτης* [i. e. d. XXVII. m. Iunii a. a. Chr. 432.] *ἐν δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔτεσι τὰ ἄστρα τὴν ἀποκατάστασιν ποιεῖται κτλ.* Ptolemaeus lib. III, 2. p. 162 *καί ἐστι τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ἀψεύδους ἀναγεγραμμένης θερινῆς τροπῆς μέχρι τῆς ὑπὸ τῶν περὶ Ἀρίσταρχον τετηρημένης, τῷ πεντηκοστῷ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλλιππον περιόδου, καθὼς καὶ ὁ Ἵππαρχός φησιν, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα δύο.* Cf. Philoch. apud Schol. ad Aristoph. Avv. v. 998. [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 55], Suid. s. v. *Μέτων*, Aelian. VV. HH. lib. X. cp. 7. cum Perizon. nota, Theophrast. de Signis Pluviar. p. 416, Censorin. de Die Natal. cp. 18. p. 301 ed. Haverkamp. Lugd. Bat. 1743. Meton de demo Leontidis tribus, cui ascriptus erat, a Phrynicho in Monotropo ap. Scholiastam l. l. et Suida l. l. [cf. Boeckh. ad Cp. Inscr. n. 108. Vol. I. p. 149] *Λευκονοεὺς* — Scaliger perperam *Λευκωνοιεὺς* dederat — appellatur: quod verbum in *Λάκων* corrupit Aelianus l. l. Certe Atheniensem fuisse constat etiam Theophrasti l. l. et Censorini l. l. auctoritate. Disputant de Metonis anno magno sive enneadecaeteride Scaliger Emend. Tempp. II. p. 72 sqq., V, p. 409 sqq., Petavius Doctrin. Tempp. I. cp. 8., Petitus Eclog. chronol. l. IV. cp. 12., Dodwellus Dios. III. p. 174, Corsinus FF. AA. III. p. 226, Clint. FF. HH. II. Append. XIX. p. 349 sqq., Idelerus Enchir. Chronol. I. p. 325 seqq., e quibus postremus cycli epocham in vespera d. XVI. m. Iulii a. 432. a. Chr. figit.

485) *Σπάρτακος ὁ Βοσπόρου*] Refert Diodorus XII. cp. 36. init. Vid. Prolegg.

486) *Σώφρων*] Auctores Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodorus XII. cp. 37. Interpres tamen Eusebii Armeniacus praebet *Ἐφράνορος*, quod Niebuhrio libro saepius laudato p. 216 ex *Εὐφράνωρ* corruptum videtur.

487) *Δωριεὺς Διαγόρου*] Pausanias VI, 7. 1. auctor est, Dorieum, Diagorae filium, [Thuc. VIII, 35] Rhodium, tribus deinceps Olympiadibus pancratii palmam retulisse. Atqui e Thucydide III, 8. constat, eum Ol. LXXXVIII. *τὸ δεύτερον* vicisse: itaque primam eius victoriam Ol. LXXXVII., tertiam Ol. LXXXIX. recte assignavit Scaliger.

488) *Πυθόδωρος*] Pythodorus Archon Atheniensium Ol. LXXXVII, 1. ex Diodoro XII. cp. 37. Meminerunt eius Thucydides II, 2, Philochorus ap. Schol. ad Aristoph. Pac. v. 604, [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebelis. p. 54 coll. Krueg. ad Clint. F. H. II. p. 64], idem ap. eund. Enarrat. ad Avv. 998. [Fragm. coll. p. 55], Suidas s. v. *Μέτων*, Grammaticus in Argum. altero Euripid. Med., Inscriptio apud Boeckh. Cp. Inscr. n. 229, 5 Vol. I. p. 349.

489) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ*] Auctor Diodorus l. l. *Ἐπ᾽ ἄρχοντος δ᾽ Ἀθήνησι Πυθοδώρου Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Τίτον Κοΐντιον καὶ Νίττον Μενήνιον, Ἠλεῖοι δ᾽ ἤγαγον Ὀλυμπιάδα ἑβδόμην πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ᾽ ἣν ἐνίκα στάδιον Σώφρων Ἀμβρακιώτης. ἐπὶ δὲ τούτων ἐν τῇ Ῥώμῃ Σπόριος Μαίλιος* [sic Rhodomannus: libri inter *Μάνιος, Μάλλιος, Μάλιος, Μάνλιος* variant: Scaliger mera de coniectura scripsit *Μέλιος*] *ἐπιθέμενος τυραννίδι ἀνηρέθη.* Sed de anno non convenit Diodoro cum Livio, qui lib. IV. cp. 13, 14. Spurium Maelium a C. Servilio Ahala, mag. equitt., obtruncatum esse asserit, T. Quinctio Capitolino VI., Agrippa Menenio Lanato Coss. Ol. LXXXV, 2. a. Chr. 439. Neque dubito, quin Diodorus sub iisdem Consulibus factum tradiderit, dummodo illud *Νίττον* nobiscum ex *Ἀγρίππαν* corruptum statuas. De perversa autem Diodori in annis Consulum cum Atheniensium Archontibus comparandis ratione saepius monitum est. Cf. Krebs. Lectt. Diodor. p. 87. coll. not. nostr. n. 448. Caetera de Sp. Maelii caede veterum testimonia vid. ap. Fischer. Tabb. Roman. chronol. p. 31 a. Chr. 439.

490) *Ἀριστομένης*] Auctor Suidas s. v. *Ἀριστομένης· Ἀθηναῖος κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, οἳ ἦσαν ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν, Ὀλυμπιάδος πζ′.* Meinekius Spec. Quaest. Scen. II. p. 48: „*unde profecit Scal. in Olympp. descript., qui tamen in Suida πϛ′ legisse videtur.*" At Scaliger non in *ΟΛ. πϛ′*, sed in *ΟΛ. πζ′* retulit; correxit errorem V. D. in Histor. Crit. com. graec. I. Berol. a. 1839. Vid. Prolegg.

491) *Αἱ Φοίνισσαι*] Hausit Scaliger ex Argum. altero in Eurip. Med. *ἐδιδάχθη (ἡ Μήδεια) ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης, Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι.* Memoriae igitur lapsu Phoenissas pro Medea actam refert V. D. Vid. Bentleii Diss. Phalarid. p. 268. ed. Lips. Valckenarii praefat. ad Eurip.

ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπιστατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. ἱστορεῖ Φιλόχορος[492]).

β. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ[493]). Ἀρχὴ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ὃν Θουκυδίδης Ὀλόρου συνεγράψατο[494]).

γ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ[495]). Εὔπολις τὰ αὑτοῦ δράματα ἐδίδαξε[496]).

δ. ΕΠΑΜΕΙΝΩΝ[497]). Πλάτων ἐγεννήθη[498]). Ἀθηναῖοι τὴν Ποτίδαιαν πολιορ-

---

Phoen. p. VI. sq. coll. Clint. Fast. Hell. II. p. 65 Kr. De Euphorione, Aeschyli filio, vid. Welcker. Mus. Rhen. Suppl. II, 3. p. 967 coll. Prolegg.

492) Τὸ ἄγαλμα] Philochori verba extant ap. Scholiastam Aristoph. Pac. v. 604. [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 54]: Φιλόχορος ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι· καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπιστατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. τοῦτο δὲ ἐξεργασάμενος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠλείων ἐπὶ Σκυθοδώρου, ὅς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος. In quibus Archontum nomina corrupta esse fugit Scaligerum. Correxerunt ea, Θεοδώρου pro Πυθοδώρου et Πυθοδώρου pro Σκυθοδώρου rescripto, Palmerius Exercc. p. 746 et Corsinus FF. AA. T. III. p. 218, quorum emendationem merito amplexus est Od. Muellerus Comment. de Phid. vit. I. et in Enchirid. Archaeol. §. 93. n. 1. ed pr. Proinde Phidias Minervae simulacrum Ol. LXXXV, 3. perfecit, mortem vero Ol. LXXXVII, 1. obiit. Nec multum profecto a priori temporis notatione discedit Eusebius, qui, Hieronymo interprete, ad Olymp. LXXXV, 2. habet: *Phidias eburneam Minervam facit.* Consentiunt singulari fortuna adeo Maii Armeniaca coll. Syncell. p. 248 A. Vid. tamen Diod. lib. VII. cp. 39. coll. Krueg. ad Clint. FF. HH. II. p. 64 a. Chr. 432. Tantum de tempore: de statua ipsa vid. Plut. Pericl. 13. et Suid. s. v. Φειδίας coll. Heyn. Commentatt. Antiquar. II. p. 149, Lenz. et Siebel. ed. Philoch. l. l., Mueller l. l.

493) Εὐθύδημος] Archon Athenis Ol. LXXXVII, 2. ex Diodoro XII. cp. 38. Meminit eius etiam Athenaeus lib. V. p. 217 B.

494) Ἀρχὴ τοῦ Πελοποννησιακοῦ] Expressit Scaliger sententiam Diodori, qui lib. XII. cp. 38. exarsisse bellum Peloponnesiacum Ol. LXXXVII, 2. testatur. Eodem redit, quod Gellius lib. XVII. cp. 21. bellum a. U. c. fere trecentesimo vicesimo tertio coeptum esse tradit. Atque consentit Eusebius Maii Armeniacus coll. Sync. p. 257 B. Accuratius tamen belli initium in Pythodori praeturam confert Thucydides II, 2. ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης καὶ Αἰνησίου ἐφόρου ἐν Σπάρτῃ καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο [τέσσαρας i. e. δ' pro δύο corrigit Krueger. Studd. p. 223] μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις ἅμα ἦρα ἀρχομένῳ κτλ. Facit cum Thucydide Hieronymus. De Thucydide placet haec ascribere Diodori lib. XII. cp. 37. verba: Θουκυδίδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὴν ἱστορίαν ἐντεῦθεν (Ol. LXXXVII, 1.) ἀρξάμενος ἔγραψε τὸν γενόμενον πόλεμον Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους, τὸν ὀνομασθέντα Πελοποννησιακόν. οὗτος μὲν οὖν ὁ πόλεμος διέμεινεν ἐπὶ ἔτη εἴκοσι ἑπτά· ὁ δὲ Θουκυδίδης ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι γέγραφεν ἐν βιβλίοις ὀκτώ, ὡς δέ τινες διαιροῦσιν ἐννέα. Thucydides Alimusius fuit ex Alimo, Leontidis tribus pago. V. Plut. Cim. 4., Epigram. ap. Marcell. §. 16., Anon. 10. Patrem eius Ὄρολον diserte vocat Marcellin. vit. Thuc. §. 16. teste etiam usus Didymo, Ὄλορον autem Thucydides ipse IV, 104 cum plerisque auctoribus antiquis, quos diligenter collegit Beckius ad Marcell. ap. Ern. Popp. Vol. I. P. I. p. 318 not. v. Ὄρολον agnoscunt Vossius de Hist. Gr. p. 41. ed. Westerm. et Fabricius Bibl. Gr. II, 25, 1., sed Ὄλορον praeoptat Kruegerus Disquisitt. de Vita Thucydidis [Prolus. gymnas. Ioachim. Berolin. a. 1832. 4.] p. 3. Natus est Olymp. LXXVII, 2., teste Pamphila apud Gell. XV, 23, cuius reiecta auctoritate, Kruegerus p. 7 seqq. Thucydidem circa Olymp. XCIV. annos, ut Marcellinos §. 34. tradit, quinquaginta amplius natum, obisse dicit: proinde ut lucem aspexerit Olymp LXXX, vel LXXXI. — Floruit sec. Suidam, cui et ipsi diffidit V. D. p. 8. not., Olymp. LXXXVII, 1., sec. Eusebium Olymp. LXXXVII, 3. [Hieronym., Olymp. LXXXVIII, 1. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 253 C.].

495) Ἀπολλόδωρος] Archon Athenis Ol. LXXXVII, 3. ex Diodoro XII. cp. 43. Occurrit etiam ap. Athenaeum V. p. 217 B. et ap. Scholiastam Aristoph. in Prolegg. de Comoed. p. XXIX.

496) Εὔπολις τὰ αὑτοῦ] Scholiastes Aristoph. in Prolegg. de Comoed. p. XXIX. Εὔπολις Ἀθηναῖος ἐδίδαξεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου, unde sua hauserunt Suidas s. h. v. et Eudocia. Consentiunt fere Cyrillus adv. Iulian. I. p. 13 B. et Eusebius Hieronymi, Eupolin Ol. LXXXVIII, 1. floruisse scribentes. Mai tamen Armeniaca, quae nomen eius Olymp. LXXXVIII, 2. ascriptum repraesentant coll. Sync. p. 257 C., propius etiam ad Scholiastae sententiam accedunt. Vid. Mein. Hist. crit. p. 104.

497) Ἐπαμείνων] Magna est de huius Archontis nomine in libris veterum scripturae discrepantia, quandoquidem ab Auctore Didascaliae ad Eurip. Hippol. Ἀμείνων, ab Athenaeo lib. V. p. 217 B. Ἐπαμείνων, a Diogene III, 3. Ἀμεινίας, a Diodoro XII, 46. Ἐπαμινώνδας appellatur. Cum tamen in Diodori hisce verbis: ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἐπαμινώνδου [Laurent. XII. Ἐπαμεινώνδου] pro Ἐπαμινώνδου, ἐπ' Ἀμεινίου vel ἐπ' Ἀμείνονος sine molestissimo pleonasmo rescribi nequeat, in Didascalia vero l., monente Dindorfio, Ἐπαμείνονος pro ἐπ' Ἀμείνονος facillima emendatione restitui possit: illud επ — ad Archontis nomen pertinere probabile fit. Verum nomen Ἐπαμύνων agnoscit Casaubonus ad Ath. l. l., quod idem esse dicit cum Ἀμυνίας, respuente Ἐπαμείνων analogia. Wesselingius vero, cui astipulatur Corsinus

κοῦντες μόλις αὐτῆς ἐκράτησαν, ὑποσπόνδους τοὺς πολίτας ἀπελθεῖν ἀφέντες[499]). Τρίτον ἔτος Πελοποννησιακοῦ πολέμου[500]). Περικλῆς ἀποθνήσκει[500]). Τελευτήσαντος Περδίκκα, τὴν Μακεδόνων βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται[501]).

ΟΛ. ΠΗ. Σύμμαχος Μεσσήνιος ἀπὸ Σικελίας στάδιον[502]). Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τεθρίππῳ[503]). Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ β'[504]).

α. ΔΙΟΤΙΜΟΣ[505]). Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐτελεύτησε[506]). Πλά-

---

Fast. Att. III. p. 231, verum Archontis nomen Ἐπαμείνων sive Ἐπαμινώνδας fuisse existimat, Epaminondam cum Epaminone eundem ostendens ex Hipp. Epidem. I. p. 951 et 957. Praeterea in terminatione —ωνδας, Thebanorum magis, quam Atheniensium, linguae indolem referente, non anxie haerendum esse comparato Chaerondae, Ol. XC, 3. in Fastis oblati, nomine docuit cum Wessel. Corsinus. l. c. Denique de permutatione *I* = *EI* cum *Y* docte disserit Fr. Th. Welckerus Tril. p. 480 not. 776., nec nostri nominis oblitus. Vid. id. in cycl. ep. p. 219 not. 334. 335. a. 1835. Bonn. in Mus. Rhen. Suppl. I. coll. Guil. Canter. De ratione emend. Graec. auctores syntagm. recens. auct. Antverp. a. 1571. p. 16. 20. (ap. Fr. G. Sturz. in Hellan. Fragm. ed. alt. Lips. a. 1826. 8. p. 182. 196.).

498) Πλάτων ἐγεννήθη] Testis Diogenes III, 3. Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν. Apollodori de Platonis natali calculos vid. n. 507. Aliorum sententias recensuit Astius de Vit. et Scriptt. Plat. p. 14 seqq. Cf. Corsini Disput. de natali die Platon. eiusque aetate et in Italiam itineribus in Gorii Symbolis Litterat. Flor. 1751. T. VI. p. 83 seqq., qui Platonem Apollodoro Archonte Ol. LXXXVII, 3. in lucem editum esse cum Athenaeo V. cp. 217 B. statuit. Corsino astipulatur Clintonus Fast. Hell. p. 67 Kr. et K. F. Hermannus in Hist. et Syst. phil. Plat. T. I. Heidelb. a. 1839. 8. p. 11. Diem natalem definiunt Plutarchus Sympos. VIII, 1 et Apollodorus ap. Diog. III, 2 septimum mensis Thargelionis, qui dies anni Metonici est dies XXI. m. Maii anni Iulian. Cf. Ideleri Enchir. I. p. 336 sq. Fallitur igitur Eusebius, Platonis natali cum Olymp. LXXXVIII, 4. [Hieronym., Olymp. LXXXIX, 1. Mai. Arm. coll. Chron. Pasch. p. 165 D.] comparato.

499) Ἀθηναῖοι τὴν Ποτίδαιαν] Scaliger Diodorum secutus est XII, 46. Thucydides autem II. cp. 70. secundo belli anno exeunte, hieme, i. e. Ol. LXXXVII, 3. m. Mart., rem gestam affirmat. De molestiis et difficultatibus (μόλις — — ἐκράτησαν), quas Potidaeae obsidio et expugnatio Atheniensibus creaverat, v. Thuc. I, 62 seq. II, 58. et Diod. XII, 34. 40. 46.

500) Τρίτον ἔτος] Testis Athenaeus V. cp. 18. p. 217 B. Περικλῆς δὲ ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Quae verba memoriae lapsu Diodoro vindicat Scaliger in Animadvv. p. 106 b. De anno mortui Periclis consentiunt cum Athenaeo Diodorus XII. cp. 46., Laërtius vit. Plat. III, 3, Hieronymus. Accuratius tamen Thucydides II, 65 eum tertio belli Peloponnesiaci anno, eiusque mense septimo obisse testatur. Quum vero Peloponn. bellum ineunte mense Thargelione Ol. LXXXVII, 1. exarserit, Periclis obitus in Ol. LXXXVII, 4. mensem Maemacterionem incidit.

501) Τελευτήσαντος Περδίκκα] Vid. Athenaei verba, modo ascripta. Sed quid audio? Perdiccamne Olymp. LXXXVII, 4. mortuum credam, quippe quem adeo Olymp. XCI, 1. anno B. P. XVI. exeunte in vivis memoret Thucydides VI, 7? Accedit, quod Diodorus XIV, 37. Archelaum, Perdiccae successorem, Olymp. XCV, 1. mortem obisse dicit. Unde Perdiccae obitus et Archelai initium Olymp. XCIII, 2. ascribi deberet, si quidem integer esset Diodori textus: quod tamen ipsum cave credas. Vid. not. nostr. 640. Multo etiam minus, quam in Athenaeo, acquiescere licet in Eusebio, qui ultimum Perdiccae annum cum Olymp. LXXXVI, 4. [Hieronym., Olymp. LXXXVII, 1. Mai. Armen.] contendit. Nec sufficit accuratissimis Thucydidis rationibus, quamquam proxime ille ad verum accedens Marm. Par. Auctor ep. 62., qui Archelaum defuncto Perdiccae Olymp. XC, 1. successisse scribit. Imo defunctus est Perdiccas Olymp. XCI, 3. Vid. Boeckh. C. I. II. p. 341. coll. not. nostr. 640. Genuit insignem illam veterum de Perdiccae exitu dissensionem altera de eius regni intervallo dissensio, non minus notabilis. Nicomedes enim Acanthius annos eum XLI. regnasse dicit, Theopompus XXXV, Anaximenes Lampsacenus XL., Hieronymus Cardianus XXVIII, Marsyas Pellaeus et Philochorus [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebelis. p. 57 seq.] XXIII. ap. Athen. V. p. 217 E. Ultimum numerum habet etiam Dexippus ap. Eusebium Scal. p. 57, 26. ap. Interp. Armen. p. 171. ap. Syncell. p. 262 D., item Syncellus ipse p. 247 B., sed XXVIII. Eusebius.

502) Σύμμαχος Μεσσήνιος] Diodorus XII. cp. 49. et Africanus apud Euseb. χρον. λογ. p. 41 testes sunt. Meminit Symmachi etiam Pausanias VI, 2. 5.

503) Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τεθρίππῳ] E coniectura Scaligeri. Scholiastes ad Pind. Pyth. VII. p. 391 B.: Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν Πυθιάδα τεθρίππῳ. Quem locum manifesto corruptum Scaliger dupliciter sic corrigi posse putavit, ut aut pro ὀγδοηκοστὴν scriberetur εἰκοστὴν aut v. ὀγδοηκοστὴν servato Ὀλυμπιάδα pro Πυθιάδα reponeretur. Quarum rationum alteram ad Olymp. LXXV, 3., alteram hic proponit. Sed huic ipsi quam maxime adversatur aetas Pindari, qui vitam in hanc usque Olympiadem non protraxit. Vid. not. 321.

504) Δωριεὺς] Confer nostra ad Ol. LXXXVII. s. n. 487.

505) Διότιμος] *Diotimus* Athen. Ol. LXXXVIII, 1. ex Diodoro XII. cp. 49. Idem ***Philotimus*** audit in Prolegg. Aristoph. p. XXIX.

των γεννᾶται κατά τινας[507]. Ἀριστοφάνης πρῶτον ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου[508].

β. ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ[509]. Λεοντῖνοι ὑπὸ Συρακουσίων πολεμούμενοι διὰ Γοργίου τοῦ ῥήτορος πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διαπρεσβεύονται[510]. Λέσβιοι ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων[511]. Πλαταιεῖς τοῖς Λακεδαιμονίοις ἑαυτοὺς παραδιδόασι[512].

γ. ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ, οἱ δὲ ΕΥΘΥΝΟΣ[513]. Ἱππόνικος Ἀθηναίων στρατηγὸς παραταξάμενος μετὰ Νικίου πρὸς τοὺς Ταναγραίους παραβοηθοῦντας τῶν Βοιωτῶν νενίκηκε[514]. Δῆλος καθαίρεται[515]. Σεισμῶν γενομένων κατὰ πολλὰ μέρη τῆς Ἑλλάδος ἡ θάλασσα τὴν ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσον ὀνομαζομένην Ἀταλάντην ἐπέκλυσε[516]. Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα καλουμένην ᾤκισαν, καὶ

---

506) *Ἀναξαγόρας*] Testis Apollodorus ap. Diog. Laërt. II, 7. in cuius verbis τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης rescribi voluisse putandus est Scaliger. Cf. nos ad Ol. LXX, 1. s. n. 263.

507) *Πλάτων γεννᾶται*] Iterum testis Apollodorus apud Diog. Laërt. III, 2. *Καὶ γίνεται Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ.* Cf. not. 498.

508) *Ἀριστοφάνης*] Scaligeri nota ad annum insequentem pertinet. Auctores Photius et Suidas s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος· τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου* [i. e. Ol. XCIV, 2.] *κα'* [leg. *κδ'* e coniectura Corsini FF. AA. III. p. 235] *ἐπὶ Εὐκλέους.* Hinc simul intelligis, qua mente Cyrillus adv. Iul. I, 13 B. C. et Eusebius Aristophanem Olymp. LXXXVIII. [anno 2. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 257 C. anno 1. Hieronym.] floruisse scribant. Vid. etiam Clint. FF. HH. II. p. 71 a. Chr. 426 Kr.

509) *Εὐκλείδης*] Praetor Athenis Ol. LXXXVIII, 2. ex Diodoro XII, 53 et Scholiasta Aristoph. Equitt. v. 237. Praeterea animadvertendum est, Archontis nostri nomen a Photio et Suida s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος*, item ab Aristotele Meteorol. I. cp. 6. non *Εὐκλείδης*, sed *Εὐκλῆς* scriptum esse. V. n. 661.

510) *Λεοντῖνοι*] Enarrat Diodorus lib. XII. cp. 53. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 69 a. Ch. 427. coll. Prolegg.

511) *Λέσβιοι ἀπέστησαν*] Refert idem Diodorus lib. XII. cp. 55. Ex Thucyd. III. cp. 2. Lesbii anno quarto belli Poloponnesiaci defecerunt, et quidem aestate anni i. e. Ol. LXXXVIII, 1. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 68 a. Chr. 428.

512) *Πλαταιεῖς τοῖς Λακεδ.*] Ex Diodoro XII. cp. 56. Thucydides III, 52. rem confert in aestatem anni quinti, ex quo bellum coepit, i. e. Ol. LXXXVIII ½.

513) *Εὐθύδημος*] Praetor Atheniensium Ol. LXXXVIII, 3. ex Diodoro XII. cp. 58. Occurrit etiam apud Athenaeum lib. V. p. 218 B. Idem *Εὔθυνος* appellatur a Philochoro ap. Schol. ad Lucian. Tim. 30. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 59) et a Scriptore Vitae Thucyd. anon. apud Poppon. Vol. I. P. I. p. 341 v. 8. quo loco Dodwellus Annall. Thucyd. ann. VI. belli Peloponnes. *Εὐθύδημον* reponere volebat. Non recte. Omnino verum nomen est *Εὐθύνου*. „*Ita enim vocabatur Archon illius anni, quemadmodum nunc constat auctoritate inscriptionis, quam nuper edidit Rossius.*" Theod. Bergkius in Disputat. de Aristoph. fragm., quae adnexa est Meinekii fragm. com. graecor. II, 2. p. 910 not.

514) *Ἱππόνικος*] Testatur Athenaeus lib. V. p. 218 B.: *Ὁ δὲ Ἱππόνικος ἐπὶ μὲν Εὐθυδήμου ἄρχοντος στρατηγῶν παρατέτακται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους καὶ τοὺς παραβοηθοῦντας Βοιωτῶν, καὶ τῇ μάχῃ νενίκηκε.* Cf. Thuc. III, 91, qui rem belli anno VI. aestatis temporibus i. e. Ol. LXXXVIII, ⅔. assignat. Adde Diod. XII, 65.

515) *Δῆλος καθαίρεται*] Diodorus XII, 58. *Οἱ δ' Ἀθηναῖοι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς νόσου τὰς αἰτίας τῆς συμφορᾶς ἐπὶ τὸ θεῖον ἀνέπεμπον. διὸ καὶ κατά τινα χρησμὸν ἐκάθηραν τὴν νῆσον Δῆλον, Ἀπόλλωνος μὲν οὖσαν ἱεράν, δοκοῦσαν δὲ μεμιάνθαι διὰ τοὺς τετελευτηκότας ἐν αὐτῇ τεθάφθαι. ἀνασκάψαντες οὖν ἁπάσας τὰς ἐν τῇ Δήλῳ θήκας μετήνεγκαν εἰς τὴν Ῥήνειαν καλουμένην νῆσον, πλησίον ὑπάρχουσαν τῆς Δήλου. ἔταξαν δὲ καὶ νόμον, μήτε τίκτειν ἐν τῇ Δήλῳ, μήτε θάπτειν.* Eadem habes apud Thuc. III, 104, qui lustrationem anno belli VI., hiemis tempore perpetratam esse tradit. i. e. Ol. LXXXVIII, 3. [mense Maemacterione. Dodwell.] Meminit rei etiam Thucydidis Biographus anon. apud Popp. l. l. *ὥσπερ τῆς Δήλου καθάρσεως, ἣν περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἐπὶ Εὐθύνου ἄρχοντος γεγενῆσθαί φασιν.*

516) *Σεισμῶν γενομένων*] Auctor Diodorus XII. cp. 59. ad Ol. LXXXVIII, 3. *Σεισμῶν δὲ μεγάλων γινομένων δεισιδαιμονήσαντες* (scil. *οἱ Λακεδαιμόνιοι, τοὺς Πελοποννησίους παραλαβόντες*) *ἀνέκαμψαν εἰς τὰς πατρίδας. τηλικούτους δὲ συνέβη τοὺς σεισμοὺς γενέσθαι κατὰ πολλὰ μέρη τῆς Ἑλλάδος, ὥστε καὶ πόλεις τινὰς ἐπιθαλαττίους ἐπικλύσασαν τὴν θάλατταν διαφθεῖραι, καὶ κατὰ τὴν Λοκρίδα χερρονήσου καθεστώσης ῥῆξαι μὲν τὸν Ἰσθμόν, ποιῆσαι δὲ νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Ἀταλάντην.* „*Imo vero ante hos terrae tremores Atalante insula fuit, ut supra c. 44. significavit. Cum maxime aquarum illa inundatione fuit superfusa, quod Thucyd. III, 89. docenti, sicuti et Philostrato Heroic. XIX, 15. p. 744 credimus. Errorem Diodori castigarunt Ill. Scaliger ad Euseb. Chron. n. MDXCI. et Is. Casaub. in Strabon. IX. p. 651.*" WESSELINGIUS. Thucydides III, 89 inundationes istas terraeque motus, quae Euboeam, Atalantam, Peparethum insulas infestarint, anno belli VI., aestate, i. e. Olymp. LXXXVIII ⅔. accidisse testa-

μετωνόμασαν Ἡράκλειαν[517]). *Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος ἐνίκησε τὴν λα' Πυθιάδα ἅρματι*[518]).

δ. *Στρατοκλῆς*[519]). *Ἔκλειψις σελήνης Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου*[520]). *Κλέων στρατηγὸς ἐχειροτονήθη*[521]). *Ἥλιος ἐξέλειψεν Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα*[522]). *Ἱππεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν δι' αὐτοῦ ποιητοῦ δημοσίᾳ εἰς Λήναια*[523]).

ΟΛ. ΠΘ. Σύμμαχος Μεσσήνιος τὸ β'[524]). *Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ τρίτον*[525]). *Ἑλλάνικος ὁ Ἀλκαινέτου παῖς πυγμῇ*[526]).

α. *ΙΣΑΡΧΟΣ*[527]). *Ἐνιαύσιοι σπονδαὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος*[528]). *Αἱ πρῶται Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει. Κρα-* p. 322 a. *τῖνος νικᾷ Πυτίνῃ. Ἀμειψίας τὸ δρᾶμα Κοινὸν διδάσκει*[529]). *Ἡ τῶν Ἀθηναίων περὶ τὸ Δήλιον ἧττα*[530]). *Δημοσθένης τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς τὴν Πύλον ἐτείχισε*[531]).

---

tur. Eidem Scaliger etiam verba: *τὴν ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσον* debet. Cf. de insula Atalante priori quidem tempore deserta, sed Ol. LXXXVII, 2. ab Atheniensibus munita, id. Thuc. II, 32, Steph. s. v. *Ἀταλάντη* et Strab. I. p. 42, 5 seqq. X. p. 293, 18 seqq. Est praeter hanc Atalantam, iuxta Locridem Opuntiorum sitam, etiam altera eiusdem nominis insula, Piraeeo Attico opposita, quam commemorat Strab. lib. IX. p. 272, 44 seqq.

517) *Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα*] Refert Diodorus XII. cp. 59. ad Ol. LXXXVIII, 3., Thucydides III, 92 ad Ol. LXXXVIII, $\frac{3}{2}$. Cf. Strab. I. p. 41, 51 et IX. p. 295, 47.

518) *Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος*] Arcesilaus ex Scholiasta ad Pind. Pyth. V. p. 377 curru Pythia vicit Pyth. XXXI.: quae victoria Olymp. LXXVIII, 3. recte assignata, hic male repetitur. Vid. not. 374.

519) *Στρατοκλῆς*] Archon Athenis Ol. LXXXVIII, 4. ex Diodoro XII. cp. 60. Meminit eius etiam Scholiastes Aristoph. Nubb. v. 585., item Auctor Argum. Equitt.

520) *Ἔκλειψις σελήνης Βοηδρομιῶνος πέμπτῃ ἱσταμένου*] Sic procul dubio haec verba legenda sunt. Errore typographi coniuncta sunt *πέμπτῃ ἱσταμένου Κλέων στρατηγὸς ἐχειροτονήθη*. Auctor huius defectionis ipse Aristophanes Nubb. v. 585. est: *ἡ σελήνη δ' ἐκλέλοιπε τὰς ὁδούς*, ubi Scholiastes haec habet: *ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους βοηδρομίῳ* (leg. *Βοηδρομιῶνος*). De verbis *πέμπτῃ ἱσταμένου* cf. Prolegg.

521) *Κλέων στρατηγὸς*] Septimo belli anno, hieme appropinquante, i. e. Ol. LXXXVIII, 4. Cleon dux electus. Auctor Thucydides IV, 28 coll. IV, 39. Vid. etiam Diod. XII. cp. 65. Auct. Didasc. alt. ad Aristoph. Equitt. coll. Equitt. v. 391. ibique et ad Lucian. Timon. cp. 30. veterum criticorum Scholl.

522) *Ἥλιος ἐξέλειψε*] Testatur Thucydides IV, 52. Cf. Scalig. Emendat Tempp. lib. II. p. 63 ed. 1629. et Petavii Doctrin. Tempp. X, 28.

523) *Ἱππεῖς Ἀριστοφάνους*] Auctor Didascaliae alt. ad Aristoph. Equitt., *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια* [i. e. Gamelione], *δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους*.

524) *Σύμμαχος Μεσσήνιος*] Testes Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodorus XII, cp. 65. Scaliger perperam verbum *στάδιον* omisit.

525) *Δωριεὺς Διαγόρου*] Conf. nostra ad Ol. LXXXVII. s. n. 487.

526) *Ἑλλάνικος*] Auctor est Pausanias VI, 7, 3. *Ἑλλάνικον δὲ τὸν Ἀλκαινέτου καὶ Θέαντον, ἐπὶ πυγμῇ παίδων ἀναγορευθῆναι, τὸν μὲν ἐννάτῃ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα Ὀλυμπιάδι, τὸν δὲ τῇ ἐφεξῆς ταύτῃ συνέβαινεν τὸν Θέαντον.*

527) *Ἴσαρχος*] Praetor Athenis Ol. LXXXIX, 1. ex Diodoro XII, 65. Meminerunt eius etiam Athen. V, p. 218 D., Auctor Didascal. ad Nubb. Aristoph., Schol. Nubb. 549. 552., Philoch. ap. eund. Schol. Vesp. 210. et 716. [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 51 seq. 60.]: quo tamen postremo loco ante Palm. Exercc. p. 738. *Ἱππάρχου* legebatur.

528) *Ἐνιαύσιοι σπονδαί*] Testis Athenaeus l. l. *οὓς οὐκ εἰκὸς ἐν Ἀθήναις ἀσφαλῶς διατρίβειν, πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίους ἐπὶ Ἰσάρχου Ἐλαφηβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς*. Accuratius Thucydides IV, 118 seq. inducias istas d. XIV. Elaphebolionis Atheniensium, sive d. XII. Gerastii Lacedaemoniorum, factas esse dicit. Diodorus XII, 72 eas anno insequenti attribuit. V. Krueg. ad Clint. FF. HH. II. p. 72 a. Chr. 423.

529) *Αἱ πρῶται Νεφέλαι*] Verba sunt Scholiastae Aristoph. in Argum. Nubb., *αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ δρᾶμα Κόννον διδάσκει.* i. e. (cf. Athen. V. p. 218 C.) biennio ante Eupolidis Colacas, quae docta est fabula Archonte Alcaeo. Caeterum corruptum illud *Κοινόν*, quod servavit Scaliger, in *Κόννον* mutavit Casaubonus ad Athen. l. l., Meursius Bibl. Attic., Hemsterhusius ad Polluc. II. p. 1358. Cf. de Conno Amipsiae Meinek. Hist. crit. p. 201 seqq. quem eundem etiam vide p. 47 seq. de Cratini *Πυτίνῃ*.

530) *Ἡ τῶν Ἀθηναίων*] Diodorus XII. cp. 70. — Athenienses Ol. LXXXIX, 1. hieme, [Thuc. IV, 100], apud Delium, quod oppidum in agro Tanagraeo situm [Thuc. IV, 76.] paullo ante expugnatum muniverant [Diod. XII, 69. Thuc. IV, 90], fusi fugatique, Boeotis illud reddere coacti sunt. Socratem illi proe-

β. ΑΜΥΝΙΑΣ[532]). Αἱ δευτέραι Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν[533]). τῷ αὐτῷ καὶ Σφῆκες Ὀλυμπίων ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸ δεύτερον ἐς Λήναια[534]). Ὁ νεὼς τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας λύχνον θείσης ἡμμενον πρὸς τὰ στέμματα, ἕκτον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος αὐτῆς Χρυσίδος ἱερωμένης[535]).

γ. ΑΛΚΑΙΟΣ[536]). Εὔπολις τοὺς Κόλακας ἐδίδαξε[537]). Βρασίδας ὁ Λάκων περὶ Ἀμφίπολιν ἀριστεύσας καὶ πολλοὺς τῶν ἀντιταττομένων Ἀθηναίων ἀνελὼν ἡρωϊκῶς κατέστρεψε τὸν βίον[538]). Σπονδαὶ πεντηκονταετεῖς Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμοίων[539]).

---

lio interfuisse notum est ex Platon. Sympos. p. 221 A., Strab. IX. p. 278, 5 seqq., Diog. Laërt. II, 22, ubi vid. Menag.

531) Δημοσθένης] Conf. quae ad Ol. XCIV, 4. disseruimus.

532) Ἀμυνίας] De nomine huius Archontis variant Diodori XII, 72 codices inter Ἀμεινίας, Μεινίας, Ἀμινίας, Ἀμνίας, Ἀμυνίας. Postremam vocem praeter plerosque Diodori libr. Mss. habet etiam Argum. Vespp. et ipsa fab. v. 74. Nihilominus vera nominis scriptura Ἀμεινίας esse videtur (vid. Schol. Nubb. 31.), quam tuentur Auctor Didasc. ad Aristoph. Nubb. (V. apud Bekker.), Athen. V. cp. 18. p. 218 D., Schol. ad Lucian. Timon. cp. 30., item Schol. Nubb. v. 31. 552., nisi quod Ἀμινίας pro Ἀμεινίας praebet, vulgata ει et ι permutatione.

533) Αἱ δευτέραι Νεφέλαι] Testatur Auctor Didascaliae ad Aristoph. Nubb. (V. apud Bekker.) Αἱ δευτέραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος.

534) Τῷ αὐτῷ καὶ Σφῆκες] Scriptor Argumenti Aristoph. Vespp., Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμυνίου διὰ Φιλωνίδου ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων, καὶ τὸ δεύτερον εἰς Λήναια.

535) Ὁ νεὼς τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει] Auctor Thucydides IV. cp. 133., cui Pausanias refragatur in eo, quod lib. II, 17. 7., III, 5. 6. Chrysidem non, ut ille, Phliuntem, sed Tegeam aufugisse perhibet. Hinc saltem constare credas fugisse Chrysidem. Sed hoc quoque diluit Clemens Alex. Protrept. ad Graec. p. 35 B, Chrysidem una cum templo combustam narrans. Ac facit cum Clemente, uti solet, Arnobius lib. VI. Facile illud veterum de Chryside dissidium componere liceret, si liber ille singularis, quem Hellanicus de Argivis Herae sacerdotibus perscripsit [v. Sturz. Hellanic. Fragm. ed. II. p. 79—84], aetatem tulisset. Aetas Chrysidis certior. Agebat enim, teste Thucydide II, 2, duodequinquagesimum sacerdotii annum, quum bellum Peloponnesiacum exarsit, nonoque belli anno, eiusque anni mense sexto Phiuntem aufugit. Fugit igitur Ol. LXXXIX, 2., mense Pyanepsione (Boedromione: Dodwell. Annall. Thucyd. p. 156), quinquagesimo sexto sacerdotii anno, quod secundum eundem calculum Ol. LXXV, 3. auspicata est. Cf. Scal. ad Ol. LXXV, 3. Excepit Chrysidem Phainis. Thucyd. IV, 133. Memorantur Iunonis sacerdotes praeter duas istas etiam hae: Callithyia, Pirantis fil., prima sacerdos. Euseb. Hieronymi p. 71 n. 376. coll. Afric. ap. Syncell. p. 149 D. et ap. Euseb. Gr. p. 26, 22., ubi perperam Scaliger Καλλίθυια Σπείραντος dedit. Hypermnestra, Danai fil. Euseb. Hieronym. p. 80 n. 580. coll. Syncell. p. 157 A. [Eus. Gr. Scal. p. 29, 40]. Alcyone s. Alcinoe, Stheneli et Nicippes filia, Pelopis neptis. Heyn. ad Apollod. p. 685, Hellanic. ap. Dionys. R. A. I, 22. τρίτῃ γενεᾷ πρότερον τῶν Τρωικῶν Admete, Herculis temporibus. Marm. Farnes. Callisto sub excidium Troiae. Hellanic. ap. Tzetz. Posthom. 776 sq. Cydippe, temporibus Croesi. Cf. Fischer. ad Aeschin. diall. III, 10. p. 136 sq. et Sturz. Hellan. Fr. ed. II. p. 80.

536) Ἀλκαῖος] Archon Athenis Ol. LXXXIX, 3. ex Diodoro XII. cp. 73. Meminerunt eius Thucydides V, 1, 25., Athenaeus V, 215. D. 218. C. E., Scholiastes Aesch. p. 755, Androtion ap. Schol. Aristoph. Nubb. 549. 552. [Fragm. ap. Siebel. pag. 119] Philoch. ap. eund. Schol. Pac. 465. [Fragm. ed. Sieb. p. 60]: quo postremo loco Ἀλκαίου pro corrupto Ἀλκμαίωνος restituerunt Petit. Miscell. I, 8 et Palm. Exercc. p. 745: denique Auctor Scholii, quod nuper demum in lucem protraxit Guil. Dindorf. ad Aristoph. Pac.: ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι.

537) Εὔπολις τοὺς Κολ.] Auctor Athenaeus lib. V, 218 B. τέθνηκε δὲ πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδος Κολάκων (Ἱππόνικος), Confirmat nunc Scholium ad Arist. Pac. modo ascriptum. Cf. Meinek. Hist. crit. com. Graec. p. 130 seqq.

538) Βρασίδας ὁ Λάκων] Diodorus Brasidae mortem Ol. LXXXIX, 3. assignat, hoc usus praeconio XII. cp. 74.: ὁ μὲν Βρασίδας ἀριστεύσας καὶ πλείστους ἀνελὼν (ἐν τῇ περὶ Ἀμφίπολιν μάχῃ) ἡρωϊκῶς κατέστρεψε τὸν βίον. Eandem rem tradit Thucyd. V. cp. 10.

539) Σπονδαὶ πεντηκονταετεῖς] Testatur Thucydides V, 19 seq. foedus L. annorum inter Athenienses et Lacedaemonios Alcaeo Archonte initum esse d. XXIV. Elaphebolionis Attici (ἕκτῃ φθίνοντος) sive d. XXVI. (τετάρτῃ φθίνοντος) Artemisii Lacedaemoniorum [Martio a. 421.]. Consentit in anno pacis Diodorus XII. cp. 74. Cf. Scal. Emendat. Tempp. lib. I. p. 29 ed. 1629.

δ. *ΑΡΙΣΤΙΩΝ*[540]. *Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον ἐδίδαξε*[541]. *Φερεκράτης τοὺς Ἀργείους ἐδίδαξεν*[542].

ΟΛ. ϙ. *Ὑπέρβιος Συρακούσιος στάδιον*[543]. *Θέαντος παῖς πυγμῇ*[544]. *Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον*[545]. *Οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν, ὥστε μὴ θύειν, μηδ᾽ ἀγωνίζεσθαι οὐκ ἐκτίνοντες τὴν δίκην αὐτοῖς, ἣν ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ νόμῳ Ἠλεῖοι κατεδικάσαντο αὐτῶν*[546].

α. *ΑΣΤΥΦΙΛΟΣ*[547]. *Ἀθηναῖοι Δηλίοις ἀπέδοσαν τὴν νῆσον κατὰ χρησμὸν καὶ κατῆλθον εἰς τὴν πατρίδα οἱ τὸ Ἀτραμύτιον οἰκοῦντες Δήλιοι*[548]. *Ὁ τῶν Λακεδαιμονίων πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πόλεμος ἀναζωπυρεῖται*[549]. *Σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἠλεῖοι*[550].

β. *ΑΡΧΙΑΣ*[551]. *Πόλεμος Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀργείους διὰ τὰ ἐς Τροιζηνίους Λακεδαιμονίων συμμάχους ὑπὸ τῶν Ἀργείων παρανεμομημένα*[552]. *Λακεδαιμό-*

---

540) *Ἀριστίων*] Archon Athenis Ol. LXXXIX, 4. secundum Athenaeum V. cp. 17. p. 216 D. et cp. 18. p. 218 D. et E., quem expressit Scaliger, *Ἀριστίων*, sec. Diodorum XII. cp. 75. *Ἀρίστων*, cui et ipsi *Ἀριστίων* restituendum esse censet Meurs. de Archontt. Athen. III. cp. 7. p. 110. Vid. Schol. Aeschin. ed. Bekker. in Actt. Acad. Boruss. a. 1836. p. 356 coll. Aug. Meinek. in Th. Bergkii et Iul. Caesaris Diariis Antiqq. a. 1843. 2. n. 24.

541) *Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον* etc.] Athenaeus lib. V. p. 216 D. E.: *ἔστι δὲ ὁ καιρός, καθ᾽ ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου.* Cf. Mein. Hist. crit. p. 117, qui duas fuisse fabulae recensiones doret.

542) *Φερεκράτης τοὺς Ἀργ.*] Athenaeus V. cp. 18. p. 218 D. *λέγει γοῦν· „εἰ γὰρ εἶεν ἄνθρωποι Ἄγριοι, οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ.“ Ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ᾽ Ἀριστίωνος ἄρχοντος.* Hic nimirum verus est fabulae Pherecrateae titulus, neque vero aut Scaligeri *Ἀργεῖοι*, aut Scholiastae Aristoph. Avv. v. 859. *Ἀγροί.* Vid. Meurs. Biblioth. Graec. I. s. n. *Φερεκράτης* (cf. Gronov. Thesaur. antiqu. Graec. T. X.), Heinrich. Diss. de locis aliquot Protag. Plat. Kil. a. 1813., Meinek. Hist. crit. p. 71.

543) *Ὑπέρβιος*] Ex Africano apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 et Diodoro XII, 77.

544) *Θέαντος παῖς*] Auctor Pausanias lib. VI, 7. 3., cuius verba excitavimus ad Ol. LXXXIX. s. n. 526.

545) *Ἀνδροσθένης*] Testis est Thucydides V, 49: *Ὀλύμπια δ᾽ ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου* (i. e. aestate anni, qui duodecimus erat belli), *οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα.* Cf. Paus. VI, 6. 1.

546) *Οἱ Λακεδαιμόνιοι*] Transtulit Scaliger Thucydidis verba e lib. V. cp. 49.

547) *Ἀστύφιλος*] Archon Olymp. XC, 1. sec. Athenaeum V. cp. 18. extr. p. 218 D. E., quem amplexus est Scaliger, *Ἀστύφιλος*, at sec. Diodorum XII, 77 *Ἀριστόφυλος*, ubi tamen *Ἀστυφίλου* nomen reponendum esse iure statuerunt Palmerius, Vossius, Wesselingius. Confirmat Athenaei scripturam Marm. Par. ep. 62.

548) *Ἀθηναῖοι Δηλίοις*] Auctor est Diodorus XII. cp. 77. init., ubi eadem fere verba habes, atque hoc loco. Contra Thucydides V, 32. Delios ab Atheniensibus oraculi iussu restitutos in patriam enarrat anno belli undecimo, eiusque aestate, i. e. Ol. LXXXIX, $\frac{3}{4}$. Vid. Boeckh. in Actt. Academ. Boruss. a. 1834. Class. hist. p. 6 coll. Paus. IV, 27. 5., Diod. XII, 78., Thuc. VIII, 108. De Atramytio s. Adramytio (utramque enim et per *δ* et per *τ* scripturam solitam fuisse docet Steph. s. v. *Ἀδραμύττειον*), Mysiae oppido, vid. praeter Diod. l. c. Strab. XIII. p. 400, 28 et Thuc. V, 1. VIII, 108.

549) *Ὁ τῶν Λακεδαιμ.*] Scaliger mutuatus videtur a Diodoro XII, 77: *Τῶν δὲ Ἀθηναίων οὐκ ἀποδιδόντων Λακεδαιμονίοις τὴν Πύλον, πάλιν αἱ πόλεις αὗται πρὸς ἀλλήλας διεφέροντο καὶ πολεμικῶς εἶχον.* Thucydides tamen lib. V. cp. 35. nova illa post foedus inter Lacedaemonios et Athenienses factum dissidia, quorum caussa fidem sibi invicem non habuerint, anno belli XI., ineunte aestate, i. e. Ol. LXXXIX, 4. orta esse dicit. De vocabulo *ἀναζωπυρεῖν* consulendus est Piersonus ad Moerid. p. 170.

550) *Σπονδὰς ἐποιήσαντο*] Testis est Thucydides lib. V. cp. 47. init. *σπονδὰς ἐποιήσαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι καὶ Μαντινῆς καὶ Ἠλεῖοι*: id quod ex cp. 49. eo anno factum esse apparet, quo Androsthenes pancratio Olympia vicit i. e. Ol. XC, 1. Cf. s. n. 545.

551) *Ἀρχίας*] Archon Athenis Ol. XC, 2. ex Diodoro XII. cp. 78. princ.

552) *Πόλεμος Λακεδαιμονίων*] Diodorus XII. cp. 78. ad Ol. XC, 2. *Τούτους δὲ* (scil. *τοὺς Ἀθηναίους*) *οἱ Ἀργεῖοι παραλαβόντες ἐστράτευσαν ἐπὶ Τροιζῆνα πόλιν σύμμαχον Λακεδαιμονίων.* Et paullo post: *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι παροξυνθέντες ἐπὶ τοῖς εἰς τοὺς Τροιζηνίους παρανομήμασιν ἔγνωσαν διαπολεμεῖν πρὸς Ἀργείους. διὸ καὶ δύναμιν ἀθροίσαντες ἐπέστησαν ἡγεμόνα Ἆγιν τὸν βασιλέα.* Thucydides, qui et ipse hanc expeditionem a Lacedaemoniis adversus Argos anno belli XIV., sub mediam aestatem, i. e. Ol. XC, $\frac{2}{3}$. susceptam tradit, eam tamen quum propter Epidaurios ab Argivis perpetuis incursionibus lacessitos, tum ne glisceret civitatium Peloponnesiacarum defectio latiusve serperet, a Lacedaemoniis decretam affirmat. Cf. V, 57.

νιοι τὰς πρὸς Ἀθηναίους σπονδὰς λύσαντες Ἀθηναίοις ἐπολέμησαν[553]). Αἱ διαψηφίσεις, ἤτοι αἱ τῶν ἐν δήμοις ἐξετάσεις, εἰσήχθησαν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος[554]).

γ. ΑΝΤΙΦΩΝ[555]). Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι διαπρεσβευσάμενοι πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συμμαχίαν συνέθεντο[556]). Ἀθηναῖοι τὴν Μῆλον ἐκπολιορκήσαντες πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ παῖδας καὶ γυναῖκας ἡβηδὸν ἀπέσφαξαν[557]).

δ. ΕΥΦΗΜΟΣ[558]). Ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιὸς στεφανοῦται Ληναίοις[559]). Πλάτωνος τῆς ἡλικίας τεσσαρεςκαιδέκατον ἔτος[559]).

ΟΛ. ϘΑ. Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος στάδιον[560]). Εὐαγόρας Ἠλεῖος συνωρίδι τελείᾳ πρῶτος[561]).

α. ΑΡΙΣΤΟΜΝΗΣΤΟΣ[562]). Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος ἐγεννήθη[563]). Ἄρχιππος Ἀθηναῖος κωμικὸς ἀρχαῖος ἐνίκησεν ἅπαξ[564]). Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενο-

---

553) *Λακεδαιμόνιοι τὰς πρὸς Ἀθηναίους*] Hoc enim anno Alcibiades, Atheniensium dux, Argivis contra Lacedaemonios opem tulit. Diodorus XII. cp. 78. coll. cp. 77. et Thucydides V, 42.

554) *Αἱ διαψηφίσεις*] Harpocration s. v. *διαψήφισις*: *Ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασι ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος, Ἀνδροτίων* (Fr. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 119) *ἐν τῇ Ἀτθίδι καὶ Φιλόχορος* (Fr. ap. eosdem p. 61) *ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος*. Nomine Archontis deceptus Scaliger ad h. a. retulit, eumque secutus est Meierus de Bonis Damnator. p. 79, sed luculenter demonstravit Boeckhius in Commentat. de Disposit. Atthid. Philoch. in Actis Academ. Boruss. a. 1832. Class. hist. p. 21, illam *Διαψήφισιν* pertinere ad Archiam Archontem Ol. CVIII, 3. Eiusdem, cuius Scaliger et Meierus, erroris reus est etiam Schoemannus de Comitiis p. 385, qui tamen nuper in Antiquitt. Iur. Publ. Graec. p. 206 retractavit sententiam.

555) *Ἀντιφῶν*] Archon Athenis Ol. XC, 3. ex Diodoro XII, 80.

556) *Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι*] Auctor Diodorus XII, 80 ad Ol. XC, 3. Cf. Thucyd., qui lib. V. cp. 79. illam cum Lacedaemoniis societatem ab Argivis anno belli XIV., hieme exeunte, i. e. Ol. XC, 3. initam et ipse testatur.

557) *Ἀθηναῖοι τὴν Μῆλον*] Diodori sub Ol. XC, 3., XII. cp. 80. *τήν τε Μῆλον πολιορκήσαντες ἡβηδὸν κατέσφαξαν, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο* (scil. *οἱ Ἀθηναῖοι*). Sed Thucyd. V, 116 eandem rem anno belli XVI., ineunte hieme, i. e. Ol. XCI, 1., gestam esse affirmat. Vid. Schol. ad Aristoph. Aves v. 183. coll. Prolegg.

558) *Εὔφημος*] praeturam gessit apud Athenienses Ol. XC, 4. ex Diodoro XII, 81. Meminit eius etiam Athenaeus V. cp. 18. p. 217 A.

559) *Ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιός*] Athenaeus l. c. sic: *ὅτε Ἀγάθων ἐνίκα, Πλάτων ἦν δεκατεσσάρων ἐτῶν· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Εὐφήμου στεφανοῦται Ληναίοις*. Cf. de Agathone Welcker. Mus. Rhen. Suppl. II, 3. p. 981 seqq.

560) *Ἐξαίνετος*] Testes sunt Diodorus XII, 82, Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41, Aelianus Var. Hist. II, 8. Corrupte audit apud Afric. *Ἐξάγεντος*, pro quo Scaliger Nott. ad Graec. Euseb. p. 428 a., probante Meursio de Arch. Athen. III, 9. p. 112, *Ἐξαίνετος* scribendum censet. Armeniacus tamen Eusebii interpres Auchero Not. P. I. p. 294 teste medium quoddam tenet *Ἐξαίγεντος*. Caeterum hunc Exaenetum Empedoclis familiae cognatum fuisse, haud improbabiliter coniicit Simon. Karsten. in Empedocle suo p. 5.

561) *Εὐαγόρας*] Euagoras Eleus Ol. XCIII. vicit *συνωρίδι τελείᾳ πρῶτος* ex testimonio Pausaniae V, 8. 3., Africani apud Euseb. l. l., Xenophontis Hell. I, 2. 1., ita ut mero errore calami Scaligeriani, aut, si mavis, incuria typothetae in hanc Olympiadem irrepserit.

562) *Ἀριστόμνηστος*] Archon Athenis Ol. XCI, 1. ex Diodoro XII, 82 init. Memorat eundem Enarrator Argum. II. Aristoph. Avv., sed *Ἀρίμνηστον* appellat: quo eodem nomine eum insigniunt Isaeus *περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου* p. 57 et Hesychius s. v. *Ἑρμοκοπίδαι* coll. Meurs. de Arch. Ath. III. cp. 9. et Lectt. Att. lib. IV. cp. 31.

563) *Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος*] Haud facile dictu est, quo nixus auctore Scaliger hunc annum Xenocratis natalem statuerit. Nam Diogenes lib. IV, 14. Xenocratem Ol. CX, 2. Lysimacho, qui aliis Lysimachides, Archonte Athenis in schola regenda Speusippo successisse, annoque postquam ei successit, vicesimo sexto, aetatis vero octogesimo tertio mortem obisse dicit, quibus calculis subductis Xenocratem Ol. XCVI, 1. natum, et Ol. CXVI, 3. obisse mortem invenies. An rursus ad Scaligeri nimiam festinantiam confugiendum est, quam iam saepius in hoc libello deprehendimus? Certe hoc satius duximus, quam cum Meursio lib. III. cp. 9. p. 114 ex hoc Scaligeri errore in Diogenis loco *ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ἑκαστὸν* corrigendum esse colligere pro *γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν*. Cf. nostra ad Ol. CX, 2. CXV, 3. CXVI, 3.

564) *Ἄρχιππος*] Auctor Suidas, qui s. v. *Ἄρχιππος· ἐνίκησεν*, inquit, *ἅπαξ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος*. Accinit Eudoc. p. 68. Conf. Mein. Hist. crit. p. 205.

κλῆς καὶ Εὐριπίδης, καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάκχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ
p 322 b. καὶ Παλαμήδει καὶ Τρωσὶ καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ[565]).

β. ΧΑΒΡΙΑΣ[566]). Πλειστώναξ Λακεδαιμονίων βασιλεύει ἔτη η'[567]). Ὄρνιθες Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει[568]). Ἀθηναῖοι πόλεμον ψηφίζονται κατὰ Συρακουσίων[569]). Ἀλκιβιάδης διὰ τὴν κατακοτὴν τῶν Ἑρμῶν φυγὼν ἐς Σπάρτην Λακεδαιμονίους πείθει ἐπιθέσθαι Ἀθηναίοις[570]). Ἀθηναῖοι τῷ ἀνελόντι Διαγόραν τὸν ἄθεον τάλαντον ἐπεκηρύξαντο[571]). Ἱμεραίων πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων χειρωθεῖσα καὶ κατασκαφεῖσα διέμεινεν ἀοίκητος[572]).

---

565) *Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις*] Totidem verbis habes apud Aelianum Var. Hist. II, 8, ubi illud quidem recte vidit Scaliger, *κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἕκτην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον* etc. mutandum esse in *κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλ.* Alterum non vidit, pro *Τρωσὶ* legendum esse *Τρῳάσι*, quod primum restituit Aeliano Musgrav. in Chronol. scen., probantibus God. Hermann. De tetral. compos. p. 13. 5, Welck. in Mus. Rhen. Suppl. II. Sect. II. a. 1839. p. 442. Add. Schoell. in lib. qui inscribitur: „Beiträge zur Kenntniss der trag. Poësie der Griechen." Tom. I. Berol. a. 1839. p. 39 not. 11., H. Zirndorfer. de chronolog. fabb. Eurip. Marb. a. 1839. p. 69. Iam vero ex Schol. Arist. Vespp. 1317 constat, Troades Euripidis VII. annis post Aristophanis Vespas doctas esse. Ergo Euripidis illud cum Xenocle certamen accuratius Ol. 91, 2. assignabitur. De Xenocle vid. Welck. Mus. Rhen. Suppl. II, 3. p. 1020—1024.

566) *Χαβρίας*] Summo apud Athenienses magistratu functus est Ol. XCI, 2. ex Diodoro XIII. cp. 2. Meminit eius etiam Scholiastes Arist. Plut. 179., Philochorus ap. eund. Schol. Avv. 767. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 63), item Enarr. argum. II. et III. Aristoph. Avv. coll. Meinek. Quaest. Scen. I. p. 34. [Hist. crit. com. Gr. p. 41].

567) *Πλειστώναξ*] Auctor Diodorus l. XIII. cp. 75. init. ad Ol. XCIII, 1. *προςετέθη δὲ καὶ συνωρὶς κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα* (scil. ϙγ.) *καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις Πλειστώναξ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη πεντήκοντα, διαδεξάμενος δὲ τὴν ἀρχὴν Παυσανίας ἦρξεν ἔτη δεκατέτταρα.* Sic Dindorfius. Verum pro *πεντήκοντα*, quod exhibent codd. Coislin. CXLIX., Laur. XII., Paris. pr. et alt., Claromont., Venet. pr., Steph. edit. margo, caeteri exhibent *ὀκτὼ*, quod amplexus Scaliger iure suo Plistonactis, ex familia regia priore Eurysthenidarum oriundi, auspicia Ol. XCI, 1. vel 2. assignare potuit. At *πεντήκοντα* unice vera est scriptura, ita ut Plistonax, licet admodum puer, iam rex factus sit Ol. LXXX, 3. Caeterum his Diodori audacius usus Dodwellus Annall. Thucyd. p. 73. poenas dat Wesselingio ad Diodori l. l. Cf. Clint. FF. HH. II. Append. III. p. 227 Kr.

568) *Ὄρνιθες Ἀριστοφ.*] Tradit Enarrator Argum. ad. Arist. avv. II., *ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ, διὰ Καλλιστράτου.* Cf. argum. I. et Schol. ad Arist. Avv. v. 997. Certarunt autem cum Aristophanis *Ὀρνίσιν* Amipsiae *Κωμασταί* et Phrynichi *Μονότροπος*, Dionysiis urbanis i. e. m. Elaphebolione s. Martio a. a. Chr. 414. Verum ante, Gamelione mense i. e. Ianuario, idem Aristophanes *Ἀμφιάραον* docuerat Lenaeis. Vid. Argum. Avv. II. et III.

569) *Ἀθηναῖοι πόλεμον*] Diodorus XIII. cp. 2. init. expeditionem in Siciliam ab Atheniensibus decretam et Niciae, Lamacho, Alcibiadi ducibus commissam esse tradit Ol. XCI, 2. Sed compulit Diodorus hanc rem, uti nonnullas alias, in hunc annum, quae superioris decursu acciderunt. Illo enim anno (Ol. XCI, 1.) Mercurii statuas mutilatas refert Hesych. s. v. *Ἑρμοκοπίδαι*, eodemque Athenienses suscepisse bellum una cum Thucyd. VI, 30. docet Isaeus de Philoctem. heredit. p. 57. Cf. Wessel. ad Diod. l. l.

570) *Ἀλκιβιάδης διὰ τὴν κατακοπὴν*] Diodorus XIII. cp. 5. init.: *τούτων δὲ πραττομένων* (Ol. XCI, 2.) *οἱ κατὰ τὴν ἰδίαν ἐχθρὰν μισοῦντες τὸν Ἀλκιβιάδην ἐν Ἀθήναις, πρόφασιν ἔχοντες τὴν τῶν ἀγαλμάτων περικοπήν, διέβαλον αὐτὸν ἐν ταῖς δημηγορίαις ὡς συνωμοσίαν κατὰ τοῦ δήμου πεποιημένον.* Et paullo post: *ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης ἐκ τῆς Ἰταλίας διαπλεύσας ἐπὶ Πελοπόννησον ἔφυγεν εἰς Σπάρτην, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους παρώξυνεν ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις.* Cf. Thuc. V, 27 sqq. 61, et maxime 88 seqq., ubi Alcibiades, quum ad caussam de violatis Hermis dicendam e Sicilia arcessitus et ob desertum capitis iudicium damnatus Spartam petisset, Lacedaemonios ad bellum Siciliensibus inferendum adhortans stimulansque introducitur, anno belli XVII., tempore hiberno, i. e. Ol. XCI, 2. Sed Hermae ipsae mutilatae sunt Ol. XCI, 1, (Cf. Thuc. I, 27 cum nota praeced.) et quidem secundum Plut. Alcib. p. 201 E. *ἕνης καὶ νέας οὔσης* i. e. tricesima mensis die idemque a Diodoro XIII. cp. 2. traditur, qui *νουμηνίαν* fuisse scribit. Unde Dodwell. Annall. Thucyd. p. 185 id prima Thargelionis Attici die gestum putat. Contra Corsin. F. Att. II. p. 298 sqq. plenilunio Hermas truncatas esse demonstrat. Cf. Andoc. de Myster. p. 6. Wesseling. ad Diod. ed. Argorat. T. V. p. 542.

571) *Ἀθηναῖοι τῷ ἀνελόντι*] Auctor Diodorus lib. XIII. cp. 6. ad Ol. XCI, 2. *τούτων δὲ πραττομένων Διαγόρας ὁ κληθεὶς ἄθεος διαβολῆς τυχὼν ἐπ' ἀσεβείᾳ, καὶ φοβηθεὶς τὸν δῆμον, ἔφυγεν ἐκ τῆς Ἀττικῆς. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι τῷ ἀνελόντι Διαγόραν ἀργυρίου τάλαντον ἐπεκήρυξαν.* De Diagora cf. Prolegg.

γ. ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΣ[573]. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ Ἀλκιβιάδου παροξυνθέντες τὰς πρὸς Ἀθηναίους σπονδὰς ἔλυσαν[574].

δ. ΚΛΕΟΚΡΙΤΟΣ· οἱ δὲ ΚΛΕΑΡΧΟΣ[575]. Οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἄγιδος ἡγουμένου καὶ Ἀλκιβιάδου, καταλαβόμενοι χωρίον ἰσχυρὸν Δεκέλειαν, φρούριον ἐποίησαν κατὰ τῆς Ἀττικῆς. ὅθεν ὁ πόλεμος Δεκελειακὸς προσηγορεύθη[576]. Ἔκλειψις σελήνης[577]. Ἧττα τῶν Ἀθηναίων ἐν Σικελίᾳ, καὶ τῶν στρατηγῶν Δημοσθένους καὶ Νικίου φόνος[578].

ΟΛ. ϞΒ. Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος στάδιον τὸ β΄[579].

α. ΚΑΛΛΙΑΣ[580]. Λυσίας ὁ ῥήτωρ ὢν ἐτῶν μζ΄ ὑπὸ τῶν Θουρίων καταστασιασθεὶς ὡς ἀττικίζων παραγίνεται αὖθις εἰς Ἀθήνας[581]. Ἀθήνησιν ὁ δῆμος ἐξεχώρησεν ἑκουσίως τῆς δημοκρατίας, καὶ ἑλόμενος ἄνδρας τετρακοσίους τούτοις τὴν διοίκησιν ἐπέτρεψε τῶν κοινῶν[582]. Διοκλῆς ὁ τῶν Συρακουσίων νομοθέτης ἐγνωρίζετο[583].

---

572) *Ἱμεραίων πόλις*] Haec nota huc non pertinet, sed protrahenda est ad Ol. XCII, 4., quo anno eversam Himeram et scribit Diodorus lib. XIII. cp. 62. et infra asserit Scaliger.

573) *Πείσανδρος*] Archon Athenis Ol. XCI, 3. ex Diodoro XIII. cp. 7.

574) *Οἱ Λακεδαιμόνιοι*] Testis est Diodorus lib. XIII. cp. 8. extr. *κατὰ δὲ τὴν Πελοπόννησον οἱ Λακεδαιμόνιοι παροξυνθέντες ὑπὸ Ἀλκιβιάδου τὰς σπονδὰς ἔλυσαν τὰς πρὸς Ἀθηναίους, καὶ ὁ πόλεμος οὗτος διέμεινεν ἔτη δυοκαίδεκα.* Sic etiam a Thuc. VII. cp. 18. Lacedaemonii in Atticam incursionem anno belli XVIII. hieme exeunte i. e. Ol. XCI, 3. parasse dicuntur.

575) *Κλεόκριτος· οἱ δὲ Κλέαρχος*] Archon Athenis Ol. XCI, 4. *Κλεόκριτος* ex Diodoro XIII. cp. 9., Argum. Aristoph. Lysistr., Pseudo-Plut. X. Oratt. Vitt. II. p. 835 E., quorum tamen postremus paullo ante p. 835 D. eundem *Κλέαρχον* appellat. Sed hoc quoque loco *Κλεόκριτον* restituendum censent Meursius Lectt. Att. IV, 14, Taylorus Vit. Lys. p. 34, Corsinus F. Att. III, p. 251.

576) *Οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἄγιδος*] Totidem fere verbis tradit Diodorus lib. XIII. cp. 9. init. ad Ol. XCI, 4. Exarserat bellum illud anno belli Peloponnesiaci XIX., primo statim vere, i. e. Ol. XCI, 3. Cf. Corsin. F. A. T. III. p. 250. Caeterum, quod Scal. scripsit *Δεκελειακός*, haud dubie ex corruptis Diodori codd. petiit. Certe in Wesselingii MSS., in Orat. Isocrat. de Pace p. 244. Plataic. p. 444, apud Demosth. in Androtion. p. 386 *πόλεμος Δεκελεικὸς* rectius audit.

577) *Ἔκλειψις σελήνης*] Luna defecit Ol. XCI, 4. ex Diodoro XIII. cp. 12. et Thucydide VII, 50. Meminit eius eclipsis etiam Plut. Nic. cp. 23. coll. cum Scal. Emendat. Tempp. I. p. 56, Petavii Doctr. Tempp. X. cp. 28., Dodwell. Annall. Thucyd. p. 207.

578) *Ἧττα τῶν Ἀθηναίων*] Describunt hanc cladem, qua Athenienses, omnibus viis interclusi, ad Asinarum (Diod.) sive Assinarum (Thucyd.) fluvium Ol. XCI, 4. maximam partem interficiuntur, itemque miseram Demosthenis et Niciae, proelio captorum, caedem Diodorus lib. XIII. cpp. 19. 33. et Thucydides VII, 84—86.

579) *Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος*] Testes Diodorus XIII. cp. 34. et Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Cf. nostra ad Ol. XCI. s. n. 560.

580) *Καλλίας*] Ol. XCII, 1. Atheniensium praetor ex Diodoro XIII. cp. 34. Meminerunt eius etiam Dionys. Halic. Lys. vit. V. p. 453 Reisk., Pseudo-Plutarch. Vitt. X. Oratt. Lys. II. p. 835 D. E., Argum. Arist. Lysistr., Philochor. ap. Schol. Lysistr. 173. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 64.)

581) *Λυσίας ὁ ῥήτωρ*] Enarrant Dionysius l. l. et Pseudo-Plutarchus l. l., quorum ille: *καὶ παραγενόμενος*, inquit, *αὖθις ἐς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι.* Hic autem: *τῷ δὲ ἑξῆς*, inquit, *Καλλίᾳ Ὀλυμπιάδι ἐνενηκοστῇ δευτέρᾳ . . . . . αἰτιαθεὶς ἀττικίζειν ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριακοσίων.* Sic enim pro vulgata *τριῶν* legendum esse, ex facillima numerorum *Γ* et *Τ* confusione acute docuit Meursius Lectt. Att. IV. cp. 15. Mendum servavit Photius Bibl. Cod. CCLXII., *μετ' ἑτέρων τριῶν*, ubi Taylorus Vit. Lys. p. 56. *μετ' ἀδελφῶν τριῶν* suspicatus erat frustra. Cf. Hoelscher. de Vita et Scriptt. Lysiae p. 21 n. 2.

582) *Ἀθήνησιν ὁ δῆμος*] Quadringentorum imperium Athenis Ol. XCII, 1. constitutum esse tradunt Thucydides VIII, 63—68 coll. Diod. XIII, 36 et Pseudo-Plutarch. X. Oratt. Vitt. p. 835 E. Regnarunt illi, testibus Harpocratione et Photio s. v. *τετρακόσιοι*, menses quatuor, i. e. uti demonstrat Corsinus FF. AA. T. III. p. 253, ab ineunte Elaphebolione usque ad Hecatombaeonem ineuntem. Vid. Thuc. VIII, 67. Harpocr. s. v. *συγγραφεῖς* et *τετρακόσιοι*, Lysiae or. pro Polystr. §. 2., Suid. s. v. *πρόβουλος*., Isocr. Areopag. cp. 24 coll. Taylor. Vit. Lys. in Reisk. Oratt. Gr. VI. p. 115, Ruhnk. de Antiphonte Orat. Att. ib. Tom. VII. p. 814, Schoem. Antiqu. iur. publ. Graec. p. 181 seq., Meier. de Bonis Damn. p. 3 sqq. p. 9, Krueger. ad Dionys. Hal. historiograph. p. 362—390, Clinton. FF. HH. p. 82 Kr.

583) *Διοκλῆς ὁ τῶν Συρακ.*] Auctor Diodorus XIII. cp. 34. et 35. init.

β. *ΘΕΟΠΟΜΠΟΣ*[584]). *Ἀθηναῖοι τὴν τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίαν κατέλυσαν*[585]). *Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων περὶ εἰρήνης, ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι οὐ προσήκαντο. ἱστορεῖ Φιλόχορος*[586]). *Ἐνταῦθα Θουκυδίδης τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε περιλαβὼν κβ' ἐτῶν χρόνον ἐν βιβλίοις ὀκτώ. τινὲς δὲ διαιροῦσιν εἰς ἐννέα. Ξενοφῶν δὲ καὶ Θεόπομπος ἀφ' ὧν ἀπέλιπε Θουκυδίδης τὴν ἀρχὴν πεποίηνται. Καὶ Ξενοφῶν μὲν περιέλαβε χρόνον ἐτῶν μη', Θεόπομπος δὲ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις διελθὼν ἐπ' ἔτη ἑπτακαίδεκα καταλήγει τὴν ἱστορίαν εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν ἐν βιβλίοις ιβ'*[587]).

γ. *ΓΛΑΥΚΙΠΠΟΣ*[588]). *Ἐδιδάχθη τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα Φιλοκτήτης. πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς*[589]). *Λακεδαιμόνιοι πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ ἡσσηθέντες ὑπὸ Ἀθηναίων περὶ Κύζικον δεινῶς ἐταπεινώθησαν*[590]).

δ. *ΔΙΟΚΛΗΣ*[591]). *Εὐριπίδης τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε*[592]). *Κατὰ τὴν Σικελίαν Σελινοῦς ὑπὸ Καρχηδονίων ἑάλω, καὶ διηρπάσθη, καὶ τὰ τείχη περιῃρέθη*[593]). *[τὴν] Ἱμεραίαν [πόλιν] ἐν τῇ Σικελίᾳ οἱ Καρχηδόνιοι εἰς ἔδαφος κατέσκαψαν*[594]). *Λακεδαιμόνιοι τῆς Πύλου ἐγκρατεῖς ἐγένοντο ιε' ἔτη τῶν Ἀθηναίων αὐτὴν κατεσχηκότων, ἀφ' ὅτου Δημοσθένης αὐτὴν ἐτείχισε*[595]).

p. 323 a. *ΟΛ. ϞΓ. Εὔβατος Κυρηναῖος στάδιον*[596]). *Δρόμος δύο ἵππων τελείων συνωρὶς κλη-*

---

584) *Θεόπομπος*] Archon Athenis Ol. XCII, 2., teste Diodoro XIII. cp. 38. Meminerunt eius Lysias Orat. XXI. de Muneribb. Accept. p. 213 ed. Foertsch., Pseudo-Plut. Vitt. X. Oratt. Antiph. p. 833 D., Philoch. ap. Schol. ad Eurip. Orest. 371 et 771. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 65.)

585) *Ἀθηναῖοι τὴν τῶν τετρακ.*] Tradit Diodorus XIII. cp. 38. ad Ol. XCII, 2. *περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Ἀθηναῖοι τὴν ἐκ τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίαν κατέλυσαν.* Meminit rei etiam Pseudo-Plutarchus l. l.: *καὶ εἷλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμου ψήφισμα ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι κατελύθησαν.* Vid. Thuc. VIII, 70. 74. coll. Clint. FF. HH. p. 82 Kr.

586) *Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων*] Philochori verba (Fragm. collect. l. l.) servavit Scholiastes ad Eurip. Orest. v. 371. et 771.: *πρὸ γὰρ Διοκλέους, ἐφ' οὗ τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε, Λακεδαιμονίων πρεσβευσαμένων — ἀπιστήσαντες Ἀθηναῖοι οὐ προσήκαντο, ἐπὶ — Θεοπόμπου, ὃς ἦν πρὸ Διοκλέους, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος.*

587) *Ἐνταῦθα Θουκυδίδης*] Haec ad verbum paucis dumtaxat aliter collocatis invenies apud Diodorum lib. XIII. cp. 42. extr. Cf. tamen Marcell. vit. Thuc. 45. nec non Heyn. De Fontibb. Hist. Diod. in Comment. Societ. Gotting. a. 178⁴⁄₅. Vol. VII. p. 110 seq. (Diod. Dindorf. Vol. V. p. CXII. seq.).

588) *Γλαύκιππος*] Archon Athenis fuit Ol. XCII, 3. ex Diodoro XIII, 43. Memorat eum etiam Lys. orat. XXI. de Muneribb. Acceptt. p. 213., Dionys. Hal. vit. Lys. V. p. 453 Reisk., Philoch. ap. Schol. ad Aristoph. Plut. 973. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 65 seq.), Enarrator argumenti Sophocl. Philoct., item Inscriptio ap. Boeckh. Cp. Inscr. Vol. I. n. 147. p. 219.

589) *Ἐδιδάχθη*] Tradit Auctor argum. Soph. Philoct., Sophoclem simul primas tulisse asserens.

590) *Λακεδαιμονίων πεζομαχίᾳ*] De hoc duplici proelio, Ol. XCII, 3. ad Cyzicum commisso, quo Lacedaemonii victi ipsum ducem amiserunt Mindarum, cf. Diod. XIII. cp. 50 seq. et Xenoph. Hellen. I, 1. 9—13.

591) *Διοκλῆς*] Archon Athenis fuit Ol. XCII, 4. ex Diodoro XIII. cp. 64. Meminit eius praeter Lysiam (Orat. XXI. de Muneribb. acceptt. p. 213) et Philochorum ap. Schol. ad Eurip. Orest. 371. 771. (Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 65.) Inscr. Gr. ap. Boeckh. n. 160, 5.

592) *Εὐριπίδης τὸν Ὀρέστην*] Tradit Scholiastes ad huius fab. v. 371. 772.

593) *Κατὰ τὴν Σικελίαν*] Auctor Diodorus, qui lib. XIII. cp. 59. ad Ol. XCII, 4. *αὕτη μὲν οὖν ἡ πόλις* (scil. *ἡ Σελινοῦς*) *ἀπὸ τῆς κτίσεως οἰκηθεῖσα χρόνον ἐτῶν διακοσίων τετταράκοντα δύο ἑάλω. Ὁ δὲ Ἀννίβας περιελὼν τὰ τείχη τῆς Σελινοῦντος ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἱμέραν, ἐπιθυμῶν μάλιστα ταύτην κατασκάψαι τὴν πόλιν.* Idem cp. 57. luculenter exponit saevitiam prorsus immanem, qua ceperint urbem, diripuerint, exciderint Carthaginienses. Cf. Xen. Hell. I, 1. 27. et nostra ad Olymp. XXXI, 3. s. n. 104.

594) *Ἱμεραίαν ἐν τῇ Σικελίᾳ*] Tradit Diodorus lib. XIII. cp. 62., Olymp. XCII, 4. *Ὁ δ' Ἀννίβας τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας, καὶ τοὺς καταφυγόντας — ἀποσπάσας ἐνέπρησε, καὶ τὴν πόλιν (Ἱμέραν) εἰς ἔδαφος κατέσκαψεν, οἰκισθεῖσαν ἔτη διακόσια τετταράκοντα.* Oppidi excidium memorat Cic. Verr. lib. II. cp. 35.

595) *Λακεδαιμόνιοι τῆς Πύλου*] Haec ad verbum extant apud Diodorum XIII. cp. 64. extr. sub Olymp. XCII, 4. Secundum Diodorum igitur Pylus Ol. LXXXIX, 1. muniri coepta fuerit a Demosthene. Hinc Scaliger ad Ol. *ΠΘ. α'. Δημοσθένης — — ἐτείχισε.* Sed debebat Diodorus supra *ἑκκαίδεκα* scribere. Munita enim est Pylus a Demosthene Ol. LXXXVIII, 4., uti ipse memoriae prodidit lib. XII. cp. 63. Thucydides rem anno belli VII., verno tempore, factam narrat lib. IV. p. 4. Cf. Wessel. ad Diod. XIII, 64.

596) *Εὔβατος Κυρηναῖος*] Diodorus XIII. cp. 68. testis est, Ol. XCIII. stadio vicisse Eubatum Cyrenaeum. Sed aliter idem apud alios audit: Pausanias eum VI, 8, 2. *Εὐβώταν*, Xenophon

θεῖσα προςετέθη. Εὐαγόρας δὲ ἐνίκησεν Ἠλεῖος[597]), παγκράτιον δὲ Πολυδάμας Σκοτουσσαῖος ὑπερμεγέθης, ὃς ἐν Πέρσαις παρὰ Ὤχῳ γενόμενος λέοντας ἀνῄρει, καὶ ὡπλισμένους γυμνὸς κατηγωνίσατο. ἵστη δὲ καὶ ἅρματα ἐλαυνόμενα κατὰ κράτος[598]).

α. ΕΥΚΤΗΜΩΝ[599]). Ἄγις Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε[600]). Ἀλκιβιάδους εἰς Ἀθήνας κάθοδος[601]). Πλειστώνακτος τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως τελευτήσαντος, Παυσανίας τὴν βασιλείαν παραδεξάμενος ἦρξεν ἔτη ιδ΄[602]). Οἱ κατὰ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες Ἰάλυσσον καὶ Λίνδον καὶ Κάμειρον μετῳκίσθησαν εἰς μίαν πόλιν τὴν νῦν καλουμένην Ῥόδον[603]). Θεόπομπος ὁ Χῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο.[604]) Ἀντιφάνης Δημοφάνους, οἱ δὲ Στεφάνου καὶ μητρὸς Οἰνόης, Κιανός, ὡς δέ τινες Σμυρναῖος, κατὰ δὲ Διονύσιον Ῥόδιος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας ἐγνωρίζετο[605]).

β. ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ[606]).

Hellen. I, 2. 1. *Εὐβόταν* (loco, quem VV. DD. a Xenophonte profectum negant) Aelianus Var. Hist. X, 2. *Εὐβάταν*, Africanus denique apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. *Εὔκατον* vocat. Scaliger Nott. ad Euseb. Graec. p. 428 a. cum Meursio de Arch. Ath. lib. III. cp. 9. p. 118 *Εὔβατον* ex Diodoro recipiendum esse censet. Armeniacus tamen Eusebii Interpres *Εὐρώτας* agnoscit, unde Niebuhrius p. 216 colligit, *Εὐβώτας* verum esse nomen. Cf. Krausii libr. Olymp. p. 282—284.

597) *Δρόμος δύο ἵππων τελείων*] Totidem verbis e Pausania V, 8, 3. transtulit Scaliger. Idem tradunt Diod. XIII. cp. 75, Xenoph. Hell. I, 2. 1., African. apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41.). Caeterum cf. Schol. ad Hom. Il. V, 486, ubi *συνωρὶς τὸ συνεζευγμένον τῶν ἵππων ὄχημα* definitur.

598) *Παγκράτιον δὲ*] Invenies eadem verba apud African. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Desunt autem ultima verba *ἵστη δὲ καὶ . . . . ἐλαυνόμενα* in versione Armeniaca. Affert Euseb. Scal. *χρον. λογ.* p. 54. v. 46 seq., Suid. s. v. *Πολυδάμας*, Pausan. VI, 5, 3, Schol. Venet. p. 295 Tzetz. Chil. II. hist. 38., ex Diodoro, ut tradit. Diodorum Tzetzae fontem negavit Wesselingius in ed. L. Dindorf. Vol. V. p. 538. Quem Vaticanus Mai palimpsestus refellit, Tzetzem veracem declarans ap. eund. Dindorf. Vol. III. p. 22.

599) *Εὐκτήμων*] Praetor Atheniensium Ol. XCIII, 1. ex Diodoro XIII. cp. 68. Meminerunt eius etiam Xenoph. Hellen. I, 2. 1. (vel quicunque Olympionicarum et Archontum nomina inseruit. Cf. Dodwell. Dissert. VIII. sect. 23) et Auctor Marm. Parii ep. 63.

600) *Ἄγις Λακεδαιμονίων βασιλεὺς*] Agis, ex regia Proclidarum familia oriundus, regnum suscepit Ol. LXXXVI, 3., annoque eius XXVII. mortem obiit, ex Diodoro XII. cp. 35. Incidet igitur eius mors in Ol. XCIII, 1. Sed confusi sunt istius scriptoris calculi. Neque enim Ol. LXXXVI, 3., sed Ol. LXXXVIII, 2. [vid. not. 482.], imperium auspicatus est, neque XXVII., sed XXVIII. annis imperavit. Obiit ergo Ol. XCV, 2., superstes bello Elio. Vid. Xen. Hellen. III, 3, 1. coll. Clint. FF. HH. II. Append. III. p. 228 Kr.

601) *Ἀλκιβιάδου*] Testis Diodorus lib. XIII. cp. 68. sub Ol. XCIII, 1.

602) *Πλειστώνακτος*] Tradit Diodorus l. XIII. cp. 75., cuius verba ad Ol. XCI, 2. attulimus. Annos regni idem XIV, 89. repetit. Caeterum Pausanias, uti Plistonax, ex familia regia priori ortum duxit Eurysthenidarum. Vid. not. 664.

603) *Οἱ κατὰ τὴν Ῥόδον νῆσον*] Hausit Scaliger ex Diodoro XIII. cp. 75., *οἱ δὲ τὴν Ῥόδον νῆσον κατοικοῦντες καὶ Ἰηλυσὸν καὶ Λίνδον καὶ Κάμειρον μετῳκίσθησαν εἰς μίαν πόλιν τὴν νῦν καλουμένην Ῥόδον.* Quo loco aut *ἐν τῇ Ῥόδῳ νήσῳ* aut *κατὰ τὴν Ῥόδον νῆσον* requirit L. Dindorfius. Quorum alterum hic propositum vides a Scaligero. Minus recte idem *Ἰάλυσσος* edidit. Pro *Ἰηλυσὸς*, uti urbem praeter Diodorum etiam Homerus Il. II, 656. et Thucydides VIII, 44 appellant, *Ἰάλυσος* exhibet Strabo XIV. p. 450, 59. Idem l. l. v. 19. *κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ* conditam dicit, minus definite. Eusebii de anno, quo in unam urbem Rhodum tres insulae civitates coaluissent, sententiam ad Ol. XCIV, 4. ascripsit Scaliger. Caeterum vid. Plin. N. H. V, 31 et Aristid. Rhod. p. 365 coll. Scal. Nott. ad Graec. Euseb. p. 420 a. b., Io. Meurs. Rhod. lib. I, 10, Ios. Wass. ad Thuc. l. l, VIII, 44, Wessel. ad Diod. V, 57 et XIII, 75, P. D. C. Paulsen. in Rhodi Descript. Maced. aetate. Gotting. a. 1818. 4. p. 5.

604) *Θεόπομπος ὁ Χῖος*] Auctor Suidas s. v. *Θεόπομπος Χῖος, ῥήτωρ, υἱὸς Δαμασιστράτου, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος.* Cuius *γεγονὼς* e Suidae mente recte de *ἀκμῇ* interpretatus est Scaliger. Vid. Prolegg. coll. not. 660.

605) *Ἀντιφάνης Δημοφάνους*] Iisdem verbis tradit Suidas s. v. *Ἀντιφάνης· γέγονε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Anonymus De comoedia p. XXX. eum fuisse dicit *τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκ Λαρίσσης*. Sed errat Scaliger, Suidae *γέγονε* per *ἐγνωρίζετο* explicans, cum reddendum esset: *ἐγεννήθη*. Vid. Clint. Fast. Hell. II. p. 87 Krueg. ad Ol. XCIII, 2. a. Chr. 407. coll. Mein. hist. crit. com. gr. p. 304—307.

606) *Ἀντιγένης*] Archon Athenis Ol. XCIII. ex Diodoro XIII. cp. 76. Meminerunt eius Dionysius AA. RR. lib. VII. init. p. 418, Auctor Didascaliae ad Aristoph. Ran., Schol. Ran. 1409., Philoch. ap. eund. 732. (Fragm. coll.

γ. *ΚΑΛΛΙΑΣ*[607]). *Διαψηφισμὸς κατὰ τῶν περὶ Ἐρασινίδην στρατηγῶν, ὅτι τοὺς ἐν Ἀργινούσαις ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ἀπολομένους οὐκ ἀνείλοντο*[608]). *Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐτελεύτησαν*[609]). *Ἀρχέλαος Μακεδόνων βασιλεύει*[609a]). *Βάτραχοι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν*[609b]). *Ἡ Ἀκραγαντίνων πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων κατεσκάφθη*[610]). *Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν Συρακουσίων τυραννίδι ἐπανίσταται*[611]).

δ. *ΑΛΕΞΙΑΣ*[612]). *Διονύσιος τῶν Συρακουσῶν κυριεύει*[613]). *Ὁ Πελοποννησιακὸς*

Lenz. ed. Sieb. p. 66), item qui in Xenoph. Hellen. Archontum nomina inseruit, denique Marm. Par. ep. 64. Eiusdem nomen apud Scholiastam ad Arist. Ran. 33., ubi *ἐπ' Ἀντίνου ἄρχοντος* ad Arginusas pugnatum esse traditur, restituendum esse censuit Corsinus FF. AA. T. III. p. 261.

607) *Καλλίας*] Praetor Atheniensium Ol. XCIII, 3. ex Diodoro XIII. cp. 80. Memorant etiam Dionysius l. l., Athenaeus lib. V. p. 218, 4., Xenophon Hellen. I, 6. 1., Mar. Par. ep. 65., Argum. ad Arist. Ran., Schol. Ran. 406. 504. 737. 1580., denique Didascal. a Frid. Thierschio publicata (in Act. Phil. Monacc. p. 322—326) ad Soph. Oed. Col.

608) *Διαψηφισμὸς κατὰ τῶν περὶ Ἐρασινίδην*] Desumta sunt verba ex Athenaeo V. p. 218 A. Eadem referunt Xenophon Hellen. I, 7. 1., I, 7. 5. et Diodorus XIII. cp. 101. seq. Caeterum res est notissima, iudicii illius, quo qui Callicratida ad Arginusas victo caesorum cadavera sepelire neglexerant Atheniensium imperatores, capitis rei agebantur, *ἐπιστάτην* fuisse Socratem. Cf. Plat. Gorg. p. 473 E. Apolog. Socr. p. 32 B. et Xen. Memorabb. I, 1. 18. Hellen. I, 7. 9 — 11. Nomina ducum recenset Xen. Hell. I, 7. 1., quorum sex, ipsis quae forte aderant Apaturiis (Hell. I, 7. 5.), condemnati capitis poenam solverunt.

609) *Σοφοκλῆς καὶ Ευριπίδης*] Testis est Diodorus lib. XIII. cp. 103. extr., ubi *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν*, inquit, *χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς, ὁ Σοφίλου* [*Θεοφίλου* scriptum est. Cf. F. Schultz. de Vita Soph. p. 17.], *ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐνενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα.* Eidem anno Sophoclis obitum assignat Marm. Par. ep. 65. Quod recte factum cognoscimus ex Aristoph. Ranis. In annorum numero, quos vixerit Sophocles, consentit cum Diodoro Suidas s. v. *Σοφοκλῆς*: Marmoris Parii auctor Sophoclem obisse tradit, postquam annos vixerit XCI., totidemque habebis apud Lucian. Macrob. cp. 24., ubi pro *πέντε καὶ ἐνενήκοντα* scripseris *ἕν τε καὶ ἐνενήκοντα*. Cf. Ferd. Schultz. de Vita Sophoclis p. 23. In eundem hunc annum etiam Euripidis mortem confert Apollodorus ap. Diodorum l. l.: *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενός φησι καὶ τὸν Εὐριπίδη κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι.* Hunc tamen iam anno superiore defunctum et diserte tradit Marm. Par. ep. 64. et confirmat Diodorus l. l. his verbis: *τινὲς δὲ λέγουσι παρ' Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ Μακεδόνων κατὰ τὴν χώραν ἐξελθόντα κυσὶ περιπεσεῖν καὶ διασπασθῆναι μικρῷ πρόσθεν τούτων τῶν χρόνων.* Apollodori sententiam sequitur Clintonus FF. HH. II. p. 87. 89. a. Chr. 406. Kr., at Marmoris calculos unice veros esse luculentissime ostendit Boeckhius in Act. Acad. Boruss. anni 1816. p. 97. Annos eum LXXV. vixisse non satis accurate tradit Erathostenes, aliique ap. Clint. l. l.

609 a) *Ἀρχέλαος*] Collegit Scaliger ex Diodori verbis, modo ascriptis: *τινὲς δὲ λέγουσι παρ' Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ Μακεδόνων* (scil. *Εὐριπίδην τελευτῆσαι*). De Archelai regno v. nott. n. ad Ol. LXXXVII, 4. et XCV, 1.

609 b) *Βάτραχοι*] Auctor Didascaliae ad Arist. Ran. *τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ καὶ φιλοπόνως πεποιημένων, ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετ' Ἀντιγένην ἐπὶ Ληναίῳ. Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα. Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι.* Aristophanis Ranas et Phrynichi Musas Callia Archonte doctas esse tradit etiam didascaliae, a Fr. Thierschio publici iuris factae, Auctor ad Soph. Oed. Col.

610) *Ἡ Ἀκραγαντίνων πόλις*] Tradit Diodorus XIII. cpp. 88. seqq. Incepit urbis oppugnatio vergente Antigenis anno (Xen. Hell. I, 5, 21.), finita est urbe post VII. (id. Xen. l. l.) vel VIII. (Diod. XIII, 91.) menses capta anni Calliae mense circiter quinto, Nov. aut Dec. a. a. Chr. 406. Olymp. XCIII, 3. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 88 Kr.

611) *Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος*] Dionysium maiorem hoc anno ex vilissima vitae condicione ad tyrannidis fastigium evectum esse, Timaeo teste usus, enarrat Diodorus XIII. cp. 91—96., eumque ad mortem usque per annos octo et triginta gubernacula civitatis moderatum esse affirmat lib. XV. cp. 73. Confirmat hos numeros Helladius ap. Phot. cod. CCLXXIX. p. 1580, item Cicero de Nat. Deorr. III, 33, 81. et Tuscul. Disputatt. V, 20, 57, quo posteriore loco Dionysium simul quinque et viginti annos natum dominationem occupasse addit. Consentit in anno expugnatae a Dionysio tyrannidis Dionysius Ant. Rom. VII. p. 1313. His manifesti erroris arguitur Plutarchus, qui Sympos. VIII. Quaest. I. cp. 1. Dionysium eodem die, quo obierit Euripides, lucem aspexisse affirmat. Vid. Krueg. ad Clint. FF. HH. II. p. 89.

612) *Ἀλεξίας*) Athenis Archon fuit Ol. XCIII, 4. ex Diodoro XIII, 104 init. Meminerunt eiusdem Xenophon Hell. II, 1, 7. et Lysias Oratt. XXI. de Muneribb. accept. p. 213. extr. Foertsch.

613) *Διονύσιος τῶν Συρ.*] Affert Scaliger sententiam Xenophontis, qui Hell. II, 2, 14. Dionysium anno belli ultimo, eoque medio i. e. Ol. XCIII, 4. tyrannidem Syracusis arripuisse scribit. At vid. Clint. FF. HH. II. p. 88 Kr.

πόλεμος τέλος ἔσχε[614]. *Δαρεῖος τελευτᾷ ἄρξας Περσῶν ἔτη ιθ'*[615]. *Ἀρταξέρξης υἱὸς τὴν βασιλείαν διαδέχεται*[616]. *Ἀντίμαχος ποιητὴς ἤκμαζεν*[617]. *Ἀθηναῖοι τοὺς μετοίκους ἐπολιτογράφησαν*[618]. *Ἡ περὶ Ἀργινούσας λαμπροτάτη Ἀθηναίων νίκη*[619]. *Λύσις πολέμου τοῦ Καρχηδονίοις πρὸς Διονύσιον συστάντος ἔτεσιν ψοζ' τῆς Ἰλίου ἁλώσεως*[620]. *Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Καλλίας τις Ἀθηναῖος τὴν τοῦ κινναβάρεως ἐργασίαν πρῶτος εὗρε*[621].

---

614) *Ὁ Πελοποννησιακὸς πόλεμος*] Diodorus, postquam Athenienses ad Aegos Flumen victos, obsessaque urbe et commeatu intercluso undique pressos, pacem a Lacedaemoniis petisse perhibuit, eiusque duras conditiones addidit, sic pergit lib. XIII. cp. 107. fin. *ὁ μὲν οὖν Πελοποννησιακὸς πόλεμος μακρότατος γενόμενος, ὧν ἴσμεν, τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, ἔτη διαμείνας ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσι.* Cf. Xen. Hell. II, 2. 13, II, 3, 7. Finitum autem est bellum mense Munychione sec. Thuc. V, 26 coll. II, 2.

615) *Δαρεῖος τελευτᾷ*] Diodorus XIII. cp. 108. init. haec refert: *Μικρὸν δὲ τῆς εἰρήνης ὕστερον ἐτελεύτησε Δαρεῖος ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἄρξας* [inde ab Olymp. LXXXIX, 1. sexto Isarchi Archontis mense usque ad eundem mensem Olymp. XCIII, 4. Vid. Diod. XII, 71. coll. Clint. FF. HH. II. Append. XVIII. p. 327 Kr.] *ἔτη δεκαεννέα* [Consentiunt in hoc numero Canon Regum astronomicus, Eusebius, Manetho ab Africano laudatus ap. Syncell. p. 75 D., Syncellus ipse p. 255 A., Chron. Pasch. auctor p. 165 B.] *τὴν δ' ἡγεμονίαν διεδέξατο τῶν υἱῶν ὁ πρεσβύτατος Ἀρταξέρξης, καὶ ἦρξεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς τετταράκοντα· καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖός φησιν ἠνθηκέναι.*

616) *Ἀρταξέρξης*] De Artaxerxis regno vid. Diod. l. l. coll. not. nostr. ad Olymp. CIV, 3.

617) *Ἀντίμαχος*] Cf. Diodorus l. l. ***Apollodorum de Antimachi aetate vera tradidisse, firmat Plut. Lysan. p. 443 D. et Proclus in Timaeum Plat. p. 28. Plato Antimachum Choerilo longe praeferendum censebat,*** [unde eius vox: *Εἷς μοι μύριοι*]: *quo spectat inpurissimum Cratetis Epigramma, quod aliorsum deflexit Cl. Salmasius ad Spartiani Hadrian. cp. 16. Vide eum et Casaubonum et Is. Vossium in Catull. 323. de Colophonio hoc poeta veterumque de illo iudiciis disserentes.* WESSELINGIUS ad Diod. l. l. Add. Suid. s. v. *Ἀντίμαχος* lemm. I. In universum autem vid. Antimachi Coloph. reliqq., nunc primum conquis. et explic. inst. C. A. G. Schellenberg. Accedit epistola F. A. Wolfii. Halis 1786. 8. coll. Prolegg.

618) *Ἀθηναῖοι τοὺς μετοίκους*] Tradit Diodorus XIII. cp. 97. ab Calliae Ol. XCIII, 3. praetura. Reiicienda igitur videtur nota Scaligeriana ad annum praecedentem. Scholiastes ad Aristoph. Ran. v. 33., uti proelium ad Arginusas commissum, ita etiam servos libertate donatos, ad Antinum [i. e. Antigenem cf. nos ad Ol. XCIII, 2. s. n. 605.] Archontem refert: *τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν*] *πρὸς τοὺς χρόνους, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντίνου, ὅτε περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχούντων δούλων, προκακωθέντες ἄλλαις ναυμαχίαις· οὓς ἠλευθέρωσαν.* Cf. Santa-Crucius sur les Metoeques dans les Memoires de l'Academ. Royale des Inscriptt. T. XLVIII. p. 180. Anno Ol. XCIII, 3. assignat Meierus de bonis damnat. p. 50 n. 156. Xenophon Hell. I, 6, 24. tantum narrat servos et liberos omnes in naves coactos esse, de donata autem civitate tacet. Caeterum verbis *πολιτογραφεῖν* et *πολιτογραφία* utitur Diodorus XIII, 86.

619) *Ἡ περὶ Ἀργινούσας*] Deiecta haec quoque sunt sede sua. Omnes enim scriptores veteres, excepto Schol. ad Arist. Ran. v. 33., qui Ol. XCIII, 2. pugnatum esse tradit, proelium ad Arginusas commissum ad Ol. XCIII, 3. referunt. Sic Xenophon Hell. I, 6, 24, Diodorus XIII, 97, Athenaeus V. p. 218 A.: *ἐγένετο δὲ ἡ ναυμαχία ἐν Ἀργινούσαις ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου τῆς Περικλέους τελευτῆς ὕστερον ἔτεσι κ' καὶ δ'.* Inserenda igitur sunt Scaligeriana ista ad Ol. XCIII, 3. ante verba: *Διαψηφισμὸς κατὰ τῶν περὶ Ἐρασινίδην στρατηγῶν* etc. Cf. Corsin. FF. Att. III. p. 261 et Clinton. FF. HH. II. p. 86 a. Chr. 406.

620) *Λύσις πολέμου*] Ascripsit Scaliger Diodori sententiam, qui postquam lib. XIII. fin. bellum a Carthaginiensibus adversus Dionysium gestum, pacisque conditiones a Poenis ultro allatas et ab afflictis Syracusanis acceptas perscripsit, finem facturus narrationi suae haec adiungit: *ἡμεῖς δὲ παραγενηθέντες ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τῶν πολέμων, κατὰ μὲν τὴν Ἑλλάδα τοῦ Πελοποννησιακοῦ, κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν τοῦ Καρχηδονίοις πρὸς Διονύσιον πρώτου συστάντος ἡγούμεθα, δεῖν ἐπιτετελεσμένης τῆς προθέσεως τὰς ἑξῆς πράξεις εἰς τὴν ἐχομένην βίβλον καταχωρίσαι.* Post in libri XIV. prooemio tempora, quae eo usque percurrerit, sic computat cap. 2.: *Ἐν μὲν γὰρ ταῖς πρὸ ταύτης (τῆς ιδ') βίβλοις ἀνεγράψαμεν τὰς ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως πράξεις ἕως ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τοῦ τε Πελοποννησιακοῦ πολέμου καὶ τῆς Ἀθηναίων ἡγεμονίας, διελθόντες ἔτη ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα καὶ ἐννέα*, i. e. *ψοθ'.* Scaliger, exclusis terminis, scripsit *ψοζ'.*

621) *Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον*] Auctor Theophrastus De Lapidd. p. 702 Schn. *γίνεται δὲ μὲν υφιστάμενον κάτω κιννάβαρι· τὸ δ' ἐπ' ἄνω καὶ πλεῖον πλύσμα. καταδεῖξαι δέ φασι καὶ εὑρεῖν τὴν ἐργασίαν Καλλίαν τινὰ Ἀθηναῖον ἐκ τῶν ἀργυρείων.* Paullo post haec addit: *οὐ παλαιὸν δ' ἐστὶν ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλιστ' ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα Πραξίβουλον Ἀθήνησι.* Fuit autem Praxibulus Ol. CXVI, 2. Athenis praetor: unde si annos XC. retro numeraveris, ad hunc ipsum Ol. XCIII, 4. annum pervenies. Ex Theophrasto hausit Plinius XXXIII. cp. 7.: ***Theophrastus XC. annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum — quod tempus exit in urbis nostrae CCXLIX.*** [leg. CCCXLIX. praeeuntibus Meursio de Arch. Ath. lib. III. cp. 12. p. 121. et Salmas. Exercitt. Plin. p. 247] ***tradit inventum minium a Callia Atheniense, initio sperante***

Ολ. ϟδ. Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον. ὡς δὲ ἄλλοι Λασθένης ὁ Θηβαῖος[622]).

α. ΑΝΑΡΧΙΑ ΑΘΗΝΗΣΙ[623]). ἥλιος ἐξέλειψεν[624]). Οἱ λ' τύραννοι Ἀθήνησι κατέστησαν[625]). Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως σατράπης Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀπέκτεινε[626]). Δημόκριτος ἐτελεύτησε ζήσας ἔτη ϟ', ὡς δὲ ἄλλοι ρδ'[627]).

β. ΕΥΚΛΕΙΔΗΣ[628]). Ῥωμαῖοι πρῶτον ψηφίζονται τοῖς στρατιώταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς ἐφόδια διδόναι χρήματα[629]).

γ. ΜΙΚΙΩΝ[630]).

---

aurum posse excoqui harena rubente in metallis argenti. Meminit Calliae eiusque inventi etiam Eustathius ad Hom. Il. II.

622) *Κροκίνας Λαρισσαῖος*] Fallitur Scaliger, quod secundum alios Crocinam, secundum alios Lasthenem Ol. XCIV. stadio vicisse perhibet. Vicit enim uterque hac Olympiade, sed suo uterque certaminis genere. Crocinas stadio vicit testibus Xenophonte Hell. II, 3, 1. et Africano ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 41. Confirmat Diodorus XIV. cap. 3. nisi quod *Κορκίνας* pro *Κροκίνας* praebet. Idem de Lasthene haec scribit lib. eiusd. cp. 11. extr.: *Λασθένην τε τὸν Θηβαῖον, τὸν νενικηκότα ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα* (scil. *τὴν ϟδ'*) *λέγεται πρὸς ἵππον ἀθλητὴν δραμόντα νικῆσαι. τὸν δὲ δρόμον ἀπὸ τῆς Κορωνείας μέχρι τῆς Θηβαίων πόλεως γενέσθαι.* Itaque Olymp. XCIV. et Crocinas Larissaeus cursu solenni, et Lasthenes Thebanus, cursu cum equo contendens, vicisse putandus est. Cf. Meurs. de Arch. Att. III. cp. 14. et Lectt. Att. IV, 9.

623) *Ἀναρχία Ἀθήνησι*] Huius anni Archontem, cuius nomen Pythodori servarunt Lysias Orat. VII. De Trunco Oleae Sacr. Excis. p. 74 et Xenophontis interpolator Hell. II, 3, 1., Fasti Attici praetereunt, *ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ᾑρέθη*, uti ait Xenophon l. l. Nominarunt igitur hunc annum aut *τὴν ἀναρχίαν* simpliciter [V. Diod. XIV, 3. Xen. Hellen. l. l. Suid. s. v. *Θεόπομπος*, quorum postremus quod eam *ἐπὶ τῆς ϟγ' Ὀλ.* fuisse scribit, prochronismo peccat unius Olympiadis. Add. Aelian. Var. Hist. V, 13.] aut *τὴν πρὸ Εὐκλείδου ἀναρχίαν* [V. Pseudo-Plut. X. Oratt. Vitt. p. 835 F.]. Disseruit nuperrime de rebus hoc anno gestis Scheibe: Die oligarchische Umwälzung zu Athen oder das Archontat des Eukleides. Leipz. 1841. 8.

624) *Ἥλιος ἐξέλειψεν*] Testis de hac solis defectione Xenophon Hell. II, 3, 3. Contigit autem secundum Corsinum F. Att. III. p. 274 die trigesimo Metagitnionis Attici vel tertio die mensis Septembr. Roman.

625) *Οἱ λ' τύραννοι*] Tradunt Diodorus XIV, 3. init. et Xenophon Hell. II, 3, 2, quorum hic etiam tyrannorum nomina affert. Impositi autem urbi tyranni sunt brevi postquam Athenae captae, earumque muri a Lysandro deiecti sunt Olymp. XCIII, 4. mense Munychione. Vid. Plut. vit. Lys. cap. 14. Gubernarunt Athenas octo menses, teste Xenophont. Hellen. II, 4, 21. coll. Clint. FF. HH. II. p. 90, 92 a. Chr. 404. Kr. Vid. not. 634. Eusebius igitur Athenienses tyrannidem passos Olymp. XCIV, 3. [Hieronym., Olymp. XCV, 1. Maï. Armen. coll. Syncell. p. 257 D.] falso scribit.

626) *Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου*] Haec ad verbum fere invenies apud Diodorum XIV, 11. init., nisi quod pro *ἀπέκτεινε* scribit *ἀνεῖλε*. Cf. Plut. vit. Alcib. cap. 38. 39. et Corn. Nep. Alcib. cp. 10. Caeterum *ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως σατράπης* significat eum, qui fuerat satrapes Darii. Ipse enim Darius iam Ol. XCIII, 4. mortem obierat. Eusebius Alcibiadem a Pharnabazo interfectum Olymp. XCIV, 4. [Hieron., Olymp. XCIV, 3. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 257 D.] ponit.

627) *Δημόκριτος ἐτελεύτησε*] Testis Diodorus lib. XIV. cp. 11. sub Ol. XCIV, 1. *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Δημόκριτος ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα.* CIV. vitae annos ei tribuunt Phleg. Macrob. 2., et Lucianus Macrob. cap. 18. Caeterum cf. not. 353.

628) *Εὐκλείδης*] Archon Atheniensium Olymp. XCIV, 2. ex Diodoro XIV, 12. Memorant eum Andocides De Myster. p. 12, 4. 10. p. 13, 38., Lysias De Munerr. Accept. p. 214, Isaeus p. 61, 6. p. 74, 3, Demosthenes Timocrat. p. 742 bis. Eubulid. p. 1307 B., Aeschines Timarch. p. 65 Reisk., Scholiastes ad loc. p. 728 Reisk., Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. p. 835 F., Lucianus Hermotim. cap. 78. Catapl. cap. 5. coll. Scholiasta, Plutarchus Aristid. cap. I, 1., Athenaeus XIII. p. 577 B. coll. Cors. FF. AA. T. III. p. 275, Scholiastes Eurip. Phoen. v. 709., Photius et Suidas s. v. *Σαμίων ὁ δῆμος*, Scholiastes Hermog. p. 17, Tzetzes Chil. v. 986., Inscriptio Graeca ap. Boeckh. C. I. n. 213, 10. Vol. 1. p. 343. Cf. Scheibii librum s. n. 623. laudatum.

629) *Ῥωμαῖοι πρῶτον*] Haec ad verbum extant apud Diodorum XIV. cp. 16. Cf. Liv. IV, 59. sub a. a. Chr. 406. Ol. XCIII, 3., Lyd. de Magg. I, 45, Zonaras VII, 20.

630) *Μικίων*] Praetor Atheniensium Ol. XCIV, 3. *Μικίων* sec. Diodorum XIV. cp. 17., sed *Μίκων* sec. Auctorem Marm. Par. ep. 66. et Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. II. p. 342, coll. Boeckh. ad n. 151, 26. Vol. I. p. 237, ubi tamen *Μικίων* calami errore edidit V. D. Verior enim scriptura *Μίκων* esse videtur. Sic scilicet etiam Scriptor Didasc. ad Soph. Oed. Colon. ab Elmsleio editae: *ἐδίδαξεν ἐπὶ Μίκωνος, ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι*, nisi quod *Μικων* in *Μήκων* solenni errore depravaverat. [Scholiastes ap. Thiersch. in Actt. Monac. I, 3. p. 323.]

δ. *ΕΞΑΙΝΕΤΟΣ ἤτοι ΞΕΝΑΙΝΕΤΟΣ*[631]). *Ἀνάβασις Κύρου, ἣν Ξενοφῶν Γρύλλου Ἀθηναῖος συνεγράψατο*[632]). *Ῥόδιοι ἐκ τῆς τριπόλεως εἰς μίαν συνῆλθον* p 323 b. *πόλιν ρνζ΄ ἔτει*[633]). *Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος κατελάβετο τὴν Φυλήν, τὴν Μουνυχίαν, καὶ τὸν Πειραιᾶ*[634]). *Τῶν λ΄ τυράννων καταλυθέντων, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πάτριον πολιτείαν ἀνεκομίσαντο, καὶ τοῖς ἰδίοις νομίμοις ἐπολιτεύσαντο*[635]).

ΟΛ. ϞΕ. *Μίνως Ἀθηναῖος στάδιον*[636]).

α. *ΛΑΧΗΣ*[637]). *Σωκράτης πιὼν κώνειον ἐτελεύτησε*[638]). *Ψαμμίτιχος τῶν Αἰ-*

---

631) *Ἐξαίνετος ἤτοι Ξεναίνετος*] Archon huius anni *Ἐξαίνετος* audit apud Diodorum XIV. cp. 19., *Ξεναίνετος* ap. Lysiam Orat. XVII, 1. De pecuniis publicis p. 177 et Diogenem vit. Xenoph. II, 55. Scaliger calami errore [v. Animadvv. ad Euseb. p. 109 b.] *Ἐπαίνετος ἤτοι Ξυναίνετος* expresserat. Vid. Prolegg.

632) *Ἀνάβασις Κύρου*] Cyrus contra fratrem Artaxerxem hoc anno expeditionem fecit, quam Xenophon, Grylli filius [Paus. V, 6, 4., IX, 15, 3.], perscripsit. Testis Diogenes II, 55. Vid. Diod. XIV, 19 seq. Cyrus Sardibus movit ante mediam aestatem, Aprili mense, proinde antequam Miconis annus exierat. Vid. Clint. FF. HH. II. pp. 95, 97 ibiq. Krueg. Consentit cum Diodoro Eusebius et Hieronymi et Maii Armeniacus coll. Sync. p. 257 D.

633) *Ῥόδιοι ἐκ τῆς Τριπόλεως*] Scaliger Eusebii sententiam indicat: qui ap. Scalig. *χρον. λογ.* p. 55, 47 seqq. *ἔτει*, inquit, *ρνζ΄ Ῥόδιοι ἐκ τῆς Τριπόλεως εἰς μίαν συνῆλθον πολιν καὶ Κῦρος ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀνελθὼν αἱρεῖται*: i. e. Ol. XCIV, 4. Diodori (XIII, 75) de eadem re calculos ad Ol. XCIII, 3. ascriptos habes. Cf. not. 603.

634) *Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς*] Diodorus XIV. cp. 32. init.: *τῶν δὲ Θηβαίων ἀγανακτούντων ἐπὶ τοῖς γινομένοις καὶ φιλοφρόνως τοὺς φυγάδας ὑποδεχομένων, Θρασύβουλος ὁ Στειριεὺς* [quod apud Xen. Hellen. IV. p. 422 in *Στιρέα* corruptum, ex Aeschine in Ctesiph. p. 82 correxerunt Meursius de Popp. Att. s. v. *ΣΤΕΙΡΙΑ* p. 123 seq. et Schottus ad Nep. Alcibiad. cp. 7., probantibus Palmerio, Wesselingio ad Diod. l. l., Hemsterhusio ad Arist. Plut. p. 166, et recipiente in Diodorum L. Dindorfio, ubi *Τηριεὺς* cod. Claromont., *Τυριεὺς* caeteri, quos secutus est Scaliger, afferunt] *ὀνομαζόμενος, ὢν Ἀθηναῖος, ὑπὸ δὲ τῶν τριάκοντα πεφυγαδευμένος, συνεργούντων αὐτῷ λάθρᾳ τῶν Θηβαίων, κατελάβετο χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλήν.* Pugna deinde committitur inter tyrannos et Thrasybuli asseclas. *Μετὰ δὲ τὴν μάχην Θρασύβουλος εὐθὺς μὲν ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Πειραιέα καὶ κατελάβετο τὴν Μουνυχίαν.* Vid. Diod. l. l. coll. Wesselingii nota. Errant autem cum Diodoro Scaliger et Bentleius Diss. Phalar. p. 396, quod hanc Thrasybuli victoriam ad annum quartum Ol. XCIV. referunt, quandoquidem hieme potius [cf. Diod. XIV, 32. Xen. Hellen. II, 4, 21. *ἐπεγενήθη πολὺς νιφετὸς*] quinti post Dioclis [Olymp. XCII, 4.] praeturam anni [Philoch. ap. Schol. Aristoph. Plut. 1147., de quo loco studiose egit Petitus. V. Hemsterh. ad Plut. p. 439 seq.], mense post Munychionem octavo [v. Plut. Lysandr. vit. cap. 15. coll. Xen. Hell. II, 4, 21] i. e. anni primi Ol. XCIV. mense Posideone Thrasybulus et ad Phylen Munychiamque rem gessit et tyrannos sese magistratu abdicare coegit. Dodwell. Annall. Thuc. et Xenoph. p. 58. 241., Io. Taylor. vit. Lys. p. 50, Wessel. ad Diod. XIV, 33., Corsin. F. Att. III. p. 264. 277, Clint. FF. HH. II. p. 84 a. 404. Kr.

635) *Τῶν λ΄ τυράννων*] Pergit Diodorus l. l.: *διόπερ Ἀθηναῖοι μὲν ἐκομίσαντο τὴν πατρίδα* (Scaliger *τὴν πάτριον πολιτείαν* scribens interpretis munere functus est) *καὶ τὸ λοιπὸν τοῖς ἰδίοις νόμοις ἐπολιτεύοντο.* Tyrannos Olymp. XCIV, 4. Athenis oppressos dicit etiam Eusebius Hieronymi, sed Olymp. XCV, 3. Maii Armen. coll. Sync. p. 257 D. Pertinet tamen hoc quoque factum ad Olymp. XCIV, 1., cuius sub finem, abrogato triginta virorum imperio, decemviris rempublicam commissam esse Xenophon Hell. II, 4, 15, 30 auctor est. Cum tamen illi potentia turpiter abuterentur, Pausania adiuvante pax convenit, qui tandem post tracta in X. fere menses [inde a *Posideone Pythodori* usque ad *Boëdromionem Euclidis* V. Clint. FF. HH. II. p. 92] dissidia et civitati libertatem, et exules in patriam restituit. Rediit cum exulibus Thrasybulus in urbem d. XII. mensis Boëdromionis eius anni, Euclide Archonte [v. Plut. de Glor. Athen. p. 349 E.], reversusque legem tulit, ut utrinque illatae iniuriae oblivioni traderentur. Hinc ad supplendas instaurandasque leges civitas conversa est, republica interim XX. viris commissa. Examinatis autem scriptisque legibus decretum est *τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ᾽ Εὐκλείδου ἄρχοντος.* Vid. Andocid. de Myster. 15, 12. In universum cf. Meier. de Bonis Damnat. p. 187., Ulrich. de XI. viris p. 259, Sievers. Comm. Histor. de Xenoph. Hell. p. 57 seq.

636) *Μίνως Ἀθηναῖος στάδιον*] Ita est apud Diodorum XIV. cp. 35., sed eundem Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. *Μένος* appellat, ad quod nomen Scal. in Addendis p. 428 b.: *Vox nihili. In collectaneis nostris Μίνως*, Armeniacus tamen interpres ap. Auch. P. I. p. 294 patrocinatur scripturae *Μίνων*.

637) *Λάχης*] Archon Atheniensium Ol. XCV, 1. ex Diodoro XIV, 35. Occurrit etiam apud Aristid. II. p. 286 Iebb., in Marm. Par. ep. 67., in Argum. ad Isocrat. encom. Hellen.

638) *Σωκράτης πιὼν κώνειον*] Diodorus XIV. cp. 37. extr. sub Lachetis praetura: *Ἀθήνησι δὲ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος ὑπ᾽ Ἀνύτου καὶ Μελήτου κατηγορηθεὶς ἐπ᾽ ἀσεβείᾳ καὶ φθορᾷ τῶν νέων θανάτῳ*

γυπτίων βασιλεὺς Ταμὼν τὸν σατράπην αὐτῷ προσφυγόντα ἀποσφάττει[639]). *Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς Μακεδόνων πληγεὶς ἀκουσίως ὑπὸ Κρατέρου ἐρωμένου ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη ζ'. Τὸν δ' αὐτοῦ υἱὸν Ὀρέστην παῖδα ὄντα τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν διαδεξάμενον Ἀέροπος ἐπίτροπος αὐτοῦ ἀνελὼν βασιλεύει ἀντὶ αὐτοῦ ἔτη ἕξ*[640]).

κατεδικάσθη καὶ πιὼν κώνειον [De cicuta v. Menag. ad Diog. II, 42. Add. Arist. Ran. v. 125.] *ἐτελεύτησε.* Socratem Olymp. XCV, 1. necatum esse testatur etiam Apollodorus ap. Diogenem II, 44. *ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος*, ipseque Diogenes II, 55, quo loco eum anno primo post Xenaeneti [Olymp. XCIV, 4.] praeturam obisse dicit. Confirmant hanc temporis assignationem etiam Aristides II. p. 286 Jebb. et Marmor. Par. auctor ep. 67. Fallitur igitur Eusebius, Socrates mortem Olymp. XCV, 2. [Hieronym., Olymp. XCVI, 2. Mai. Arm. coll. Sync. p. 257 C,] assignans. Obiit enim sub finem anni, mense Thargelione exeunte, uti ex Plat. Phaed. p. 58 B. C. demonstravit Corsinus FF. AA. II. p. 46 et 320. Ergo si Olymp. LXXVII, 4. m. Thargelione natus [cf. n. 305.] eodemque mense Olymp. XCV, 1. defunctus est Socrates, mortis tempore annum vitae septuagesimum inchoatum habuit. Septuaginta annorum numerum, quos eum vixisse scribunt Apollodorus et Demetrius ap. Diog. II, 44, recte Clintonus FF. HH. II. p. 99 e Platonis Crit. p. 52 C. *ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα*, et Apol. p. 17 D. *πλείω ἑβδομήκοντα* repetit: quarum tamen haec minus accurata notatio est. Vid. Clint. l. l. Proem. p. XXI. Kr.

639) *Ψαμμίτιχος*] Testatur Diodorus XIV. cp. 35. ad h. Ol. a. 1.: *εὐλαβηθεὶς οὖν ὁ Ταμὼς τὸν Τισσαφέρνην ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον μετὰ τοῦ στόλου καὶ κατέφυγε πρὸς Ψαμμίτιχον τὸν βασιλέα Αἰγυπτίων, ἀπόγονόν ὄντα τοῦ Ψαμμιτίχου . . . . ὁ δὲ Ψαμμίτιχος . . . . ἀπέσφαξε τὸν ἱκέτην.* *Nihil variant libri scripti, quorum tamen potiores Ψαμμήτιχον eum Aegypti regem, unde hic genus suum derivabat, L. I, 67., adpellabant. Hunc atrocem atque ingratum regem, qui praeter Diodorum memoraverit, recordor neminem.* WESSELINGIUS ad Diod. l. l. Mihi tamen verisimile videtur, dici a Diodoro regem illum, e Mendesiorum dynastia tertium, qui a Manethone ap. Euseb. Scal. Graec. p. 55, 28 et ap. Syncell. p. 77 A. *Ψάμμουθις*, in Armen. Euseb. cod. ap. Mai. p. 106, 343. Psammuthes, ab Hieronymo p. 135. Psammites appellatur, annoque Olymp. XCVII, 4. [Hieronym., Olymp. XCVIII, 2. Mai. Arm.] regnasse fertur. Quae etsi temporis notatio cum Diodoro conciliari nequit: non tamen propterea de sententia mea desistam. Non magis enim Nephereus, Mendesiorum princeps, a Diodoro XIV, 79 sub Olymp. XCVI, 1. oblatus, ei quo ab Eusebio ponitur convenit loco. Vid. not. 654. coll. Prolegg.

640) *Ἀρχέλαος*] Diodorus XIV, 37 sub Olymp. XCV, 1. *Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι κυνηγίῳ πληγεὶς ἀκουσίως ὑπὸ Κρατέρου* [Sic L. Dindorfius pro vulg. lect. *Κρατεροῦ*. Vid. Lehrs. de Aristarch. Studd. Homer. 292. Scaliger *Καρτέρου* scripserat.] *τοῦ ἐρωμένου τὸν βίον μετήλλαξε, βασιλεύσας ἔτη ἑπτά· τὴν δὲ ἀρχὴν διεδέξατο Ὀρέστης παῖς ὤν, ὃν ἀνελὼν Ἀέροπος ἐπίτροπος ὢν κατέσχε τὴν βασιλείαν ἔτη ἕξ.* Quae singula accuratius examinanda sunt. Et primum quidem puerum illum delicatum alii aliter appellant, quorum Aristoteli Pol. V, 8, 11. *Κρατέας*, Aeliano VV. HH. VIII, 9. *Κρατεύας* audit. Ex his *Κρατεύας* et *Κρατερὸς* idem nomen esse, nisi quod *Κρατερὸς* *Ἑλληνικώτερον* sit, *Κρατεύας* autem magis Macedonismum redoleat, Kuhnii sententia est, a Wesselingio comprobata. Cf. Suid. s. v. *Εὐριπίδης*. Quod porro Diodorus Archelaum regem a Cratero sauciatum esse tradit invito, falsum hoc esse patet ex Aristotele l. l., qui eum in amatoris caput una cum Hellenocrate et Decamnicho conspirasse testatur, accinentibus Platone in Alcib. II. p. 141 D. E. et qui ab eo pendet Aeliano l. l. Nec magis aliorum historicorum, quin ne ipsius quidem Diodori rationibus congrui sunt VII. anni Archelai regno ab eo tributi. Qui inde ab Olymp. XCV, 1. retro supputati ordiuntur ab Olymp. XCIII, 2. Sed hoc anno ne figas Archelai auspicia, eiusdem scilicet Diodori alius prohibet locus XIII, 49, quo rex ille Macedonum Pydnaeos imperium detrectantes bello aggressus esse dicitur Olymp. XCII, 3. Quare Th. Lydiatus ad Marm. Oxon. p. 8. *εἴκοσι* pro *ἑπτὰ* refingere volebat. Sed Olymp. XC, 1. nondum regnasse Archelaum, e Thucydide VI, 7 liquet, qui anno adeo belli Peloponnesiaci XVI. exeunte i. e. Olymp. XCI, 1. in vivis memorat Perdiccam, Archelai decessorem. Viderunt ipsum quod verum est Humfr. Prideauxius ad Marm. Oxon. p. 222 et H. Dodwellus Annall. Thucyd. p. 32, Archelao *τέσσαρα καὶ δέκα ἔτη* tribuentes, quot annos eum regno praefuisse Dexippus scribit ap. Syncell. p. 263 A. Hinc regem factum intelligis Olymp. XCI, 3. Contraria ei, qua Diodorus, ratione erravit Marm. Par. ep. 62. auctor. Quanto enim temporis spatio Archelai imperium ille inferius, tanto hic fere superius [Olymp. XC, 1.] quam debebat collocavit. Interfecto autem Archelao Craterus et ipse post tres vel quatuor dies insidiis oppressus periit, teste Platone l. l. Successit Olymp. XCV, 1. Orestes, Archelai F., purpuramque regiam, uti Dexippus ap. Syncell. l. l. auctor est, tutore et gubernatore Aëropo per IV. annos gessit: quorum quarto decurrente Aeropus pupillo trucidato regnum solus invasit et in duos praeterea annos retinuit. Mortem obiit [V. Diod. XIV, 84 coll. Polyaen. Strategg. II, 1, 17., IV, 4, 4.] Olymp. XCVI, 2., quo tempore sex annos, quos inclusis tutelae annis Aëropi regno largitur Diodorus XIV, 37, non habuit expletos, sed sextum demum inchoatum. Neque accurate post Orestis caedem eum IV. insuper annos dominatum scribit Dexippus l. l. — Dodwelli temeritatem, qui Aëropum e catalogo regum Macedoniae excludendum censuit, egregie refutavit Wesselingius ad Diod. XIV, 37 et 84. Caeterum vid. Boeckh. ad Marm. Par. ep. 58. [C. I. Vol. II. p. 341] coll. Clint. FF. HH. II. Append. IV. p. 240 Kr.

β. *ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ*[641]). *Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδοποιὸς πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξεν, ἔζησε δὲ ἔτη ἑξήκοντα*[642]).

γ. *ΙΘΥΚΛΗΣ*[643]). *Κτησίας ὁ συγγραφεὺς ἰατρὸς Κνίδιος, υἱὸς Κτησιόχου, τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστρεψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως*[644]). *Ἤκμαζον κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἐπισημότατοι διθυραμβοποιοὶ Φιλόξενος, Τιμόθεος Φιλήσιος, Τελέστης Σελινούντιος, Πολύειδος, ὃς καὶ ζωγραφικῆς καὶ μουσικῆς εἶχεν ἐμπειρίαν*[645]).

δ. *ΛΥΣΙΑΔΗΣ*[646]). *Ὁ Συρακουσίων τύραννος τοῖς Καρχηδονίοις πόλεμον ἐπικηρύττει*[647]). *Διονύσιος τὴν Μοτύην εἷλεν*[647]). *Ἐν ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους τραγῳδίαν διδάσκειν ἤρξατο, καὶ νίκας ἔσχε δυοκαίδεκα*[648]).

ΟΛ. ϞϚ. *Εὐπόλεμος Ἠλεῖος στάδιον. Οἱ δὲ Εὔπολις*[649]). *Προσετέθη σαλπιγκτής, καὶ ἐνίκα Τίμαιος Ἠλεῖος. προσετέθη καὶ κῆρυξ, καὶ ἐνίκα Κράτης Ἠλεῖος*[650]).

α. *ΦΟΡΜΙΩΝ*[651]). *Οἱ Καρχηδόνιοι τὴν Μεσσάνην εἰς ἔδαφος κατέσκαψαν, ὥστε*

---

641) *Ἀριστοκράτης*] Olymp. XCV, 2. Athenis Archon ex Diodoro XIV, 38. Meminit eius Auctor Marm. Par. ep. 68, et Inscriptio Graeca ap. Boeckh. C. I. n. 150, 12 seq. Vol. I. p. 234.

642) *Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδοποιὸς*] Testatur Diodorus XIV, 43 fin.: *Ἀστυδάμας δ' ὁ τραγῳδιογράφος τότε πρῶτον* [Ol. XCV, 2.] *ἐδίδαξεν· ἔζησε δὲ ἔτη ἑξήκοντα.* Cf. Prolegg.

643) *Ἰθυκλῆς*] Archon Atheniensium Ol. XCV, 3. ex Diodoro XIV, 44. Mentionem eius iniicit Inscriptio Graeca ap. Boeckh. Cp. Inscr. n. 150, 2. Vol. I. p. 234. Cf. etiam n. 151. ibid. p. 237.

644) *Κτησίας ὁ συγγραφεὺς*] Fundus huius notae Diodorus XIV. cp. 46., ubi tamen scriptum est *κατέστροφεν.* Diodori testimonio verba *ἰατρὸς Κνίδιος, υἱὸς Κτησιόχου* Scaliger ex Tzetz. Chil. I. Hist. 1. inseruit:

ὁ δὲ Κτησίας ἰατρὸς υἱὸς τοῦ Κτησιόχου,
ἐξωρμημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας. Cf. Prolegg.

645) *Ἤκμαζον κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν*] Haec quoque ad verbum ap. Diodorum lib. XIV. cp. 46. extr. invenies, nisi quod praeterea ad *Φιλόξενος* addit *Κυθήριος.* Quod propter difficillima Philoxenorum discrimina fortasse non temere neglexit Scaliger. Idem tamen in Timotheo *Φιλήσιος* e corrupto Diodori textu imprudenter retinuit, cui tamen e Stephano s. v. *Μίλητος* et Suida s. v. *Τιμόθεος Μιλήσιος* facillimum erat restituere *Μιλήσιος*: quam vocem, suadentibus Meursio de Archontt. Athen. lib. III. cp. 16. p. 132, Io. Vossio de Poet. Graec. p. 46, Iac. Uptono ad Dionys. de Composit. Verbb. p. 157 (p. 132 Vol. V. Reisk.), in textum receperunt Wesselingius et Dindorfius. Caeterum de triumviris illis, dithyrambicae Musae operatis, vid. Prolegg.

646) *Λυσιάδης*] Archon Atheniensium Ol. XCV, 4. ex Diodoro XIV. cp. 47. Lysias autem Orat. VII. de Trunc. Oleae sacr. excis. p. 74 hunc praetorem *Σουνιάδην* appellat: quod verum eius nomen fuisse nunc evincit Inscr. Gr. apud Boeckh. Corp. Inscr. n. 150, 7. Vol. I. p. 234, unde Corsinum FF. AA. III. p. 282, praeeunte Meursio de Archontt. Ath. III. cp. 16. p. 132, in Lysiae Orat. I. *Λυσιάδην* frustra reposuisse liquet.

647) *Ὁ Συρακουσίων τύραννος*] Testis Diodorus XIV, 47 ad Ol. XCV, 4.

648) *Ἐν ταῖς Ἀθήναις*] Auctor Diodorus XIV. cp. 53. extr. sub Olymp. XCV, 4. At negat Suidas s. v. *Σοφοκλῆς* lemm. II. [Eudoc. p. 384], huic *τῷ νεωτέρῳ*, ut ait Clemens Protrept. p. 19 A., inter Sophoclis filios locum fuisse, nepotem eius ex Aristone filio, avo cognominem, prodens. Rem decernere non audet Wesselingius ad Diod. l. l. Cum tamen Suidae sententiam confirmet Argum. Soph. Oed. Col., e cod. Laurent. editum, errasse liquet Diodorum, quippe litterarum Graecarum historia non magnopere imbutum. Eandem in sententiam etiam Welckerus Mus. Rhen. Supp. II, 3. p. 978 de Diodori loco animadvertit: „*sollte heissen υἱωνὸς oder υἱδοῦς.*" Vid. Thiersch. Act. phil. Monac. I, 3. p. 323, Clint. FF. HH. II. p. 101 a. Chr. 396, L. Dindorf. ad Diod. l. l. Porro etiam in victoriarum numero a Diodoro discedit Suidas, *ἐδίδαξε δέ*, inquiens, *δράματα μ', οἱ δέ φασιν ια', νίκας δὲ εἷλεν ζ'*, cui Boeckhius quidem, praeeunte Petito, de Trag. Gr. Principp. p. 116 *οἱ δέ φασι να', νίκας δὲ εἷλεν ιβ'*, Clintonus vero FF. HH. Prooem. p. XXXVII. not. e. Kr. *ἐδίδαξε δὲ δράματα μ', νίκας δὲ εἷλεν ζ', οἱ δέ φασιν ια'* restituit. Cf. Welcker. l. l. coll. Prolegg.

649) *Εὐπόλεμος*] Ex Pausania VI, 3, 3. coll. VIII, 45, 3 et Africano ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. *Εὐπόλεμος*, ex Diodoro XIV. cp. 54. init. *Εὔπολις.*

650) *Προςετέθη*] Haec totidem verbis refert Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41. Nomen victoris praeconum apud interpr. Arm. in *Ἄκρατος* transiit. Quippe non raro propria Graecorum nomina elemento A in fronte praeposito auctae afferuntur. Sic Iliad. *ε'*, 612. *Παισὸς* appellatur, quod oppidum Troadis ibid. *β'*, 828. *Ἀπαισὸς* audit. Vid. Strabon. XIII, 878 A., cuius verba Stephan. Byzant. s. v. *Ἀπαισὸς* transcripsit, coll. Eustath. ad Il. *β'*, p. 356. Sic *Ἀσπληδὼν* et *Σπληδὼν* praebet Etymol. M. 157, 32. Sic *Δρήστειαν* trisyllabum edit Eustathius 355, 54, pro quo alii *Ἀδρήστειαν* scribunt. Cf. Spitzner. ad Hom. Il. *β'*, v. 828.

651) *Φορμίων*] Praetor Athenis Ol. XCVI, 1. ex Diod. XIV, 54.

ἄγνωστον εἶναι, ὅπου ποτὲ τὴν πόλιν ᾠκῆσθαι συνέβαινεν[652]). *Οἱ Καρχηδόνιοι κατὰ τὴν Σικελίαν νόσῳ καὶ πολέμῳ κακουχούμενοι δεινῶς ἀπήλλαξαν*[653]). *Λακεδαιμόνιοι πρὸς Νεφρέα Αἰγυπτίων βασιλέα πρεσβεύονται*[654]).

β. *ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ*[655]). *Ἀθήνησι τὸ θεωρικὸν ἐγένετο δραχμή*[656]). *Τὸ ἐν Τεγέᾳ Ἀθηνᾶς τῆς Ἀλέας ἱερὸν ἐκαύθη*[657]). *Παυσανίας Μακεδόνων ἄρχει ἐνιαυτὸν α'*[658]). *Λακεδαιμόνιοι τὴν θαλαττοκρατίαν ἀπέβαλον*[659]). *Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν κατέστρεψεν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν, γράψας βίβλους ιβ', καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς περὶ Κυ-
p. 324 a. *νὸς σῆμα ναυμαχίας, εἰς ἣν Θουκυδίδης κατέληξε πραγματείαν. ἔγραψε δὲ χρόνον ἐτῶν ιζ'*[660]).

---

652) *Οἱ Καρχηδόνιοι*] Diodorus XIV, 58 sub Ol. XCVI, 1.

653) *Οἱ Καρχηδόνιοι νόσῳ*] Diodorus lib. XIV. cpp. 71—75.

654) *Λακεδαιμόνιοι πρὸς Νεφρέα*] Diodorus XIV. cp. 79. med. *τούτων δὲ πραττομένων Λακεδαιμόνιοι μὲν πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Νεφερέα τὸν Αἰγύπτου βασιλέα περὶ συμμαχίας.* Sic scilicet nomen reguli e cod. Paris. pr., Coislin. CXLIX., edit. Steph. marg. ediderunt Wesselingius et Dindorfius, *Νεφρέαν* habet Paris. alt., *Νεφρέα* caeteri, quos secutus est Scaliger, coll. Animadvv. in Euseb. p. 108 b. *Νεφερίτης* dicitur Manethoni ap. Eusebium Scal. Gr. p. 55, 26. Mai. Arm. p. 106, 344. Hieronym. Lat. p. 134 s., eidemque ap. Syncell. p. 77 A. Alio rursus loco p. 342. Eusebii cod. Arm. absorpta littera initiali N solitaque *I* et *E* confusione Ephirites praebet. Iustinus VI, 2 init., quem secutus est Orosius III, 1., in Hercynionem corrupit: de quo scriptore, in aliis quoque rebus a Diodoro discedente, cf. Wessel. ad Diod. I, 1. Regnavit Nepherites, e Mendesiorum dynastia princeps, annos VI. inde ab Olymp. XCIII, 2.—Olymp. XCIV, 3. sec. Euseb. [Hier., ab Olymp. XCIII, 4. — Olymp. XCV, 1. Mai. Armen.] iterumque menses IV. Olymp. XCVII, 4. sec. eundem Euseb. Hieronymi. Quorum regnorum alterum, quod omisso Nectanabide I. per XVIII. annos inde ab Olymp. XCVIII, 3. usque ad Olymp. CII, 4. extendunt Maii Armeniaca, respicere videntur Diodori supra allata verba. Quod quominus statuatur, certe diversa temporis notatio non impediet. Vid. not. nostr. 639. coll. Prolegg.

655) *Διόφαντος*] Archon Athenis fuit Ol. XCVI, 2. ex Diodoro XIV. cp. 82. et Pausania VIII, 45, 3. *Διόφαντος*, cuius nomen typographus Scaligeri in *Διοφάνιος* corruperat. Meminit eius Inscriptio Gr. ap. Boeckh. C. I. n. 229, 10., Vol. I. p. 359, item fortasse Hesychius s. v. *δραχμὴ χαλαζῶσα*, Zenobius III, 27.

656) *Ἀθήνησι τὸ θεωρικὸν*] Hesychius s. v. *δραχμὴ χαλαζῶσα· ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρικὸν* [sic correximus Scaligeri errorem, qui supra *θεωρητικὸν* scripserat] *ἐγένετο δραχμή.* Cf. Zenob. Cent. III. Prov. 27. „*Urbs erat in re tenui, ἀσθενὴς καὶ οὐδεμίαν ναῦν κεκτημένη, ut Demosth. in Leptin. p. 291 ait. Et credemus, tantum pecuniae in ludos insumere voluisse? Arbitror istum Diophantum alium atque hoc multis annis priorem fuisse.*" WESSELINGIUS ad Diod. XIV, 82. Cui cave calculum sine mora adiicias. Institutae sunt pecuniae theatrales auctore Pericle, cuius ab aetate usque ad haec tempora cum praeter Olymp. XCVI, 2. Archontem nullus in Fastis occurrat Diophantus: nihil relinquitur aliud, quam ut duos obolos, qui antea ludorum scenicorum diebus pauperioribus reddi solebant, hoc ipso anno ad drachmam auctos statuas. Mox etiam praeventum aerarii inopiae Eubuli lege Anaphlystii, ut qui pecuniam theatralem in militarem convertisset, capite plecteretur. Vid. Philoch. apud Harpocr. s. v. *Θεωρικὰ* et Ulpian. ad Demosth. Olynth. I. p. 13 A. coll. Ruhnken. Hist. Crit. Oratt. Graec. p. LXVI., Siebel. ad Philoch. Fr. coll. Lenz. p. 70—72, Boeckhii Oecon. civ. Ath. I. p. 235—40.

657) *Τὸ ἐν Τεγέᾳ*] Testis est Pausanias VIII, 45, 3. Cf. eiusd. II, 17, 7., III, 5, 6. de Tegeatarum Minerva Alea.

658) *Παυσανίας Μακεδόνων*] Diodorus XIV. cp. 84. extr. *περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀέροπος* [Dexippo ap. Syncell. p. 263 A. est *Ἀεροπᾶς*] *ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐτελεύτησε νόσῳ, βασιλεύσας ἔτη ἕξ·* [Cf. not. supra 640.] *τὴν δ' ἡγεμονίαν διαδεξάμενος Παυσανίας ὁ υἱὸς ἦρξεν ἐνιαυτόν.* Periit Pausanias insidiis Amyntae [Diod. XIV, 89 coll. not. 665.], qui Aëropi *ὑπηρέτης καὶ δοῦλος* fuit. V. Aelian. VV. HH. XII, 43. Hic Pausanias, a plerisque chronographis propter brevissimum regni tempus neglectus, fortasse non alius est, atque Pausanias ille, quem Eusebius unius anni [Ol. XCV, 1. Hieronym., Ol. XCV, 2. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 260 B.] regem facit, sed post Amyntam deiectum. Vid. Wessel. ad Diod. XIV, 84.

659) *Λακεδαιμόνιοι*] Diodorus lib. XIV. cp. 84. med.: *καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου* [i. e. ab Ol. XCVI, 2.] *τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν ἀπέβαλον.* Amiserunt autem Lacedaemonii maris imperium, Pisandro duce apud Cnidum a Conone fusi: quam stragem rectius Olymp. XCVI, 3. assignaveris e Lysiae sententia Orat. XIX. De Bonis Aristophanis p. 193: *ἐγένετο δ' ἡ ναυμαχία ἐπ' Εὐβούλου* [cf. not. 661.] *ἄρχοντος.* Vid. Clint. FF. HH. II. p. 102 a. Chr. 394.

660) *Θεόπομπος*] Diodorus XIV, 84 sub Diophanto archonte [Debebat sub Eubulide vid. not. 659.]: *Θεόπομπος δ' ὁ Χῖος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν κατέστροφεν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν καὶ εἰς τὴν περὶ Κνίδον ναυμαχίαν* [quae commissa est Olymp. XCVI, 3. nonnullis diebus ante solis defectionem, XIV. m. Augusti die factam. V. Lys. p. 193 et Xenophon. Hell. IV, 3, 10. coll. Krueg. ad Clint. FF. HH. II. p. 102

γ. ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΣ[661]). Περὶ τῆς Ἰσθμίων θέσεως διαφορᾶς γενομένης οἱ τῶν Κορινθίων φυγάδες τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν[662]). Ἀρχὴ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου, διατελέσαντος ἔτη η′[663]). Παυσανίας Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἔφυγεν, ἄρξας ἔτη ιδ′. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἀγησίπολις ἦρξε τὸν ἴσον τῷ πατρὶ χρόνον[664]). Παυσανίας ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀναιρεθεὶς δόλῳ, ὑπὸ Ἀμύντου, ἄρξας ἐνιαυτόν. Τὴν δὲ βασιλείαν κατασχὼν Ἀμύντας ἦρξεν ἔτη κδ′[665]).

δ. ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣ[666]). Ἀμύντας, ὁ Φιλίππου πατήρ, ὑπὸ τῶν Ἰλλυρίων τῆς ἀρχῆς ἐξέπεσεν, ἣν ὕστερον ἀνεκτήσατο ὑπὸ Θεσσαλῶν καταχθείς[667]). Σάτυρος, ὁ Σπαρτάκου υἱός, βασιλεὺς δὲ Βοσπόρου, ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ιδ′. Τὴν δὲ βασιλείαν διεδέξατο ὁ υἱὸς Λεύκων ἐπ᾽ ἔτη μ′[668]).

ΟΛ. ϟΖ. Τεριναῖος Ἠλεῖος, ὡς δὲ ἄλλοι, Φορμίων Ἁλικαρνασσεὺς στάδιον[669]).

---

a. Chr. 394.], γράψας βίβλους δώδεκα. ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος ἦρκται μὲν ἀπὸ τῆς περὶ Κυνὸς σῆμα [quod Hecubae sepulcrum appellant Diodor. XIII, 40, Strab. XIII, 409, 39, Mela II, 2.] ναυμαχίας, εἰς ἣν Θουκυδίδης [cf. lib. VIII, 104 seq.] κατέληξε τὴν πραγματείαν, ἔγραψε δὲ χρόνον ἐτῶν δεκαεπτά. Caeterum vid. de Theopompo eiusque operibus historicis Prolegg.

661) Εὐβουλίδης] Ol. XCVI, 3. Atheniensium praetor ex Diodoro XIV. cp. 85. Meminit eius etiam Aristides Platon. II. p. 286 Iebb. Idem a Lysia De Bonis Aristophan. Orat. XIX. p. 193. Εὔβουλος dicitur: quam scripturam in Εὐβουλίδης deflectendam dicit Meursius de Arch. Athen. lib. III. cap. 17. p. 134. Qui si cogitavisset — id quod recte observavit ad Diod. l. l. Wesselingius — primitivum et patronymicum nomen eodem in homine saepe locum obtinere, ea opera abstinuisset. Cf. Boeckh. C. I. Vol. I. n. 151, 27.

662) Περὶ τῆς Ἰσθμίων θέσεως] Diodorus XIV. cp. 86. sub fin. ubi sic: εὐθὺς δὲ τῶν Ἰσθμίων ἐπελθόντων διεφέροντο περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος. καὶ πολλὰ φιλονεικησάντων ἐκράτησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ τοὺς φυγάδας ἐποίησαν θεῖναι τὸν ἀγῶνα. τῶν δὲ κατὰ τὸν πόλεμον δεινῶν σχεδόν τι περὶ τὴν Κόρινθον γενομένων ὁ πόλεμος οὗτος ἐκλήθη Κορινθιακὸς καὶ διέμεινεν ἔτη ὀκτώ. Xen. Hellen. IV, 4, 1. et 5, 2. bina fuisse huius anni Isthmia enarrat, quorum altera exules celebrasse Corinthios, altera post illorum discessum ipsos egisse Argivos asserit.

663) Ἀρχὴ τοῦ Κορινθιακοῦ] Cf. Diodori verba modo ascripta.

664) Παυσανίας Λακεδαιμονίων] Haec totidem verbis testatur Diodorus XIV. cp. 89. ad h. Ol. a. 3. Exactus est Pausanias paullo post Lysandri mortem, itaque anno 2. potius eius, in qua versamur, Olympiadis. Vid. Paus. II, 5, 5—6, Xenoph. Hell. III, 5, 7—25, Plut. Lysand. c. 30. coll. Clint. FF. HH. II. Append. III. 228. Kr. Fuit autem Agesipolis I, sicuti Pausanias, ex gente Lacedaemoniorum regia Eurysthenidarum.

665) Παυσανίας ὁ τῶν Μακεδόνων] Auctor Diodorus XIV. cp. 89. sub Olymp. XCVI, 3. Fuit Amyntas iste, qui Pausania, Aëropi filio, e medio sublato, regnum invasit, Tharrhalei [Diod. XV, 60. Audacis vertit audacter Ez. Spanhem. Diss. VII. de Numism. Praest. p. 379] vel Menelai [Iustin. l. VII, 4. Aelian. V. H. XII, 43] vel Aridaei [Dexipp. ap. Syncell. p. 263 A.] filius, Aëropi ὑπηρέτης καὶ δοῦλος, teste Aeliano V. H. lib. XII, 43. Mortem obiit Ol. CII, 3. V. Diod. XV, 60. Ergo conveniunt numeri κδ′, a Diodoro ter XIV, 89. 92, XV, 60 repetiti, quorum in ambitu simul etiam continentur anni, quos regno privatus alibi egit Amyntas. [Cf. Diod. XIV, 92. s. Ol. XCVI, 4. id. XV, 19 sub Ol. XCIX, 2.] Ap. Eusebium inde ab Ol. XCIV, 4. usque ad Ol. CI, 3. [Hieronym., inde ab Olymp. XCV, 1. — CI, 4. Mai. Arm. coll. Sync. p. 260 B.] ter occurrit Amyntae nomen, interiectis Ol. XCV, 1. [Hieronym., Olymp. XCV, 2. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 260 B.] Pausaniae anno et Ol. XCVI, 4. — Olymp. XCVIII, 1. [Hieronym., Olymp. XCVII, 1. 2. Mai. Arm. coll. Syncell. l. l.] Argei s. Argaei [v. Diod. XIV, 92 fin.] biennio. Cf. Clint. FF. HH. II. Append. IV. p. 240 seq.

666) Δημόστρατος] Archon Athenis Ol. XCVI, 4. ex Diodoro XIV. cp. 90. Demostratus. Eundem Mnasippum appellare videtur Lysias ap. Harpocr. s. v. Λέχαιον, quippe qui, quod hoc anno captum esse e Xenoph. Hell. IV, 4, 1—13. coll. Aristid. T. II. p. 286 constat Lechaeum, Μνασίππου ἄρχοντος expugnatum scribat. Sed Mnasippum potius pro pseudeponymo habendum ostendit Boeckhius in Ind. Lectt. Univ. Berol. a. 18$\frac{2}{2}\frac{6}{7}$. p. 5 et in Actt. Acad. Boruss. a. 1827. p. 134.

667) Ἀμύντας ὁ Φιλίππου πατὴρ] Diodorus XIV. cp. 92. sub Olymp. XCVI, 4. Itaque post primum regni annum pulsus est Amyntas. Consentit Dexippus ap. Syncell. p. 263 A. Ἀμύντας ἔτος α′ βασιλεύσας ὑπὸ Μακεδόνων ἐξεβλήθη. Vid. not. nostr. 665. coll. Clint. FF. HH. II. Append. IV. p. 241 Kr.

668) Σάτυρος ὁ Σπαρτάκου] Diodorus XIV. cp. 93. sub Olymp. XCVI, 4., ubi vid. doctam Wesselingii notam coll. Clint. FF. HH. II. Append. XIII. p. 298 Kr. et Prolegg.

669) Τεριναῖος Ἠλεῖος] Hac Olympiade stadio Olympia vicit Τεριναῖος Ἠλεῖος sec. Africanum ap. Euseb. χρον. λογ. p. 41, sed Τερίρης sec. Diodorum XIV, 94, quorum alteri ex altero Τεριναῖος restituendum censuit Meursius de Archontt. Athen. III, 18. p. 136, probante Simsono Chron. ann.

α. *ΦΙΛΟΚΛΗΣ*[670]). *Οἱ Γαλάται ἐπικείμενοι τῇ Μακεδονίᾳ λεηλατοῦσιν αὐτήν*[671]).
β. *ΝΙΚΟΤΕΛΗΣ*[672]). *Εὐαγόρας τῆς κατὰ Κύπρον Σαλαμῖνος βασιλεύει, Ἀβδαίμονα τὸν Τύριον ἐκβαλών*[673]).
γ. *ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣ*[674]).
δ. *ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ*[675]). *Κελτῶν διάβασις τῶν Ἄλπεων*[676]). *Πλοῦτος Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθη*[677]).

3613. Tenuerunt tamen *Τερίρην* Wesselingius et Dindorfius. — Quod deinceps addit Scaliger: *ὡς δὲ ἄλλοι, Φορμίων Ἁλικαρνασσεὺς στάδιον·* diversa eum certaminis genera confudisse patet. Vid. not. ad Olymp. XCIV.s. n. 622. coll. Prolegg. Vicerunt enim hac Olympiade et Terinaeus et Phormio, sed ille stadio, hic pugilatu. Quae Phormionis victoria teste nititur Pausania V, 21, 2, pro quo non magis accurate in Add. Nott. ad Gr. Euseb. p. 428 b. Diodorum excitat Scaliger.

670) *Φιλοκλῆς*] Praeturam gessit Athenis Ol. XCVII, 1. ex Diodoro XIV, 94. „*Olim legebatur Φιλοκλέους apud Schol. Aristoph. Plut.* 179, *nunc corrupte Διοκλέους. V. similem corruptionem in Archontis nomine* 322. [i. e. Olymp. CXIV, 3. not. nostr. 979.]" CLINTONUS FF. HH. II. p. 104 a. Chr. 392.

671) *Οἱ Γαλάται*] Galli Senones sive Celtae, gens, ut ait Florus I, 13, natura ferox, moribusque incondita, suis non contenti sedibus novas quaerunt, Macedoniam populantur Olymp. XCVII, 1. Auctor Dexippus, quem secutus est Scaliger, ap. Euseb. eius p. 58, 50 seq.: *κατὰ δὲ τοὺς χρόνους* ϙζ′ [*Ὀλυμπιάδος*] *τῶν Γαλατῶν ἐπικειμένων τῇ Μακεδονίᾳ καὶ λεηλατούντων αὐτήν.* Confirmat Appiani fragmentum, a Fulvio Ursino editum [Excerptt. Legatt. de rebb. gall. II.]: *ὅτι Ὀλυμπίων τοῖς Ἕλλησι ζ′ καὶ ϙ′ γεγενημένων, τῆς γῆς τῶν Κελτῶν οὐκ ἀρκούσης αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος, ἀνίσταται μοῖρα Κελτῶν τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ἱκανὴ* [Quo de inscito additamento vid. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 122 b.] *κατὰ ζήτησιν ἑτέρας γῆς.* Quibus simul annus significari videtur, quo Galli Alpes superarint, Alpesque inter et Padum sedes posuerint. — Non ita longo tempore post iidem Romam ceperunt, Olymp. XCVII, 3. Plinius N. H. XXXIII, 6: *Capta est Roma anno CCCLXIV.* Orosius II, 1: *Anno ab U. c. CCCLXIV. Roma persentit captivitatem.* Eutropius II, 1. *Anno trecentesimo sexagesimo quinto a. U. c. post captam autem primo pro duobus consulibus facti trib. mil. cons. pot.* Cf. Liv. V, 40. et Cicer. de Divin. I, 44. extr. Confirmat Eusebius Maii Armeniacus sub Olymp. XCVII, 3: *Galli et Celtae Romam praeter Capitolium occupant.* Sic scilicet ille, quasi diversi essent a Gallis Celtae. Transcripsit tamen errorem illum Syncellus p. 258 C: *Γαλάται καὶ Κέλται Ῥώμης ἐκράτησαν, πλὴν τοῦ Καπετωλίου*, item Chron. Pasch. auctor p. 167 C: *Γαλάται καὶ Κελτοὶ κτλ.*, quo posteriori loco ante *καὶ* articulum *οἱ* recte inserit Scaliger Thes. Tempp. p. 250. Sed Hieronymus, quo interprete Olymp. XCVII, 1. *Galli Senones Romam invaserunt, excepto Capitolio,* annum transitus Alpium cum anno captae Urbis confudit. Vid. Scal. Animadvv. p. 122 b. Contrariae confusionis reus est Diodorus XIV, 113, qui Gallos Alpes transisse tradit, quo tempore Dionysius Rhegium occuparit, i. e. Olymp. XCVIII, 2. Vid. not. nostr. 676. Illo enim anno Romam potius captam auctor Diodori significat Polybius I, 6. *ἔτος μὲν οὖν ἐνειστήκει πρὸ δὲ τῆς* [Olymp. CII, 2. V. not. nostr. 747] *ἐν Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον . . . . Γαλάται δὲ ἁλόντες τὴν Ῥώμην κατεῖχον πλὴν Καπετωλίου.* E Polybio sua etiam hausit Iustinus VI, 6. Medium quoddam tempus inter Olymp. XCVII, 3. et Olymp. XCVIII, 2. ponit Dionysius Hal. AA. RR. I. p. 60, 34 seqq., *τὴν Κελτῶν κάθοδον, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω*, Olymp. XCVIII, 1. ascribens. Vid. not. nostr. 683. Caeterum vid. Nieb. Hist. Rom. II. p. 622—638. coll. Fischer. Tabb. Rom. p. 42.

672) *Νικοτέλης*] Archon Athenis Ol. XCVII, 2. ex Diodoro XIV. cp. 97. init. Meminit eius Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. n. 229, 11. Vol. I. p. 349.

673) *Εὐαγόρας τοῦ κατὰ Κύπρον*] Testis Diodorus XIV. cp. 98. sub Olymp. XCVII, 2., ubi *Ἀβδήμονα* scriptum est. Caeterum ante Scaligerum et Palmerium Abdemon ille *Τύρσιος* nominabatur: Scaliger margini libri sui *Τύριον* appinxit: quam vocem a Palmerio et Rhodomanno comprobatam in textum receperunt Wesselingius et L. Dindorfius. A Theopompo tamen in Photii Bibl. cod. CLXXVI. *Κιτιεὺς* appellatur, quam dissensionem sic componit Wesselingius ad Diod. l. l., ut Abdemonem in Cypri urbe Citio, aliqui ex Phoenice ortum, sedem antea habuisse statuat. Vid. Isocrat. Euag. p. 283 coll. eodem Wesselingio. Praeterea de bello, quod Evagoras contra Persarum regem in Cypro gesserit, necnon de auxiliis, ipsi ab Atheniensibus missis, quae Teleutias Lacedaemoniorum dux interceperit, v. Xen. Hellen. IV, 8, 24. coll. Clint. FF. HH. II. p. 106 Kr. coll. Prolegg.

674) *Δημόστρατος*] Praeturam gessit Athenis Ol. XCVII, 3. ex Diodoro XIV, 99. Occurrit etiam in Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. n. 151, 27. Vol. I. p. 237.

675) *Ἀντίπατρος*] Archon Athenis Ol. XCVII, 4. ex Diodoro XIV. cp. 103. Meminit eius etiam Auctor Didascal. ad Aristoph. Plut. et Schol. ad v. 103.

676) *Κελτῶν διάβασις*] Ex Diodoro sese repetisse testatur Scaliger ad Euseb. n. MDCXXV. p. 122 b., qui lib. XIV. cp. 113. init. sub Olymp. XCVIII, 2. *καθ' ὃν δέ*, inquit, *καιρὸν μάλιστα Ῥήγιον ἐπολιόρκει Διονύσιος, οἱ κατοικοῦντες τὰ πέραν τῶν Ἄλπεων Κελτοὶ τὰ στενὰ διελθόντες μεγάλαις δυνάμεσι κατελάβοντο τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ τε Ἀπεννίνου καὶ τῶν Ἄλπεων ὀρῶν, ἐκβάλλοντες τοὺς κατοικοῦντας Τυρρηνούς.* Ex Diodori igitur sententia Galli, quo tempore Dionysius Rhegium oppugnavit, Alpes transierunt. Atqui quum idem et Antipatro (cp. 106.) et Theodoto (cp. 111 seq.) Archonte Rheginos a Dionysio

ΟΛ. ϞΗ. Σώσιππος Ἀθηναῖος στάδιον[678]). Ἓξ Ζᾶνες ἐκ χαλκοῦ ἐποιήθησαν ἐν Ὀλυμπίᾳ ὑπὸ χρημάτων τῆς ἐπιβληθείσης τοῖς πύκταις ζημίας ὑβρίσασιν εἰς τὸν ἀγῶνα[679]). Ἀριστόδημος Ἠλεῖος πάλην, οὗ μέσα οὐδεὶς ἔλαβεν[680]).

α. ΑΠΥΡΓΙΩΝ. οἱ δὲ ΠΥΡΡΙΩΝ[681]). Ξενοφῶν ἤκμαζε σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς[682]). Κελτικὴ ἔφοδος εἰς τὴν Ῥώμην[683]).

---

obsessos esse testetur: Scaliger annum etiam relictae a Celtis patriae nunc Olymp. XCVII, 4. nunc Olymp. XCVIII, 2. Diodori fide proponit. Nomen testis sui diserte appinxit ad Ol. XCVIII, 2.: οἱ Κελτοὶ Ἄλπεις διέβησαν, ὡς Διοδώρῳ δοκεῖ. Neque alium ei auctorem fuisse, ut eandem rem etiam huic, in quo versamur, anno ascriberet, ex ipsius in Eus. Animadv. p. 122 b. intelligitur. Ibi enim haec: „*Haec* [Appiani] *videtur verior sententia, quam Diodori, qui scribit superasse Alpes anno quarto Olympiadis eiusdem* [i. e. XCVII.]." Sed haec posterior mira profecto et studiosa est ratio interpretandi, quam, ut caetera taceam, et Diodorus ipse, qui rem sub Olymp. XCVIII, 2. enarrat, et quo ille fonte hausit Polybius I, 6 satis refellit. Vid. not. nostr. 671.

677) *Πλοῦτος Ἀριστοφάνους*] Auctor Didasc. ad Aristoph. Plut. III. Ἐδιδάχθη [Plutus alter] ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάῃ. Prior Pluti editio pertinet ad Ol. XCII, 4., auctore Schol. ad Plut. II. v. 173.

678) *Σώσιππος Ἀθηναῖος στάδιον*] Testis Diodorus lib. XIV. cp. 107. Sed Africanus ap. Eusebium Σώσιππος ἀδελφός. Sic codex, cuius lectionem Scaliger p. 41 de coniectura in ὁ Δελφὸς [Vid. eius Add. Nott. in Gr. Euseb. p. 428 b. coll. Cram. Anecd. Par. II. p. 146] deflexit. Cui tamen scripturae uti diserte refragatur Diodorus, ita illud quoque obesse videtur, quod victoris cuiusque patriam Africanus alias omisso articulo apponere consuevit. Armeniaca nil iuvant, quippe illo loco corrupta. Hinc consultissimum arbitramur, ἀδελφὸς apud Africanum retinere, qui quum suum stadionicarum catalogum sine dubio ex Olympionicarum descriptione collegerit, coniectis in cursorem oculis, caeterorum victores certaminum, in quibus forsitan fuit Σώσιππος Ἀθηναῖος, transiluisse videtur.

679) *Ἓξ Ζᾶνες*] Pausanias V, 21, 2. Πρὸς δὲ τῇ κρηπῖδι (scil. τοῦ ὄρους τοῦ Κρονίου) ἀγάλματα Διὸς ἀνάκειται χαλκᾶ. Ταῦτα ἐποιήθη μὲν ἀπὸ χρημάτων ἐπιβληθείσης ἀθληταῖς ζημίας ὑβρίσασιν ἐς τὸν ἀγῶνα, καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ζᾶνες. Πρῶτοι δὲ ἀριθμὸν ἓξ ἐπὶ τῆς ὀγδόης ἔστησαν καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Eupolus enim Thessalus tres adversarios corruperat, inter eos Phormionem, victorem superioris Olympiadis.

680) *Ἀριστόδημος Ἠλεῖος*] Hausit Scaliger ex Africano ap. Euseb. χρον. λογ. p. 41, ubi idem pro μέσας, quod in codice legi Crameri Anecdota Par. II. p. 146 probant, μέσα edidit, respiciens ille, ni fallor, ad Aristophanis Acharn. 576. (570.) ἔχομαι μέσος coll. Scholiis et Pausania VI, 3, 2. Celebratur Aristodemus noster in Epigrammate Simonidis ab Hephaest. Enchir. p. 64 ed. Corn. de Pauw. servato, quod cum Ceo poëtae ob temporum rationem non liceat, iuniori cuidam Magneti vindicat Iacobsius Anthol. Pal. III. p. 912 coll. Westermann. in Censura Olymp. Kraus., Diariis Novis Philol. et Paedag. inserta, Cycl. XII. Vol. XXXVI. Fasc. 1. a. 1842. p. 94 seq. Est autem hocce sec. Corn. de Pauw:

Ἴσθμια δίς, Νεμέᾳ δίς, [Νέμεα, δὶς Scal.] Ὀλυμπίᾳ [Ὀλύμπια Scal.] ἐστεφανώθην,
Οὐ πλάτει νικῶν σώματος, ἀλλὰ τέχνᾳ,
Ἀριστόδαμος Θράσιδος, Ἀλεῖος, πάλᾳ.

Θράσιδος nimirum pro θρασύς, quod, a codicibus oblatum, per metri leges ferri nequit, e Pausania VI, 3, 2. restituendum acute primus vidit Scaliger l. l. Idem Pausanias cum Aristodemum bis Pythia, semel Olympia vicisse dicat, Westermannus l. l., praeeuntibus Brunckio et Iacobsio, etiam Ἴσθμια in Πύθια mutavit, totum primum Epigrammatis versum recte sic repraesentans:

Πύθια δίς, Νέμεά δίς, Ὀλύμπια ἐστεφανώθην.

681) *Ἀπυργίων· οἱ δὲ Πυρρίων*] Lege Πυργίων· οἱ δὲ Πυρρίων. Alpha enim littera, quae primum Olympiadis annum indicat, in Archontis nomine male repetita est. Πυργίων Olymp. XCVIII, 1. Archon nominatur a Dionysio AA. RR. I. p. 60, 34, Πυρρίων a Diodoro XIV. cp. 107.

682) *Ξενοφῶν ἤκμαζε*] Tradit Diogenes Laërt. vit. Xen. lib. II, 59: εὗρον δὲ ἀλλαχόθι ἀκμάσαι αὐτὸν [τὸν Ξενοφῶντα] περὶ τὴν ἐννάτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. Quod quidem Diogenis testimonium quoniam cum aetate, Xenophonti ab aliis ascripta, iusto minus conveniret, sic fere refingendum putasse censendus est Scaliger: περὶ τὴν ἐννενηκοστὴν ὀγδόην [ϟη′ pro πθ′]. At vereor ne recte emendarit. Certe Suid. s. v. Ξενοφῶν lemmat. 1: ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα. Vid. tamen Clint. F. H. II. ad Ol. LXXXIX, 1. coll. Krueg. Quaestt. de Xenophont. vita p. 6 seqq. Eusebius Xenophontem Olymp. XCV, 1. [Hieronym., Olymp. XCV, 4. Mai. Armen.] clarum habitum affirmat. Portentose autem, qui vulgo fertur Grylli F. [v. Diog. II, 48. Suid. l. l. alios], Gryllae et Diodori in Maii Armeniacis l. l., et portentosius etiam in Chron. Pasch. p. 168 C. Orzylai F. vocatur.

683) *Κελτικὴ ἔφοδος*] Dionysius Hal. AA. RR. l. I, p. 60, 34 seqq.: ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος γενέσθαι, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐννενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Caeterum cf. not. nostr. 671.

β. ΘΕΟΔΟΤΟΣ[684]). Οἱ Ῥηγῖνοι κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἕνδεκα μῆνας πολιορκούμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίων τυράννῳ[685]). Οἱ Κελτοὶ τὰς Ἄλπεις διέβησαν, ὡς Διοδώρῳ δοκεῖ[686]). Εἰρήνη Ἀρταξέρξῃ πρὸς τοὺς Ἕλληνας[687]). Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν. διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ[688]).

γ. ΜΥΣΤΙΧΙΔΗΣ[689]). Εὐαγόρας λάθρα τῆς Κύπρου ἐξέπλευσεν εἰς τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα[690]).

p. 324 b. δ. ΔΕΞΙΘΕΟΣ[691]). Εὐαγόρας ἐξίσταται πασῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον πόλεων, μόνης δὲ τῆς Σαλαμῖνος βασιλεύειν συνεχωρήθη, ὥστε τελεῖν τῷ Περσῶν βασιλεῖ κατ' ἐνιαυτὸν φόρον ὡρισμένον[692]). Οἱ Μαντινεῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐκπολιορκηθέντες ἠναγκάσθησαν τὴν ἰδίαν πατρίδα κατασκάψαι, εἰς δὲ τὰς κώμας μετοικῆσαι[693]).

ΟΛ. ϞΘ. Δίκων Συρακούσιος στάδιον[694]). Πώλων ἅρμα προσετέθη. Λακεδαιμόνιος δὲ Συβαριάδης πρῶτος τὸν στέφανον τῶν πώλων ἔσχε τοῦ ἅρματος[695]). Σωτάδης Κρὴς δολιχόν[696]).

---

684) *Θεόδοτος*] Archon Athenis Ol. XCVIII, 2. ex Diodoro XIV. cp. 110: Meminit eius etiam Aristides Tom. II. p. 286 Iebb.

685) *Οἱ Ῥηγῖνοι*] Refert Diodorus XIV. cp. 111. sub Ol. XCVIII, 2. Vid. Polyb. I, 5. coll. ad Diod. Wesselingio.

686) *Οἱ Κελτοὶ τὰς Ἄλπεις*] Auctor Diodorus XIV. cp. 113. Cf. not. nostr. 676.

687) *Εἰρήνη Ἀρταξέρξῃ*] Pax toti illa Graeciae ignominiosa, quae Antalcidae dicitur, cum Artaxerxe facta est Ol. XCVIII, 2., auctore Diodoro XIV. cp. 110. Memorat Aristides T. II. p. 286: *ἀπὸ Εὐβουλίδου πάλιν ἄρχων ὄγδοος Θεόδοτος, ἐφ' οὗ ἡ εἰρήνη ἐγίνετο.* Vid. Xen. Hell. V, 1, 28. et Polyb. I, 6. coll. Corsin. F. Att. T. III. p. 293 et Clint. FF. HH. II. p. 110 a. Chr. 387.

688) *Καλλισθένης ὁ ἱστοριογράφος*] Extant apud Diodorum lib. XIV. cp. 117. extr. sub Olymp. XCVIII, 2. Vid. not. nostr. 815. coll. Prolegg.

689) *Μυστιχίδης*] Archon Atheniensium Ol. XCVIII, 3. ex Diodoro XV. cp. 2. Offert eum etiam Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. n. 151, 27. I. p. 237.

690) *Εὐαγόρας λάθρα*] Testatur Diodorus XV. cp. 4. sub Olymp. XCVIII, 3. Rex Aegyptiorum, ad quem confugit Euagoras, *Ἄκορις* audit Diodoro XV, 3., *Ἄχωρις* vel *Ἀχωρὶς* Eusebio Scal. p. 55, 26. ap. Syncell. p. 77. coll. Mai. Armen. p. 106, 343. et Hieronym. p. 134, *Ἄκωρις* Theopompo ap. Phot. cod. CLXXVI., e quo paullo ante oblatum *Πάκωρις* nomen corruptum est. Vid. Scal. Animadvv. p. 109 a. b. Regno eius XIII. annos Eusebius in priori quidem Chronicorum libro attribuit, sed in posteriori XII., quos inde ab Olymp. XCIV, 4. usque ad Olymp. XCVII, 3. [Hieronym., ab Olymp. XCV, 2. — Olymp. XCVIII, 1. Mai. Arm.] deducit. Quo de prochronismo vid. not. nostr. 639.

691) *Δεξίθεος*] Atheniensium Archon Ol. XCVIII, 4. ex Diodoro XV, 8 init. Respicit eum etiam Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. II. p. 845 D., item Inscript. Gr. apud Boeckh. C. I. Vol. I. p. 240 n. 151, 1.

692) *Εὐαγόρας ἐξίσταται*] Auctor Diodorus XV. cp. 8. ad Ol. XCVIII, 4. Cf. Prolegg.

693) *Οἱ Μαντινεῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων*] Tradit Diodorus XV. cp. 12. sub Ol. XCVIII, 4. Caeterum pro *Μακεδόνων* supra legendum est *Λακεδαιμονίων*.

694) *Δίκων Συρακούσιος*] Auctores sunt Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 41, Diodorus XV. cp. 14., Pausanias VI, 3, 5. Affert de Dicone hoc Epigramma ad Diod. l. c. Wesselingius:

Εἰμὶ Δίκων υἱὸς Καλλιμβρότου· αὐτὰρ ἐνίκων
Τετράκις ἐν Νεμέᾳ, δίς Ὀλύμπια, πεντάκι Πυθοῖ,
Τρὶς δ' Ἰσθμῷ, στεφανῶ δ' ἄστυ Συρακοσίων.

Pro *Καλλιμβρότου* Pausanias praebet *Καλλιβρότου*, idemque duabus, quas Diconi Epigramma vindicat, victoriis Olympicis tertiam addit: *Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισί, δύο δ' ἄλλας ἀνδρῶν.* Hinc in secundo versu *τρὶς Ὀλύμπια* scribere mavult Wesselingius. Puer quidem Dico, teste Pausania, vero patriae nomine, Cauloniates renunciatus, quum autem vir factus vicisset, praemiis corruptus Syracusanum deinceps se appellari passus est.

695) *Πώλων ἅρμα προσετέθη*] Auctor Pausanias V, 8, 3: *ἐννάτῃ ἤρεσεν Ὀλυμπιάδι καὶ ἐνενη-*

α. ΔΙΟΤΡΕΦΗΣ[697]). Ἀριστοτέλης ἐγεννήθη κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον[698]).
β. ΦΑΝΟΣΤΡΑΤΟΣ[699]). Ἀμύντας ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς τὴν ἰδίαν βασιλείαν ἀνεκτήσατο[700]). Ἔκλειψις σελήνης Ποσειδεῶνος καὶ πάλιν Σκιρροφοριῶνος[701]).
γ. ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. οἱ δὲ ΕΥΑΝΔΡΟΣ[702]). ἔκλειψις σελήνης Ποσειδεῶνος[703]). Οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐν Θήβαις Καδμείαν κατελάβοντο[704]).
δ. ΔΗΜΟΦΙΛΟΣ[705]). Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη τρίτῳ ἔτει μετὰ Ἀριστοτέλη[706]).

769) *Πολύζηλος*] Praetor Athenis Ol. CIII, 2. ex Diodoro XV. cp. 75. init. Meminerunt eius Dionysius Ep. ad Amm. II, 121, 20 et Demosth. in Onetor. I. p. 868, item Inscr. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X d, 75.

770) *Κηφισόδωρος*] Archon Olymp. CIII, 3. ex Diodoro XV, 76. Meminit eius Demosth. orat. in Onetor. I, 868. coll. Meurs. Arch. Athen. IV, 4 p. 150. Memorat Cephisodorum Archontem etiam Athenaeus IV. p. 171 D, qui tamen dubites huiusne anni praetorem, an Ol. CXIV, 2. significarit. Eum vero Cephisodorum, cuius monumentum Athenis in via sacra adversus Eleusinem extructum memorat Pausanias I, 36, 4, et quem Philippo, Demetrii filio, Macedonum regi, fortiter restitisse dicit, neque in huius Olympiadis annum tertium, nec in Ol. CXIV, 2. conferri posse, coniecturam vel exinde fieri licet, quod Philippus III. seu V., Demetrii II. filius, Antigoni Gonatae nepos, Demetrii Poliorcetae seu I. pronepos, de quo cogitari voluit Pausanias, regnum Macedoniae demum Olymp. CXL. tenebat: ita ut errasse putandus sit Meursius, qui l. l. p. 151. Pausaniae Cephisodorum ad hunc annum retulit. Cf. Inscript. Gr. ap. Boeckh. Cp. Inscr. n. 230. 7. Vol. I. p. 353 et Vol. II. p. 323.

771) *Κῷοι μετῴκησαν*] Diodori verba sunt, e lib. XV. cp. 76. init. repetita.

772) *Ὁ Βοιωτικὸς πόλεμος*] Auctor Diodorus XV. cp. 76. coll. Xen. Hellen. VII, 1, 27, VII, 4, 10. De Artaxerxe quod addit Diodorus, falsum est. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 124, 126.

773) *Ἄνδρες κατὰ παιδείαν*] Auctor Diodorus XV, 76. extr. Cephisodoro Archonte: *Ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης Ἰσοκράτης τε ὁ ῥήτωρ* [Maii Armen. ad Olymp. CI, 1.: Isocrates sophista adolescebat, coll. Syncell. p. 258 C. et Chron. Pasch. p. 168 B. Eusebius Hieronymi ibid.: Isocrates rhetor agnoscitur. Cf. not. 476.] *καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος* [v. not. 598.], *ἔτι δὲ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς* [de hoc vid. Prolegg.] *καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος* [Maii Arm. ad Olymp. CII, 1.: *Plato et Xenophon aliique Socratici florebant*, coll. Sync. l. l. et Chron. Pasch. l. l. Sed Hieronymus ad Olymp. CI, 3.: *Plato et Xenophon, nec non et alii Socratici clari habentur.*], *ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι* [v. Diog. Laërt. VIII, 46], *Ξενοφῶν τε ὁ τὰς ἱστορίας συγγραψάμενος ἐσχατογήρως ὤν* [v. not. 682.] . . . *Ἀρίστιππός τε καὶ Ἀντισθένης* [v. Plut. Lycurg. 30. coll. Clint. FF. HH. II. p. 127], *πρὸς δὲ τούτοις Αἰσχίνης ὁ Σφήττιος ὁ Σωκρατικός*. Quae paullulum variavit Scaliger.

δ. ΧΙΩΝ[774]). Κατὰ τὴν Μακεδονίαν Πτολεμαῖος ὁ Ἀλωρίτης ἐδολοφονήθη ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Περδίκκα, βασιλεύσας ἔτη τρία. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ Περδίκκας ἐβασίλευσεν ἔτη πέντε[775]). p. 326 a.

ΟΛ. ΡΔ. Ἀνολυμπιάς[776]). Ὀλυμπιὰς ὑπὸ Πισατῶν καὶ Ἀρκάδων ἤχθη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖος, ἢ Φωκίδης Ἀθηναῖος[777]). Σώστρατος Σικυώνιος ἐπίκλην Ἀκροχερσίτης παγκράτιον[778]). Ὀκτὼ Ἑλλανοδίκαι εἷς ἐξ ἑκάστης φυλῆς κατεστάθησαν, τὰς λοιπὰς τεσσάρας Ἀρκάδων πολέμῳ ἀποτεμομένων[779]).

α. ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ[780]). Δημοσθένης ἔτος ἄγων ιζ' ἄρχεται δημοσίους λόγους γράφειν[781]). Οἱ Θηβαῖοι Ὀρχομενὸν κατασχόντες τοὺς μὲν ἄνδρας ἀνεῖλον

---

774) *Χίων*] Archon Athenis Ol. CIII, 4. ex Diodoro XV, 77. Memorant eum Demosthenes in Onetor. I, 868. et Inscript. apud Boeckh. Corp. Inscr. n. 230, 1. 11. Vol. I. p. 353.

775) *Κατὰ τὴν Μακεδονίαν*] Totidem verbis tradit Diodorus XV, 77. extr. sub Olymp. CIII, 4.

776) *Ἀνολυμπιάς*] Auctor Pausanias VI, 22, 2., VI, 4, 1., VI, 8, 2. V. Afric. ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 41 coll. not. 778.

777) *Ὀλυμπιὰς ὑπὸ Πισατῶν*] Phocidem Atheniensem stadii palmam meruisse Diodorus XV, 78 refert. Quem confirmat Eusebius Maii Armeniacus p. 151. Eusebius tamen Scaligeri p. 41 eundem perperam lucta vicisse scribit. Quod autem Scaliger ex aliorum sententia Eubotam Cyrenaeum hac Olympiade stadii coronam tulisse annotat, ex Pausaniae lib. VI, 8, 2. verbis collegisse videtur hisce: *Εὐβώτας τε ὁ Κυρηναῖος, ἅτε τὴν ἐσομένην οἱ δρόμου νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Λιβύῃ προπεπυσμένος, τήν τε εἰκόνα ἐπεποίητο πρότερον καὶ ἐπὶ τῆς ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἀνηγορεύθη τε νικήσας καὶ ἀνέθηκε τὴν εἰκόνα. Λέγεται δὲ καὶ ὡς κρατήσειε καὶ ἅρματι ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ταύτης, ἣ λόγῳ τῷ Ἠλείων ἐστὶ κίβδηλος τῶν ἀγωνοθετησάντων Ἀρκάδων εἵνεκα.* Proinde non constat, qua Olympiade stadio vicerit Eubotas. De curuli vero victoria, hac Olympiade parta, num omnino reportata sit, dubitat Pausanias. Quam cupide igitur Eubotam hac Olympiade stadionicam scripserit Scaliger intelligitur. Vid. Krausius Olymp. p. 283 coll. Siebelis. ad Pausan. VI, 8, 2.

778) *Σώστρατος Σικυώνιος*] Testis est Pausanias VI, 4, 1: *Σικυώνιος Σώστρατος παγκρατιαστὴς ἀνήρ, ἐπίκλησις δὲ ἦν Ἀκροχερσίτης αὐτῷ* [cf. Suid. s. v. *ἀκροχειρίζεσθαι* et Ruhnk. ad Timaei lex. p. 19] *τὴν τετάρτην δὲ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν (πρώτην γὰρ δὴ ἐνίκησεν ὁ Σώστρατος ταύτην) οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι κτλ.*

779) *Ὀκτὼ Ἑλλανοδίκαι*] Testis est Pausanias V, 9, 5.: *πιεσθέντες δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων πολέμῳ μοῖράν τε ἀπέβαλον τῆς γῆς καὶ ὅσοι τῶν δήμων ἦσαν ἐν τῇ ἀποτμηθείσῃ χώρᾳ, καὶ οὕτως ἐς ὀκτὼ τε ἀριθμὸν φυλῶν* [scil. *ἐκ τῶν δώδεκα*] *ἐπὶ τῆς τετάρτης συνεστάλησαν Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς, καὶ Ἑλλανοδίκαι σφίσιν ἴσοι ταῖς φυλαῖς ᾑρέθησαν.* ,,*Quod ait Pausanias Eleos Olympiade CIV. ad octo tribus fuisse redactos, omissa parte aliqua terrae in bello cum Arcadibus gesto, cum Ol. CIII. adhuc decem tribus numerarentur, id arguit, Eleos pacis Antalcidae conditiones duras Ol. CII, ⅔. quidem reiecisse, et Scilluntem cum Triphyliis et Marganensibus retinuisse in sua potestate, sed tandem bello ab Arcadibus illato fuisse coactos αὐτονομίαν concedere oppidis et populis tribus nominatis.*" SCHNEIDER. ad Xenoph. Anabas. Epim. p. 471.

780) *Τιμοκράτης*] Archon Athenis Ol. CIV, 1. ex Diodoro XV. cp. 78. init. Meminerunt eius etiam Demosthenes Orat. in Onetor. I, 868. Dionys. ad Ammaeum II. p. 120, 44. Pseudo-Plut. Vitt. X. Oratt. Demosth. p. 844 C. 845 E. Schol. Aeschin. p. 755 Reisk.

781) *Δημοσθένης*] Dionysius Epist. ad Amm. II. p. 120 seq. (*Δημοσθένης*) *ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους δὲ λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. Καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος ὁ περὶ ἀτελειῶν.* Quae verba Scaliger sic scripta et distincta legisse videtur: *ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν· ἐπὶ δὲ Καλλιστράτου ἄρχοντος εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχοντος ἔτος ἔστιν αὐτοῦ κτλ.* Verum quamvis manifestum sit, quos Demostheni de publicis rebus peroranti Dionysius ascripserit annorum numeros corruptos esse [de qua re vid. not. 706.]: Archontis tamen nomen Callistrati quin cum prima a Demosthene habita concione recte sit comparatum, ob diserta aliorum testimonia [vid. not. 706. 825.] dubitari non potest. Sed Timocrate Archonte sive Olymp. CIV, 1., quo quidem anno sec. Dionysium XVII., sec. Libanium Prolegg. ad Olynth. p. 3. XVIII., sec. Pseudo-Plutarchum Vitt. X. Oratt. II. p. 844 C. XXI. annos habuit, quid egerit Demosthenes quaeritur. Quam rem, a Dionysio male omissam, ipse Demosthenes indicat in Onet. I, 868.: *ἔλαχον δὲ τὴν* [*κατ' Ἀφόβου*] *δίκην ἐπὶ Τιμοκράτους.* Confirmat Pseudo-Plutarchus l. l.: *τελειωθεὶς δὲ ἐλάττω παρὰ τῶν ἐπιτρόπων παραλαβὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἐπιτροπῆς ἐπὶ Τιμοκράτους ἄρχοντος, τρεῖς ὄντας, Ἄφοβον, Θηριππίδην, Δημοφῶντα ἢ Δημέαν.* Item Libanius l. l.: *ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἦν ὅτε πρὸς τούτους* [*τοὺς ἐπιτρόπους*] *ἠγωνίσατο.*

ἅπαντας, τὰς δὲ γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας ἐξηνδραπόδισαν[782]. Ἡλίου ἔκλειψις[783]. Πελοπίδας ὁ Θηβαίων στρατηγὸς κατὰ Ἀλεξάνδρου Φεραίων τυράννου μαχόμενος τὴν μὲν νίκην περιεποιήσατο, τὸν δὲ βίον ἀπέβαλε[784]. Κλέαρχος Ἡρακλείας τῆς ἐν Πόντῳ τυραννεύει ἐπ' ἔτη δώδεκα[785].

β. ΧΑΡΙΚΛΕΙΔΗΣ[786]. Ἡ περὶ Μαντίνειαν μάχη[787]. Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου θάνατος, ἐφ' ὃν Ξενοφῶν τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν κατέστρεψεν[788]. Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνεγράψατο, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας, καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων, κατέστροφε δὲ εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου τελευτήν. περιέβαλε δὲ πάσας σχεδὸν τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων πράξεις ἐν βίβλοις δώδεκα. Φίλιστος δὲ τὰ περὶ Διονύσιον τὸν νεώτερον ὧδε κατέστροφε, διελθὼν ἔτη πέντε ἐν βιβλίοις δυσί[789].

γ. ΜΟΛΩΝ[790]. Ταχὼς Αἰγυπτίων βασιλεὺς διὰ τῆς Ἀραβίας ἀνέβη πρὸς τὸν βασιλέα Ἀρταξέρξην[791]. Ἀρταξέρξης ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη μγ'[792]· Ἀγη-

---

782) *Οἱ Θηβαῖοι Ὀρχομενὸν*] Ex Diodoro XV, 79 extr. sub Olymp. CIV, 1. Dissentit Pausanias lib. IV, 27, 5., IX, 15, 3., cui si credis capta urbs et eversa fuerit ante Olymp. CIV, 1., quum Epaminondas abesset bello Thessalico, ut Pelopidam liberaret, occupatus. V. Clint. FF. HH. II. Append. XXII. p. 406 not. b. Kr.

783) *Ἡλίου ἔκλειψις*] Diodorus XV, 80 sub Olymp. CIV, 1.: *τοῦ δὲ Πελοπίδου ταχέως μετὰ τῆς δυνάμεως ἐξιόντος* [scil. ut auxilium ferret Thessalis, bello ab Alexandro, Pheraeorum tyranno, pressis] *συνέβη τὸν ἥλιον ἐκλιπεῖν.* Memorat defectionem illam solis etiam Plut. Pelop. p. 295 A. Accidit d. XIII. m. Iun. anni Iuliani 364. Cf. Dodwell. Ann. Xenoph. p. 286.

784) *Πελοπίδας ὁ Θηβαίων στρατηγὸς*] Auctor Diodorus lib. XV, 80 sub Ol. CIV, 1., ubi tamen *τὸν δὲ αὐτοῦ βίον ἀπέβαλε* scriptum est. Praeterea pro *ἀπέβαλε* nonnulli codices praebent *ἀπέλιπε*, quod praeeunte Wesselingio expressit Dindorfius. Huc fortasse pertinet, quod Hieronymus Alexandrum Pheraeum Olymp. CIV, 1. agnitum scribit.

785) *Κλέαρχος*] Refert Diodorus XV, 81 extr. sub Olymp. CIV, 4. Consentit Memnon ap. Phot. cod. CCXXIV. p. 704 XII. annos Clearchum, indignum illum Isocratis et Platonis discipulum (Isocr. epist. ad Timoth. p. 626), crudelissimam in patria sua exercuisse tyrannidem. Cf. Prolegg.

786) *Χαρικλείδης*] Summo apud Athenienses magistratu functus est Olymp. CIV, 2. ex Diodoro XV. cp. 82. in. Meminit eius Demosthenes Orat. in Mid. p. 572, item Pseudo-Plutarchus II. p. 845 E. Occurrit etiam in Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. n. X d, 150.

787) *Ἡ περὶ Μαντίνειαν μάχη*] Testes sunt locupletissimi Diodorus XV. cp. 85—88. et Xen. Hellen. VII, 5, 14 seqq. coll. Pseudo-Plutarch. l. l. Facta pugna est d. XII. m. Scirrhophorionis. Plut. II. p. 350 A: *τὴν δὲ δωδεκάτην τοῦ Σκιρροφοριῶνος ἱερωτάτην ἐποίησεν ὁ Μαντινιακὸς ἀγών.* De Xenophonte, messis tempus fuisse dicente, vid. Clint. FF. HH. II. p. 128 Kr. coll. Idel. Enchirid. Chronolog. I. p. 242.

788) *Ἐπαμινώνδου*] Egregium Epaminondae elogium eiusque mortis descriptionem exhibet Diodorus XV. cp. 87. seq. sub Olymp. CIV, 2. Mox cap. 89. med. sic pergit: *τῶν δὲ συγγραφέων Ξενοφῶν μὲν Ἀθηναῖος τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστροφεν ἐπὶ τὴν Ἐπαμεινώνδου τελευτήν.* De morte Epaminondae cf. Cic. Ep. famil. lib. V, 12. de finn. II, 30, Paus. IX, 15, Iustin. VI, 8. Corn. Nep. Epamin. fin.

789) *Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς — ἐν βιβλίοις δυσί*] Exponit Diodorus XV, 89 extr. sub Ol. CIV, 2: *Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων, κατέστροφε δ' εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην καὶ τὴν Ἐπαμεινώνδου τελευτήν· περιέλαβε δὲ πάσας σχεδὸν τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πράξεις ἐν βίβλοις δώδεκα· Φίλιστος δὲ τὰ περὶ Διονύσιον τὸν νεώτερον ὧδε κατέστροφε, διελθὼν ἔτη πέντε ἐν βίβλοις δυσίν.* De Anaximene et Philisto cf. Prolegg.

790) *Μόλων*] Atheniensium Olymp. CIV, 3. Archon ex Diodoro XV, 90. Meminit eius Demosth. Polycl. p. 1207, Dionysius Dinarch. II. p. 118, 43, Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X d, 81.

791) *Ταχὼς Αἰγυπτίων*] Diodorus XV, 92 sub Olymp. CIV, 3. auctor est, Tachum, Aegyptiorum regem, una cum plerisque Asiae satrapis bellum contra Persarum regem movisse, mox autem proditione eius, cui regnum mandasset, regno exutum ad Artaxerxem confugisse atque in gratiam fuisse receptum. Quod verum est atque Athenaei XIV. p. 616 D. et Aeliani VV. HH. V, 1. auctoritate confirmatur. Idem vero quod mortuo Artaxerxe Tachum ad Agesilaum redisse, huiusque virtute et prudentia regnum recuperasse affirmat, falsum id est manifesto. Rerum momenta bene sic expendit ad Diod. XV, 93 Wesselingius: „*Rex Agesilaus, Tacho deserto, sese ad Nectanebum adiunxit, cumque eodem tempore Mendesius quidam Aegypti regnum sibi vindicaret, et in Nectanebum inferret arma, illum, cui operam addixerat, defendit, victoque Mendesio, regem confirmavit, donis praeterea a Nectanebo egregiis auctus. Haec Plut. Ages. p. 618, consentienti-*

σίλαος ὁ Σπάρτης βασιλεὺς ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιὼν διὰ Κυρήνης, ἐτελεύτησε[793]).

δ. ΝΙΚΟΦΗΜΟΣ[794]). Διονυσόδωρος, καὶ Ἄναξις οἱ Βοιωτοὶ συγγραφεῖς τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατεστρόφασι τὰς συντάξεις[795]).

ΟΛ. ΡΕ. Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον[796]). Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν[797]).

α. ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΗΣ[798]). Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου κατέστροφε τὸν βίον[799]). Φι-

---

bus Xenophonte [Ages. II, 28, 31.] *et Nepote in Agesil. c. 8. et Polyaeno L. II, 1, 22. Posuit ergo pro Nectanebo Tachum, et in Mendesii eius locum Nectanebum. Conf. Cel. Iac. Perizon. ad Aelian. L. V, 1.*" — Caeterum qui Diodoro Ταχὼς appellatur, is Aristoteli Oecon. L. II. p. 507 est Τάος, Polyaeno III, 11, 5. Θάμως, Eusebio ap. Syncell. p. 77 B. Τέως, ap. Hieronym. p. 135. Theo, ap. Mai. p. 106. 344. Teus s. Teos. Idem inde ab Olymp. CII, 4 — CIII, 1. [Hieronym., ab Olymp. CIII, 1 — CIII, 2. Mai. Arm.] Aegypti regnum tenuisse dicitur ab Eusebio, cuius a Diodoro dissensum in regum Aegyptiorum successione iam saepius [v. nott. 639. 654.] notavimus. De Nectanebo cf. not. 850.

792) Ἀρταξέρξης] Artaxerxis mortem et Ochi auspicia Olymp. CIV, 3. assignat Diodorus XV, 93 init. A quo triennio fere discrepat Canon Regum astronomicus, qui initium Ochi ab XXI. Nov. a. Iul. 359. Olymp. CV, 2. repetit. Regnaverat igitur Artaxerxes Mnemon e Diodoro quidem XIII, 108. XV, 93, annos XLIII., sed e Canone XLVI. Magnopere autem annorum ei ascriptorum numerum caeteri quoque variant auctores, quorum Eusebius ap. Hieronym. p. 134 [inde ab Olymp. XCIII, 4 — CIII, 3.] et ap. Mai. p. 342 [inde ab Olymp. XCIV, 1 — CIII, 4.], edit XL. totidemque Syncellus p. 255 B. et Chron. Pasch. p. 166 C. Auctor, XLII. Clemens Alex. Strom. I. p. 331 C., LXII. Plutarchus Artax. cap. 30. Vid. Clint. FF. HH. II. Append. XVIII. p. 327 seq. et not. p. Kr. coll. Boeckh. ad Marm. Par. ep. 76. [C. I. Vol. II. p. 343.]

793) Ἀγησίλαος] Agesilaum, Proclidam, Olymp. CIV, 3. eodem anno, quo in Aegyptum expeditionem fecerit, decessisse auctor est Diodorus XV, 93. Qui tamen locus multis modis confusus est. Vid. not. 791. Mortuus est potius, ex Aegypto domum reversurus, Ol. CIV, 4. annos natus LXXXIV, quorum XXXVIII. [Plut. Ages. 40. perperam XLI. tradit] ei regno exegerat. Vid. Plut. l. l. Cf. Clint. FF. HH. II. Append. III. p. 229 Kr.

794) Νικόφημος] Atheniensium Olymp. CIV, 4. Archon ex Diodoro XV, 95. Meminit eius Dionysius II. p. 114, 5. 115, 44. 118, 44., item Demosthenes Steph. II. p. 1132 coll. Meurs. De Arch. Athen. II, 25. Macart. p. 1059, et Aeschines Timarch. p. 15, 28. De Schol. Aesch. p. 731, Nicophemo Archonte colonos in Samum missos tradente, vid. Boeckh. in Actt. Acad. Boruss. a. 1818. p. 86 coll. Clint. FF. HH. II. p. 142 Kr.

795) Διονυσόδωρος] Testis Diodorus XV, 95 extr., τῶν δὲ συγγραφέων Διονυσόδωρος καὶ Ἄναξις οἱ Βοιωτοὶ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν [Ol. CIV, 4.] κατεστρόφασι τὰς συντάξεις. In his Scaliger duplicem accusativum τὴν ἱστορίαν et τὰς συντάξεις ferri non posse arbitratus, leni correctione τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν scripsit, cum idem in simili verborum structura e Diodori lib. XIV. cp. 117. ad Ol. XCVIII, 2. repetita: Καλλισθένης τὴν σύνταξιν — — τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν non offendisset. Et habet profecto duplex accusativus, quo defendatur. Cf. Matth. Gr. §. 432. 5. ed. III. De Dionysodoro et Anaxi cf. Prolegg.

796) Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον] Testis Diodorus XVI, 2. init. cuius Πῶρον confirmat Africanus apud Euseb. Armen. P. I. p. 296 Auch. Apud Euseb. Scal. χρον. λογ. p. 41 nomen eius in Παῦρος, apud Paus. X, 2, 2 in Πρῶρος abiit. Utroque loco restitue Πῶρος.

797) Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι] Locus classicus de Hellanodicis extat apud Pausaniam V, 9, 5., cuius quae huc pertinent verba corrupta, sunt haec: πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν. Qui locus corruptelam traxit in numeris. Rettulerat enim paullo ante Pausanias ab Olympiade quinquagesima duo agonothetas fuisse, eundemque eorum, qui primum sint creati, Hellanodicarum numerum confirmant Hellanicus et Aristodemus ap. Schol. Pind. Olymp. III, 22. p. 95 Boeckh. Ergo Olymp. XXV. non patiemur nobis a Pausaniae librariis novem obtrudi. Scaliger mendum sic sibi sustulisse visus est, ut pro εἰκοστῇ scriberetur ἑκατοστῇ, quam coniecturam etsi adoptarit Meursius Lectt. Att. IV, 29, satis refellit Pausanias ipse, quippe qui ab Olymp. CIV. usque ad Olymp. CVIII. octo Hellanodicas fuisse statim post doceat. Quod posuerat Facius: πρώτῃ καὶ ἑκατοστῇ, assensum tulit Clavieri et Nibbii. Boeckhius vero, in not. 1. ad Schol. l. l. aut πέμπτῃ καὶ ἑξηκοστῇ aut πέμπτῃ καὶ ἐνενηκοστῇ corrigendum esse dicens, persuasit God. Hermanno in Diss. de quinque iudicibus poetarum p. 5. Opuscul. T. VII. p. 90. Vid. Kraus. Olymp. p. 127 not. 6.

798) Καλλιδημίδης] Archon Athenis Ol. CV, 1. Καλλιδημίδης teste Stesiclide apud Diog. Laërt. II, 56, ubi aliquot codd. Καλλιδήμου exhibent. Sed restituendum est cum Meursio de Archont. Athen. IV, 6 Καλλιμήδους. Quam nominis formam praebent Dionysius II, 115, 44, Diodorus XVI. cp. 2, Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X. c, 61 d, 99. Callimedes sine dubio etiam reddendus est Schol. Aesch. p. 755 Reisk., ubi vulgo legitur ἐπὶ Καλαμίωνος ἄρχοντος. Vid. Cors. FF. AA. T. I. p. 348 seq., Boeckh. de Archont. Pseudeponym. in Actt. Acad. Boruss. a. 1827. p. 130, Clint. FF. HH. II. p. 130 Kr.

λιππος Ἀμύντου διεδέξατο τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐπ' ἔτη κδ'[800]). *Θάσιοι ᾤκισαν τὰς καλουμένας κρηνίδας, ἃς μετὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς Φίλιππος πληρώσας οἰκητόρων Φιλίππους ὠνόμασε*[801]). *Θεόπομπος ὁ Χῖος τὴν ἀρχὴν τῶν περὶ Φίλιππον ἱστοριῶν ἐντεῦθεν ποιησάμενος γέγραφε βίβλους ὀκτὼ πρὸς ταῖς πεντήκοντα, ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσι*[802]).

p. 326 b. *β. ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣ*[803]). *Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος τοὺς Ἰλλυρίους ἐνίκησε.*

γ. ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΣ[805]). *Δίων Ἱππαρίνου υἱὸς ἐκ τῆς Σικελίας ἔφυγεν*[806]). *Ὁ πόλεμος τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς συμμάχους ὁ καλούμενος συμμαχικός*[807]). *Φίλιππος τὴν Ἀμφίπολιν ἐξεπολιόρκησε, καὶ τὴν Ποτίδαιαν, καὶ τὴν πόλιν Κρηνίδας οἰκητόρων πλήθει ἐπαυξήσας Φιλίππους ὠνόμασε. ἐκεῖ νόμισμα χρυσοῦν ἔκοψε τὸ ἀπ' ἐκείνου προσαγορευθὲν Φιλίππειον*[808]).

δ. ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ[809]). *Ἀλέξανδρος Φιλίππῳ ἐκ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη*[810]).

---

799) *Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου*] Testatur e Stesiclidis calculis Diog. Laërt. l. l. Sed obloquitur Xenophon ipse, Alexandri, Pheraeorum tyranni, necem memorans Hellen. VI, 4. 35 seq., quae sec. Diod. XVI, 14 contigit Olymp. CV, 4. vel [cf. not. 813.] Olymp. CV, 2. Vid. Wessel. ad Diod. XV, 76 extr. Clint. Fast. Hellen. II. p. 133, Krueg. de Xenophontis Vita §. 3. p. 28 seq. Vixit 90 annos amplius. Vid. Lucian. Macrob. 21. et Demetr. ap. Diog. II, 56.

800) *Φίλιππος*] Auctor Diodorus XVI, 2. Archonte Callimede: *Ἐπὶ δὲ τούτων* [Intell. Conss. Rom.] *Φίλιππος ὁ Ἀμύντου υἱός, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Πέρσας καταπολεμήσαντος πατήρ, παρέλαβε τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν.* Regnavit annos XXIV, secundum eundem Diodorum XVI, 1: *οὗτος γὰρ εἴκοσι μὲν καὶ τέτταρα ἔτη τῶν Μακεδόνων ἐβασίλευσεν.* XVI, 95 Archonte Pythodemo: *ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, ἄρξας ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς εἴκοσι.* Satyrus tamen in Philippi Vita ei XXII. dumtaxat regni annos concedit ap. Athen. XIII. p. 557 C., sed XXIII. Dexippus ap. Syncell. p. 263 ap. Euseb. Scal. p. 57, 36. et XXVI. adeo Eusebius. „*Inde collegeris eum minus quattuor et viginti annos regnasse. Inter Callimedem et Pythodemum Archontes fuere tres et viginti; et si circiter septimo Callimedis mense rex factus sit, tres et viginti annos et sex menses regnaverit: qua ratione Dexippus et Diodorus inter se concilientur, quum alter integros tres et viginti annos, alter quartum et vicesimum inchoatum dixerit.*" CLINTONUS in FF. HH. II. Append. IV. p. 243 Kr. Itaque Marm. Par. ep. 77. auctor, Philippi auspicia Olymp. CV, 4. assignans, non multum super biennium a vero discedit.

801) *Θάσιοι ᾤκισαν τὰς καλουμένας*] Auctor Diodorus XVI, 3. extr. ad Ol. CV, 1. Cf. Strabo, qui Excerptt. e lib. VII. fin. p. 228: *ὅτε*, inquit, *ἡ νῦν Φίλιπποι πόλις Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν.* Vid. nostra ad Ol. CV, 3. s. n. 808.

802) *Θεόπομπος ὁ Χῖος*] Diodorus XVI. cp. 3. ad h. a. De verbi *διαφωνοῦσι* significatione vid. Voss. Hist. Graec. I. cp. 7. p. 32. Caeterum cf. de Theopompo Prolegg.

803) *Εὐχάριστος*] Archon Athenis Ol. CV, 2. ex Diodoro XVI, 4. Meminit eius Dionysius Dinarch. II, 115, 44, item Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X. d, 155.

804) *Ὁ βασιλεὺς Φίλιππος*] Refert Diodorus l. l. sub Olymp. CV, 2.

805) *Κηφισόδοτος*] Archon Ol. CV, 3. Athenis ex Diodoro XVI, 6. Dionysius Archontem nostrum nunc II. Is. 105, 15. *Κηφισόδωρος*, nunc Is. II, 106, 8. Din. 115, 47. *Κηφισόδοτον* appellat. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 132. 135. Hanc formam praebet etiam Inscr. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. IV. b, 65, sed illam Marm. Par. ep. 76.: *Si marmoris lectionem incertam putes, potest Κηφισοδ[ότ]ου corrigi; nihil tamen mutavi, quod in Fastis, quos noster sequitur, archon huius anni potuit Κηφισόδωρος scriptus esse, etsi in recentioribus Diodori et Dionysii exemplis erat Κηφισόδοτος.*" BOECKHIUS. Cf. etiam Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. Vol. I. p. 353 n. 230, 7.

806) *Δίων Ἱππαρίνου*] Diodorus l. l. ad Ol. CV, 3. Res a Dione gestas, expensis temporum momentis, digessit Wesselingius ad Diod. l. l.

807) *Ὁ πόλεμος τῶν Ἀθηναίων*] Diodorus XVI, 7 ad Ol. CV, 3. Bellum coeptum est Cephisodoti anno exeunte, ante med. aestatem a. Chr. 357. Vid. Dionys. Lys. II, 85. 33. coll. Clint. FF. HH. II. p. 134.

808) *Φίλιππος τὴν Ἀμφίπολιν*] Diodorus XVI, 8 ad Ol. CV, 3. — Appianum tamen si audis Bell. Civil. IV. p. 1040, non *Κρηνίδας*, sed *Δάτον* Philippus instaurabat. [Exc. 228.] Qua de re vid. Wessel. ad Diod. l. l.

809) *Ἀγαθοκλῆς*] Archon Ol. CV, 4. Athenis ex Diodoro XVI, 9. init. Memorant eum Dionysius Dinarch. II, 115, 45. Lys. 85, 32. Demosthenes adv. Euerg. p. 1152, Pausanias X, 2, 2, Auctor Marm. Par. ep. 77., Inscript. Gr. apud Boeckh. Cp. Inscr. n. 230, 12. Vol. I. p. 353.

810) *Ἀλέξανδρος*] Testis est Solinus cp. 43., Alexandrum Philippi ex Olympiade filium, Ol. CV, 4. C. Fabio Ambusto C. Plautio Proculo Coss. in lucem editum esse. Aliorum de Alexandri natali sententias vid. ad Ol. CVI, 1. s. n. 820.

Οἱ Φωκεῖς καταλαμβάνουσι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν[811]. *Δίων εἰς Σικελίαν κατέπλευσε καταλύσων τὴν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου τυραννίδα*[812]. *Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης, καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν ἐδολοφονήθη*[813]. *Δημόφιλος ὁ Ἐφόρου ἱστοριογράφου υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον [ὑπὸ] τοῦ πατρός, ὀνομασθέντα δὲ ἱερόν, συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ, καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως*[814]. *Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βιβλίοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ*[815]. *Δίυλλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους κζ'*[816].

ΟΛ. ΡϚ. Πῶρος Μαλιεὺς στάδιον[817]. *Δέκα Ἑλλανοδίκαι κατέστησαν*[818].

α. ΕΛΠΙΝΗΣ[819]. *Ἀλέξανδρος ὁ μέγας κατά τινας ἐγεννήθη*[820]. *Τέλος τοῦ*

---

811) *Οἱ Φωκεῖς*] Pausanias X, 2. 2: *Τὴν δὲ τῶν Δελφῶν κατάληψιν ἐποιήσαντο οἱ Φωκεῖς, Ἡρακλείδου μὲν πρυτανεύοντος ἐν Δελφοῖς καὶ Ἀγαθοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατόν.* Vid. Diod. XVI. cp. 14. extr. coll. not. 822.

812) *Δίων εἰς Σικελίαν*] Auctor Diodorus XVI. cp. 9. init. sub Olymp. CV, 4. Dion Zacyntho proficiscitur post lunae defectionem, IX. Augusti d. a. a. Chr. 357. factam. Vid. Plut. Dion. 24. coll. Clint. FF. HH. II. p. 134. Cf. etiam Nepot. Dion. cp. 5. et Aelian. V. H. VI, 12.

813) *Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Φερῶν*] Diodorus XVI. cp. 14.: *κατὰ τὴν Ἑλλάδα Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη. οὗτοι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὡς τυραννοκτόνοι μεγάλης ἐτύγχανον ἀποδοχῆς· ὕστερον δὲ μετανοήσαντες — ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς τυράννους. — οἱ δὲ Ἀλευάδαι — προςελάβοντο Φίλιππον σύμμαχον τὸν Μακεδόνων βασιλέα. οὗτος δ' ἐπανελθὼν εἰς τὴν Θετταλίαν κατεπολέμησε τοὺς τυράννους.* Coniunxit Diodorus, uti solet, in unum annum, quae in plures erant distribuenda. Ita Philippus, Thessalos adiuvans contra Lycophronem, bellum gerere coepit Olympiadis demum CVI a. 4., uti ipse infra tradit Diodorus XVI, 35: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Λυκόφρονα τὸν Φερῶν τύραννον διεπολέμει βοηθῶν τοῖς Θετταλοῖς.* Atque Lycophronem et Pytholaum, tertium fratrem, quem Diodorus ante memorare omiserat, regno orbavit anno insequenti. Diodorus: *οἱ δὲ τῶν Φεραίων τύραννοι Λυκόφρων καὶ Πειθόλαος — τὰς μὲν Φερὰς παρέδοσαν τῷ Φιλίππῳ.* Hinc Diodorum probabile est trucidati quoque Alexandri tempus non satis accurate enotasse. Certe Xenophon Hell. VI, 4, 37. eius memor caedis est. Et tamen ille triennio ante hunc, in quo versamur, annum i. e. Olymp. CV, 1. mortem occubuisse dicitur Stesiclidi. Vid. not. 799. Accedit quod inde ab Olymp. CII, 4., quo anno tyrannidem Pheris exercere coepit Alexander [v. Diod. XV, 61], usque ad Olymp. CV, 4. non undecim, sed tredecim anni numerantur. Quae cum ita sint, Clintonus FF. HH. II. Append. XV. p. 301 Kr. decem annos integros undecimo inchoato eum regnum tenuisse cum Diodoro statuens, mortem eius Olymp. CV, 2. assignat, et inde usque ad Olymp. CV, 4. Tisiphonum, cuius obitum Diodorus memorare neglexit, imperitantem ponit. Qua ratione Diodorus Alexandri Pheraei mortem uno tantum anno posteriorem posuerit, quam per Stesiclidis de Xenophonte defuncto calculos liceat. Eundem Thessalicarum rerum expositionem ad hunc annum distulisse consentaneum est propterea, quod Philippi opes hoc anno in Thessalia praevalere coeperunt.

814) *Δημόφιλος*) Diodorus XVI, 14. Archonte Agathocle: *Δημόφιλος μὲν ὁ Ἐφόρου τοῦ ἱστοριογράφου υἱὸς τὸν παραλειφθέντα πόλεμον ὑπὸ τοῦ πατρός, ὀνομασθέντα δὲ ἱερόν, συντεταγμένος, ἐντεῦθεν ἦρκται ἀπὸ τῆς καταλήψεως τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ καὶ τῆς συλήσεως τοῦ μαντείου ὑπὸ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.* Cf. de Demophilo Prolegg.

815) *Καλλισθένης*] Idem Diodorus l. l. *Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα καὶ κατέστροφεν εἰς κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.* Cf. de Callisthene Prolegg.

816) *Δίυλλος*] Pergit Diodorus l. l.: *Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτά, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν.* Vid. de hoc quoque Prolegg.

817) *Πῶρος*] Stadii hac Olympiade victor sec. Diodorum XVI, 15 *Πῶρος Μαλιεύς*, sec. Africanum ap. Euseb. Scal. p. 41 *Πατρος Κυρηναῖος τὸ δεύτερον.* Videtur igitur Porus — hoc enim verum eius nomen est — domo Cyrenaeus post priorem, Ol. CV. partam, victoriam in Maliensium civitatem receptus esse. Vid. not. 796.

818) *Δέκα Ἑλλανοδίκαι κατέστησαν*] Pausanias V, 9, 5. auctor est, secunda a vigesima quinta Olympiade Hellanodicarum numerum evasisse decem. Sed locum corruptum iam not. 797. ad Ol. CV. tractavimus, ubi Scaligerum *πέμπτῃ καὶ ἑκατοστῇ* pro *πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ* reposuisse apparuit. Secundum hanc eius correctionem, minime, ut vidimus, probabilem, secunda ab Ol. CV. fuerit Ol. CVII. sive Ol. CVI.

819) *Ἐλπίνης*] Scaliger calami lapsu *Ἐλπίνους* pro *Ἐλπίνης* expresserat. *Ἐλπίνης* enim huius anni Archon audit Diodoro XVI. cp. 15. init.: *ἐπ' ἄρχοντος Ἐλπίνου.* Quam nominis formam confirmat

συμμαχικοῦ πολέμου[821]). Ὁ ἱερὸς πόλεμος συνέστη[822]). Ἡρόστρατος τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἱερὸν Ἀρτέμιδος κατέφλεξε[823]).

β. ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ[824]). Δημοσθένης γράφει πρῶτον τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος, καὶ πάλιν τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν[825]).

γ. ΔΙΟΤΙΜΟΣ[826]). Ὁ λόγος Δημοσθένους περὶ συμμοριῶν[827]). Τιμόθεος Μενεσθεῖ συστρατηγῶν ἐπὶ τῇ στρατηγίᾳ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἑάλω[828]). Φι-

---

Dionysius Din. II. p. 115, 45. Idem tamen in Lys. II. p. 85, 32. Ἐλπινίκην appellat, quam scripturam et praefert Sylburgius nec respuit Meursius Arch. Athen. IV. cp. 7. p. 154. Hic adeo apud Demosth. de Coron. p. 273. ἐπ' Ἐλπινίκου pro ἐπὶ Νικίου probante Dodwello reponere volebat. Sed illum Νικίαν Archontum numero omnino eximendum ostendit Boeckh. de Archontt. Pseudep. l. l. p. 139. Occurrit etiam in Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X. c, 150. 165. d. 57. 93. 127.

820) Ἀλέξανδρος] Ad hunc annum nos deducit Arrianus, qui De Expedit. Alexandr. VII, 28. Alexandrum Ol. CXIV. mortem obisse testatur, postquam annos triginta duo et octo menses explerit. Natus igitur fuerit Ol. CVI, 1. Consentit Eusebius [Hieronym., sed ad Olymp. CVI, 2. Maii Armeniacus ad Ol. CVI, 1. coll. Sync. p. 255 C.]. Item Plutarchus, qui quod Alex. cap. 9. Alexandrum annos XVI. eo habuisse tempore scribit, quo Philippus Byzantium oppugnaret, [v. Diod. XVI, 21.] Alexandri natalem profecto Ol. CVI, 1. constitutum habuit. Quamquam hic sibi non constat, cap. 3. Philippo, ἄρτι Ποτίδαιαν ᾑρηκότι, nuncium de Alexandro nato allatum esse dicens. Atqui Potidaea capta est, Diodoro XVI, 8, si credimus, Ol. CV, 3., proinde ut Alexander anno superiori, Olymp. CV, 4. quo eum etiam natum affirmavit Solinus [v. n. 810.], lucem aspexisse putandus sit. Idem Plutarchus etiam diem Alexandri natalem definit cap. 3: ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν [cf. not. 823.] ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. Verum errat in mense Macedonico ad mensem Atticum applicando. Neque enim Hecatombaeon respondet Loo, sed Boëdromion [Cf. Ideler. Enchir. chronol. I. p. 406 et in Actt. Acad. Boruss. a. 1820. p. 206 et Boeckh. in Append. ad Commentat. de Midiana orat. Demosth. Actt. Acad. Boruss. 1818. p. 95 not.], cuius d. VI. secundum cyclum Metonicum fuerit d. XIX. Septembris.

821) Τέλος τοῦ συμμαχικοῦ] Auctor Diodorus XVI. cp. 22. extr. sub Olymp. CVI, 1. Facta post tres belli annos pax videtur media aestate a. a. Chr. 355. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 136.

822) Ὁ ἱερὸς πόλεμος] Diodorus secum pugnare videtur, qui quum lib. XVI. cp. 23. bellum, quod vocant, sacrum, Ol. CVI, 2. ortum, indeque per annos IX. gestum esse dixisset, paullo infra cp. 50. init. illud Ol. CVIII, 3., postquam annos X. duraverit, finitum esse tradit. Quam quidem discrepantiam quum animadvertisset Scaliger, sic componendam iudicavit, ut bellum non secundo, sed primo Ol. CVI. anno exarsisse sumeretur, eamque ipsam coniecturam hoc loco nobis proposuit. Cui noli fidere. Neque enim dubium, quin Diodorus XVI, 50 bellum annos X. durasse eo sensu scripserit, ut anno decimo compositum esse intelligeretur: id quod etiam diserte referunt Aeschines in Ctesiph. p. 74 et Athenaeus XIII. p. 560 B., item Pausanias X, 2, 2, qui tamen a Diodoro eatenus dissidet [cf. not. 811.], quod belli sacri initium in Olymp. CV, 4., finem vero in Ol. CVIII, 1. confert. Quae rectior est temporis notatio, e Diodoro ipso XVI, 14 certe Callisthenis, Demophili, Diylli fide confirmanda.

823) Ἡρόστρατος] Eadem nocte, qua natus est Alexander Magnus, templum Ephesiae Dianae celeberrimum combustum est, sacrilega gloriae cupiditate Herostrati. Auctores Plutarchus vit. Alex. cap. 3., Cicero De Nat. Deor. II, 27. §. 69. De Divinat. I, 23, 47, Valerius Maximus VIII, 4, 4, Solinus cp. 40. Cf. Strabo XIV. p. 440, 52.

824) Καλλίστρατος] Archon Athenis Ol. CVI, 2., ex Diodoro XVI, 23. Occurrit idem apud Dionys. Dinarch. II. p. 115, 45. 119, 19, ad Amm. II. p. 120, 45. 121, 1. et in Marmor. Par. ep. 78. Cf. Boeckh. Corp. Inscr. Gr. I, p. 129 n. 90, 2 Monumm. Navv. V. d, 50. Hunc Callistratum cum oratore eundem putat Ruhnk. Hist. Crit. Oratt. Gr. p. LIX. De qua re dubius haeret Clintonus FF. HH. II. p. 136. Cf. Niebuhr. in Actt. Acad. Boruss. a. 1804—1811. p. 93 seq.

825) Δημοσθένης] Testis est Dionysius ad Amm. l. l. Caeterum cf. not. 706.

826) Διότιμος] Praeturam gessit Athenis Ol. CVI, 3. ex Diodoro XVI. cp. 28. Mentionem eius facit Dionysius Dinarch. II, 115, 45. 119, 19. ad Amm. II, 121, 2. et Inscr. Gr. apud Boeckh. Cp. Inscr. n. 231, 6. Vol. I. p. 354. Monumm. Nav. V. d, 5. 60.

827) Ὁ λόγος Δημοσθένους] Testis Dionysius ad Amm. l. l.: ἐπὶ δὲ Διοτίμου τοῦ μετὰ Καλλίστρατον, ἐν Ἀθηναίοις πρώτην εἶπε δημηγορίαν, ἣν ἐπιγράφουσιν οἱ τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξαντες „περὶ τῶν συμμοριῶν". Cf. Orat. de Symmoriis cum Amersfordtii comm. in Schaefer. App. Crit. I. p. 718. Boeckh. Oecon. civ. Ath. II. p. 105 sqq. Iacobs Demosthenes Staatsreden (Lips. 1833. 8.) p. 10—12.

828) Τιμόθεος Μενεσθεῖ] Tradit Dionysius Dinarch. II. p. 119, 15: Ὑπὲρ ἀντιδόσεως, Μεγακλείδῃ· „Εἰ μὲν ἔδει, ὦ ἄνδρες, πρὸς τρεῖς ἢ τέτταρας". ὁ μὲν λέγων ἐστὶν Ἀφαρεύς. ἔξω δὲ πιστῶν Δεινάρχου λόγων (ἔξω δὲ τῆς τῶν Δεινάρχου λόγων ἡλικίας edid. Reisk.). εἴρηται γὰρ ἐπὶ τοῦ στρατηγοῦ Τιμοθέου ζῶντος, κατὰ τὸν χρόνον τὸν τῆς μετὰ νεμεσθέσεως [νεμέσεως aut νεμεσήσεως

λόμηλος ὁ Φωκεύς, ὁ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν καταλαβών, ἑαυτὸν κατεκρήμνισε[829]). Φίλιππος Μεθώνην ἐπολιόρκησε[830]). Λεύκων ὁ τοῦ Βοσπόρου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη μ΄. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ παῖς Σπάρτακος ἐβασίλευσεν ἔτη ε΄[831]).

δ. ΘΕΟΔΗΜΟΣ. οἱ δὲ ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ[832]). Ὁ κατὰ Τιμοκράτους λόγος Δημοσθένους, καὶ ὁ δημηγορικὸς περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας[833]). Ἡ εἰς Πύλας Ἀθηναίων ἔξοδος[834]). Φίλιππος Μεθώνην ἐκπολιορκήσας, καὶ διαρπάσας κατέσκαψεν, ὅτε εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγεὶς τὴν ὅρασιν διεφθάρη[835]). Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη κδ΄. τὸν δὲ διαδεξαμένη p. 327 a.
Ἀρτεμισία ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἦρξεν ἔτη δύο[836]). Κλέαρχος ὁ Ἡρακλείας τύ-

---

ex Arist. Schol. et Suid. s. v. *Τιμόθεος* restituens Sylburgius a vero longissime deflexit. *Μενεσθέως* felicissime Valesius ad Harpocrat. ed. Lugd. a. 1683. p. 137 et Wesselingius ad Diod. XVI, 21 correxerunt, cuius laudem emendationis etiam Scaligero nota superscripta vindicat.] *στρατηγίας, ἐφ' ᾗ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν ἑάλω. Τιμόθεος δὲ τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκεν ἐπὶ Διοτίμου, τοῦ μετὰ Καλλίστρατον· ὅτε καὶ* [*ἐτελεύτησεν* supplet Clint. FF. HH. II. p. 140] Vid. Nep. Timoth. 3. coll. Clint. l. l. p. 138.

829) *Φιλόμηλος*] Auctor Diodorus XVI. cp. 31. med. ad Ol. CVI, 3. De Philomeli obitu conf. Paus. X, 2, 2. et Phil. apud Euseb. Praep. Evang. VIII, 14. p. 392 D.

830) *Φίλιππος Μεθώνην*] Diodorus XVI, 31. Diotimo Archonte: *Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Μεθώνην μὲν ἐκπολιορκήσας καὶ διαρπάσας κατέσκαψε, Παγασὰς δὲ χειρωσάμενος ἠνάγκασεν ὑποταγῆναι.* Eodem lib. XVI. cap. 34. extr. sub anno insequenti repetit: *Φιλίππος δ' ὁρῶν τοὺς Μεθωναίους ὁρμητήριον παρεχομένους τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις ἑαυτοῦ, πολιορκίαν συνεστήσατο — ἐν δὲ τῇ πολιορκίᾳ ταύτῃ συνέβη τὸν Φίλιππον εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πληγέντα τοξεύματι διαφθαρῆναι τὴν ὅρασιν.* Quae verba ad Ol. CVI, 4. ascripsit Scaliger. Posterior temporis assignatio verior videtur. Vid. Demosth. Olynth. I, 9. p. 11 §. 12. p. 12 IV, 35. p. 50.

831) *Λεύκων ὁ τοῦ Βοσπόρου*] Tradit Diodorus XVI. cp. 81. sub Ol. CVI, 3. ad quem locum vid. Wessel. coll. Prolegg.

832) *Θεόδημος· οἱ δὲ Εὐθύδημος*] Appellat quidem huius anni Archontem *Θεόδημον* Dionysius ad Amm. II, 121, 7. Sed Archontum catalogus ab eodem Dionysio in Din. II, 115, 46 collocatus, nominis formam eandem quam Diodorus XVI. cp. 32. init. edit *Εὔδημος*. Et sic pro *Εὐθύδημος*, qui huc non pertinet, scribere debebat Scaliger. Quamquam animadvertendum sane, etiam in aliis hominibus, veluti in classis Atticae praetore, a Thucydide oblato VII, 16, codices *Εὐθύδημος* inter et *Εὔδημος* variare. Corsinus F. Att. ad Ol. CVI, 4. *Εὔδημον* probat. Sed *Θεόδημος* praestare Inscriptiones Graecae evincunt apud Boeckh. Cp. Inscr. n. 230, 13. Vol. I. p. 353. Monumm. Nav. V. d, 63, quae dialecto Atticae convenientius nomen *Θούδημος* praebent. Eadem lege *Θουκλῆς* pro *Θεοκλῆς* scripsit Thucydides III, 80. 91., VII, 16.

833) *Ὁ κατὰ Τιμοκράτους*] Testis Dionysius ad Amm. II, 121, 7: *Ἐπὶ δὲ Θεοδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρχοντος, τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε* (scil. *ὁ Δημοσθένης*) *Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην καὶ τὸν περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικόν, ὃν αὐτὸς ἀπήγγειλε.*

834) *Ἡ εἰς Πύλας Ἀθηναίων*] Expressit Scaliger verba Dionysii in Dinarch. II, 119 init., quae quum illi emendatione egere viderentur, duas adhibuit coniecturas, quarum neutram admitti posse demonstrabimus. Verba haec sunt e Dinarchi de nomine ad Boeotum oratione ascripticia: *μέμνηται γὰρ ὡς νεωστὶ τῆς εἰς Πύλας ἐξόδου γεγενημένης· ἡ δ' εἰς* *) *Ἀθηναίων ἔξοδος ἐπὶ Θουμήδου ἄρχοντος ἐγένετο, τρισκαιδέκατον ἔτος Δεινάρχου ἔχοντος.* Quo loco quod Scaliger inter *εἰς* et *Ἀθηναίων* ex praecedentibus verbum *Πύλας* inserendum iudicavit, non perspexit, illo quoque loco *Πύλας* perperam edi. Utroque enim loco *Ταμύνας* scribendum est. Vid. Cors. FF. AA. T. I. p. 138 IV. p. 30, Boeckh. Oecon. civ. Ath. II. p. 61 sqq. et Comm. de Demosth. Orat. Midian. in Actt. Acad. Boruss. 1818. p. 84. 85. Classis hist. coll. Weisk. de hyperbole errorum in hist. Phil. commiss. genitrice p. 37. Deinde falsus etiam in eo est, quod Thumedum Archontem cum Eudemo aut Thudemo nostro unum eundemque esse statuit. In quem errorem non incidisset, si alteram, quam Dionysius addidit, temporis significationem accuratius considerasset. Dicit enim Thumedo archonte Dinarchum annum aetatis tertium decimum egisse. Atqui natus est Dinarchus eodem teste Dionysio (II, 118, 44.) circa Nicophemi praeturam Ol. CIV, 4. Incidit igitur eius aetatis annus XIII, in Ol. CVIII, 1., quo anno Athenis praeturam gessit Theophilus. Ac profecto expeditionem illam Tamynensem Ol. CVIII. Archonte Theophilo, quem pro Thumedo substituit, factam censet Corsinus l. l., probante Wolfio Prolegg. ad Dem. Lept. p. CX. annot. Boeckhius Ol. CVI, 3. assignat, Dionysium ille errasse perhibens l. l. p. 85. Vid. not. 856. Clintonus denique FF. HH. II. p. 142 sqq. Ol. CVII, 3. attribuit: — *Θεσσάλου ἄρχοντος —, ἑνδέκατον ἔτος Δεινάρχου ἔχοντος.* Vid. Krueg. ad Clint. l. l.

835) *Φίλιππος Μεθώνην*] Auctor Diodorus XVI. cp. 34. sub Olymp. CVI, 4. Cf. not. n. 836.

836) *Μαύσωλος ὁ Καρίας δυνάστης*] Ex Diodoro XVI, 36 sub eodem hoc anno: *Μαύσωλος ὁ*

ραννος, Διονυσίων ὄντων, ἐπὶ θέαν βαδίζων ἀνηρέθη, ἄρξας ἔτη ιβ'[837]). τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Τιμόθεος ἐβασίλευσεν ἔτη ιε'[838]). Κατὰ τὴν Σικελίαν Ἱππαρῖνος ἀνακτησάμενος τὴν πατρῴαν δυναστείαν ἦρξεν ἔτη δύο[839]).

ΟΔ. ΡΖ. Σμικρίνας Ταραντῖνος στάδιον[840]).

α. ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ[841]). Ὁ κατὰ Ἀριστοκράτους Δημοσθένους λόγος[842]). Εἰς Σάμον κληροῦχοι ἀπεστάλησαν ὑπὸ Ἀθηναίων, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει[843]). Αἱ Φεραὶ παρεδόθησαν Φιλίππῳ[844]).

β. ΘΕΣΣΑΛΟΣ· οἱ δὲ ΘΕΕΛΛΟΣ[845]). Ἡ περὶ Ῥοδίων Δημοσθένους δημηγορία, ἐν ᾗ πείθει τοὺς Ἀθηναίους καταλῦσαι τὴν ὀλιγαρχίαν αὐτῶν, καὶ τὸν δῆμον ἐλευθερῶσαι[846]). Ὦχος τὴν Αἴγυπτον, καὶ Κύπρον, καὶ Φοινίκην ἀνεκτήσατο[847]). Οἱ Σιδώνιοι ὁρῶντες τὴν ἑαυτῶν πόλιν καὶ τὰ τείχη ὑπὸ τοῦ Περσικοῦ στρατοῦ κατειλημμένα, συγκλείσαντες ἑαυτούς, καὶ τὰ τέκνα, καὶ γυναῖκας εἰς τὰς οἰκίας, ἐνέπρησαν ὥστε ὅλην τὴν πόλιν πυρὶ ἀφανισθῆναι,

---

Καρίας δυνάστης ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη εἴκοσι τέτταρα, τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἀρτεμισία ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνή, ἐδυνάστευσεν ἔτη δύο. Mausolum Olymp. CVII, 2. non amplius fuisse inter vivos, confirmat Demosthenes Orat. de Rhod. Libert. p. 198, quam Thessalo Archonte recitavit [v. not. 846.]: οὐδὲ Μαύσωλον ζῶντα οὐδὲ τελευτήσαντος ἐκείνου. Caeterum cf. not. 716. coll. Prolegg.

837) Κλέαρχος ὁ Ἡρακλείας τύραννος] Testis Diodorus XVI, 36. cf. Memnon apud Phot. Bibl. cod. CCXXIV. p. 705: ἔθυε μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος, et Iustin. XVI, 5. Cf. Prolegg.

838) τὴν δὲ ἀρχὴν] Ex eodem Diodori loco. Omisit autem Diodorus regnum indicare Satyri, Timothei patrui et tutoris, qui, priusquam Timotheus Clearcho succederet, eius nomine Heracleae praefuit. Vid. Isocr. ad Timoth. Epist. p. 624, Memnon ap. Phot. cp. 3. et 4., Iustin. l. l. coll. Prolegg.

839) Κατὰ τὴν Σικελίαν] Ex Diodoro lib. XVI. cp. 36. extr. ad Olymp. CVI, 4. Fuit autem Hipparinus, non, uti Palmerius efficit Diod. l. l. corrigendo, Dionis, sed Dionysii filius, Dionysii minoris germanus, uti luculenter demonstrat Wesselingius ad Diod. l. l. Consentit Hieronymus ad Olymp. CVI, 4.: *Hipparinus, Dionysii filius, Syracusis tyrannidem exercet.* A quo unius anni metachronismo discedunt Mai Armeniaca coll. Syncell. p. 260 A.

840) Σμικρίνας Ταραντῖνος] Auctores Diodorus XVI. cp. 37. init. et Africanus apud Euseb. χρον. λογ. p. 42, quorum quod hic eum Μικρίναν appellat, nihil interest, ut σμικρὸς et μικρός, σμάραγδος et μάραγδος, σμήρινθος et μήρινθος, promiscue usurpata, probant.

841) Ἀριστόδημος] Atheniensium Archon Ol. CVII, 1. ex Diodoro XVI, 37. Memoratur a Dionysio in Dinarch. II, 115, 46. 118, 39. Ep. ad Amm. II, 121, 9.

842) Ὁ κατὰ Ἀριστοκράτους] Dionysius Ep. ad. Amm. l. l. Μετὰ δὲ Θεύδημον ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων, ἐφ' οὗ τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο καὶ λόγους ἐν τῷ δήμῳ διέθετο περὶ τῆς ἀποστολῆς ξενικοῦ στρατεύματος καὶ τῶν δέκα Γαδικῶν τριήρων εἰς Μακεδονίαν. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν κατ' Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ τῷ διώκοντι παρανόμων τὸ ψήφισμα.

843) Εἰς Σάμον κληροῦχοι] Philochori verba servavit Dionysius in Dinarch. II, 128, 38: Πρὸς Πεδιέα παραγραφή. Κατὰ τὸν νόμον τοῦτον. οὗτος ὁ λόγος εἴρηται ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ λόγου γίνεται δῆλον. οἱ μὲν γὰρ εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει. [Philoch. Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 73] Scholiasta tamen Aesch. p. 731 Reisk. colonos ab Atheniensibus in Samum insulam missos ad Olymp. CIV, 4. refert. Neutrum nec Philochori nec Scholiastae testimonium spernendum dicit Boeckhius in Actt. Acad. Boruss. a. 1818. p. 86. Sed idem Diodorum iure reiicit, qui coloniam Olymp. CIII, 3. deductam indicans XVIII, 18 falsus est manifesto. Cf. Wessel. ad Diod. l. l., Cors. FF. AA. T. IV. p. 27, Boeckh. cum loco laudato tum Oecon. civ. Athen. I. p. 460, Panofka Res Samior. p. 97, Clint. FF. HH. II. p. 142.

844) Αἱ Φεραὶ παρεδόθησαν] Refert Diodorus XVI. cp. 37. med. ad Ol. CVII, 1.: οἱ δὲ τῶν Φεραίων τύραννοι Λυκόφρων [qui inde ab Olymp. CV, 4. regnaverat v. not. 813.] καὶ Πειθόλαος μετὰ τὴν Ὀνομάρχου τελευτὴν ἔρημοι συμμάχων ὄντες, τὰς μὲν Φερὰς παρέδοσαν Φιλίππῳ, αὐτοὶ δ' ὑπόσπονδοι γενόμενοι συνήγαγον τοὺς μισθοφόρους ὄντας δισχιλίους, καὶ μετὰ τούτων φυγόντες πρὸς Φάϋλλον συνεμάχουν τοῖς Φωκεῦσιν.

845) Θέσσαλος· οἱ δὲ Θέελλος] Magnopere variant in huius Archontis nomine veterum codices, quandoquidem Diodorus XVI. cp. 40. in. Θέσσαλον [ed. Basil. Θεσσαλὸν] nunc Dionysii autem Codd. Mss. Dinarch. II, 116, 44. Θέλλον, nunc ad Amm. 121, 12. Θέελλον, nunc Din. p. 115, 44. Θεσσαλὸν appellant. Quarum postrema mihi placet et scriptura et pronunciatio. Wesselingius in Diodoro Θεσσάλου, L. Dindorfius Θεττάλου edidit.

846) Ἡ περὶ Ῥοδίων] Testis Dionysius Ep. ad Amm. II, 121, 12: Ἐπὶ δὲ Θεέλλου τοῦ μετὰ Ἀριστόδημον, τὴν περὶ Ῥοδίων ἀπήγγειλε δημηγορίαν ἐν ᾗ κτλ. uti supra.

847) Ὦχος τὴν Αἴγυπτον] Tradit Diodorus XVI, cp. 40. med. ad Ol. CVII, 2.

καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ πυρὸς διαφθαρέντας γεγονέναι ὑπὲρ τετρακισμυρίους[848]). Ἀρτεμισία ἡ Καρίας δυναστεύουσα μετήλλαξε. Τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Ἰδριεὺς ὁ ἀδελφὸς ἦρξεν ἔτη ζ′[849]).

γ. ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ[850]). Νεκτανεβὼς βασιλεὺς Αἰγύπτου ἀπογνοὺς τὴν βασιλείαν, τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων ἀναλαβὼν ἔφυγεν εἰς Αἰθιοπίαν[851]). Ἀρταξέρξης πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον παρέλαβε[852]).

δ. ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ Περγασῆθεν[853]). Σπάρτακος ὁ τοῦ Πόντου βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ε′. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Παρυσάδης

---

848) *Οἱ Σιδώνιοι ὁρῶντες*] Testis Diodorus lib. XVI. cp. 45. med. ad Ol. CVII, 2.: *Ἐπειδὴ δὲ τὴν πόλιν ἑώρων [οἱ Σιδώνιοι] καὶ τὰ τείχη κατειλημμένα καὶ πολλαῖς μυριάσι στρατιωτῶν περιεχόμενα, συγκλείσαντες ἑαυτοὺς καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν κτἑ.* Hieronymus demum sub Olymp. CVIII, 1.: annotat: *Ochus Sidonem subvertit.* Ad quem locum facete Scaliger in Animadvv. p. 125 a: *Non opus fuit subvertere, nam tota flammis conflagravit.* Cf. Syncell. p. 256 A.

849) *Ἀρτεμισία ἡ Καρίας*] Tradit totidem fere verbis Diodorus XVI. cp. 45. extr. sub Ol. CVII, 2.

850) *Ἀπολλόδωρος*] Archon Athenis Ol. CVIII, 3. ex Diodoro XVI. cp. 46. Meminit eius Dionysius in Din. II. p. 115, 46. 116, 10, item Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. Vol. I. p. 353. n. 230, 8. Cf. not. ad Ol. CI, 3.

851) *Νεκτανεβὼς βασιλεὺς*] Tradit totidem verbis Diodorus XVI, 51 med. ad Ol. CVII, 3. *Ἐν δὲ τῇ Μέμφει διατρίβων ὁ βασιλεὺς Νεκτανεβὼς καὶ θεωρῶν τὴν τῶν πόλεων ὁρμήν, οὐκ ἐτόλμησεν ὑποστῆναι τοὺς ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας κινδύνους. ἀπογνοὺς οὖν τὴν βασιλείαν καὶ τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων ἀναλαβών, ἔφυγεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν.* Consentit Manetho ap. Eusebium Hieronymi ad Olymp. CVII, 3. [Olymp. CVIII, 1. Mai. Arm. coll. Syncell. p. 256 A.]: *Ochus Aegyptum tenuit, Nectanebo in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorum regnum destructum est. Huc usque Manetho.* Superiori anno expugnationem nondum absolutam fuisse Demosthenes significat pro Rhod. Libert. p. 191: *Θαυμάζω ὅτι τοὺς αὐτοὺς ὁρῶ ὑπὲρ μὲν Αἰγυπτίων τἀναντία πράττειν βασιλεῖ τὴν πόλιν πείθοντας, κτλ.* Regnaverant autem liberi in palustribus Aegypti locis reguli annos LXV. ab Olymp. XCI, 3. usque ad Olymp. CVII, 3. [Hieronym., ab Olymp. XCII, 2. usque ad Olymp. CVIII, 1. Mai. Arm., utroque annumerato. Vid. Syncell. p. 77 A. seq. p. 256 D. seq. coll. Clint. FF. HH. II. Append. XVII. p. 328 seq. cum not. v. Kr.] Quorum in regnis digerendis Eusebii textus et Hieronymianus et Armeniacus plus uno loco confusus est. Ut in postrema Tebennytarum dynastia subsistam, eius in priori quidem libro tres fuisse reges ait Eusebius Maii Armeniacus p. 106, quorum primo Nectanebidi I. X., secundo Theo. II., tertio Nectanebidi II. VIII. regni annos attribuit. Cf. Eus. ap. Sync. p. 77 D. Sed ubi in altero libro nomina cum temporibus comparantur, unus tantummodo Nectanebus prodit, eiusque regnum non per VIII. aut X., sed per XIX. annos, inde ab Olymp. CIII, 3 — CVIII, 1., pertexitur, addito verbo *adhuc* plane prodigioso, cum antea nulla in laterculis eius mentio facta sit. Hieronymus autem Nectenebim quidem per XVIII. annos imperasse [inde ab Ol. XCVIII, 2 — CII, 3.], eique interiecto Thei biennio, Nectanebum successisse scribit, huius tamen regnum per annos item XVIII. [inde ab Olymp. CIII, 2, — CVII, 3.] continuat sec. African. ap. Syncell. p. 77 B. Syncellus ipse p. 257 A., expuncto Thei successore, solum *Νεκτανέβην* agnoscit eiusque imperio annos VIII. concedit. Similiter in Nephereo erratum esse supra not. 654. notavimus. Quibus in tenebris quis lucem pervideat? Hoc tamen certum videtur, fuisse duos reges diversos similis nominis, quorum in priori formam in EBIS praeferunt Hieronymi et Diodori XV, 42 sub Olymp. CI, 3. codices. Illi enim Nectenebis, huic *Νεκτάνεβις* est. Et sic eum etiam Eusebius ap. Syncell. p. 77 D appellat sec. Paris. cod. A. Solus Syncell. p. 257 A., praeeunte ap. ipsum p. 77 Africano, *Νεκτανέβης* praebet. — Alterum Hieronymus vocat Nectanebum, Nepos Ages. VIII, 6. Chabr. II, 1. Nectanabin, Africanus ap. Syncell. p. 77 B., et Eusebius ap. eund. p. 77 D. *Νεκτανεβόν*, Diodori et Polyaeni Strateg. II, 1, 22. libri mss. XV, 92. 93. XVI, 41. 47. 48. alii *Νεκτανεβώ*, alii *Νεκτενυβώ*, Sotion denique ap. Diog. VIII, 87 et Plutarchus Ages. I. p. 817 B. *Νεκτάναβιν*, ex quo qui in Laconic. eiusd. Plut. Apophth. II. p. 214 A. offertur *Νεκτάβιος* corruptus est. Eusebius Maii Armeniacus p. 106 eodem utrumque nomine Nectanebim insignit, sed p. 345 posteriorem bis vocat Nectanebum. Habuerit igitur hic in ultima nominis syllaba U, in tertia aut A aut E.

852) *Ἀρταξέρξης πᾶσαν*] Meminit rei Diodorus XVI. cp. 51. ad Ol. CVII, 3.

853) *Καλλίμαχος Περγασῆθεν*] Archon Athenis Ol. CVII, 4. ex Diodoro XVI, 52. Fuit autem oriundus e Pergasa, Erechtheidis tribus demo (Meurs. de pop. Att. p. 101), teste Philochoro apud Dionys. ad Amm. II, 122, 33. De Philochori ratione, Archontes addito demi nomine [cf. Ol. CX, 1. et 2.] accuratius designandi cf. Boeckh. De Disposit. Atthid. Phil. in Actis Acad. Boruss. 1832. Class. Hist. p. 22 et in Dissert. de Archontt. pseudepon. ibid. a. 1828. Cl. hist p. 152. Patuit tamen illa ratio altius etiam quam sibi persuasit Vir Summus. Cf. Diod. XX, 27. Olymp. CXVII, 4. et Pseudo-Plut. Vit. X. Oratt. Isocr. II. p. 836 E. — Meminit Callimachi nostri Dionysius in ead. Ep. p. 121, 14. 122, 32. 123, 4. in Dinarch. p. 115, 46, Athen. V, 18. p. 217 B., Pseudo-Plut. Vit. X. Oratt. p. 845 D, Inscr. Gr. ap. Boeckh. C. I. Vol. I. p. 246 n. 155, 9. Monumm. Nav. IX. c, 25.

ἦρξεν ἔτη λη'[854]). *Φιλόχορος ἐν ς' βιβλίῳ τῆς Ἀτθίδος· Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πεμψασιν, οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο, καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς μὲν δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν. Πάλιν· περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θράκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ, καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις, καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησε. καὶ μετ' ὀλίγα· Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ δεομένων, μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν*
p. 327 b. *μὴ ξενικήν, ἀλλὰ αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους, καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός*[855]). *Ὁ κατὰ Μειδίου λόγος Δημοσθένους*[856]).

ΟΛ. ΡΗ. Πολυκλῆς Κυρηναῖος στάδιον[857]). *Οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν*[858]).

α. ΘΕΟΦΙΛΟΣ· οἱ δὲ [ΘΕΟΜΝΗΤΟΣ][859]). *Φίλιππος κρατεῖ τῆς Ὀλυνθίων*

---

854) *Σπάρτακος ὁ τοῦ Πόντου*] Diodorus XVI, 52 extr. mortem Spartaci, quem Spartocum potius scribendum docent tituli ap. Boeckh. C. I. Vol. I. n. 107. p. 147. Introd. ad Vol. II, 12. p. 91, ad Ol. CVII, 4. refert. Codices, quos Scaliger et Wesselingius secuti sunt, successorem eius *Παρυσάδην* appellant; pro quo Dindorfius, praeeunte Angelo Cospo, dedit *Παρισάδης*. Sic vocatur etiam a Strabone VII. p. 214, 40, Polyaeno VII, 37, ubi pro Bosporo Pontus nominatur sicut Diod. l. l. cf. XX, 22. 23. 24., *Παρεισάδης* a Demosthene Or. in Phorm. p. 545. Occurrunt praeterea apud veteres *Βηρισάδης* et *Βιρισάδης* formae. At unice vera scriptura est *Παιρισάδης*, uti ex Nummis et Inscriptionibus cognoscitur. Cf. Wessel. ad Diod. l. l. et Boeckh. C. I. Vol. II. n. 2104. n. 2117. 2118. 2119. bis. coll. Introd. II, 12. p. 92. Vid. etiam Clint. FF. HH. II. Append. XIII. p. 296 seq. Kr. coll. Prolegg.

855) *Ὀλυνθίοις — — — τοῦ στόλου παντός.*] Philochori verba [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebelis p. 73 seq.] servavit Dionysius Ep. ad Amm. II. p. 122, 33 seq.: *Φιλόχορος ἐν ς' βίβλῳ Ἀτθίδος κατὰ λέξιν οὕτω γράφων· Καλλίμαχος Περγασῆθεν· ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν, οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς μὲν δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν· ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί· περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θράκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοτιαίαν μετ' Ὀλυνθίων, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν· ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ δεομένων μὴ περιϊδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους, ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.*

856) *Ὁ κατὰ Μειδίου λόγος*] Tradit Dionysius ad Amm. II. p. 121, 18. *Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν ἄρχοντα [τὸν Καλλίμαχον] καὶ* [scilicet praeter orationes Olynthiacas, quas miror Scaligerum neglexisse] *ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε.* Boeckhius tamen, Dionysium duas Atheniensium expeditiones Olynthiacas, alteram Olymp. CVI, 3., alteram Olymp. CVII, 4. susceptam, confudisse insimulans, orationem Midianam Ol. CVI, 4. a Demosthene peroratam esse docere studuit in Actt. Acad. Boruss. a. 1818. Class. Hist. p. 80 seqq. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 147 Kr., qui credit Dionysio.

857) *Πολυκλῆς*] Testes Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42, Diodorus XVI. cp. 53., Pausanias X, 3, 1.

858) *Οἱ Ἑλλανοδίκαι*] Auctor Pausanias lib. V. cp. 9. fin.: *Ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν [οἱ Ἑλλανοδίκαι], καὶ ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου διαμεμένηκεν ἐς ἡμᾶς.*

859) *Θεόφιλος. οἱ δὲ [Θεόμνητος]*] Archon Athenis Ol. CVIII, 1. *Θεόφιλος* ex Diodoro XVI, 53 init. Laudant eum Athenaeus lib. V, 18. p. 217 B., Demosthenes in Pantaenet. p. 968, Pausanias X, 3, 1, Diogenes V, 9, Dionysius Dinarch. II, 116, 44, ad Ammaeum II, 121, 27. 123, 5, Inscript. Gr. apud Boeckh. C. I. n. 255. Vol. I. p. 247, Monumm. Nav. X. d, 130. Sed in Archontum catalogo Din.

πόλεως[860]). Πλάτωνος μετὰ δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἡλικίας ἔτη τελευτήσαντος[861]), Σπεύσιππος τὴν σχολὴν διαδέχεται[862]). Ἀριστοτέλης ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίβει[863]). Φίλιππος ἐπέθηκε πέρας τῷ πολέμῳ Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ κληθέντι[864]). Αἱ Φωκέων πόλεις ἐς ἔδαφος κατεβλήθησαν. Οἱ Φωκεῖς ἀφῃρέθησαν μετεῖναί σφισιν ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς, καὶ συνόδου τῆς εἰς τὸ Ἑλληνικόν, καὶ τὰς ψήφους αὐτῶν Μακεδόσιν ἔδοσαν οἱ Ἀμφικτύονες[864]).

β. ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ[865]). Ὁ τοῦ Ἰσοκράτους περὶ ἀντιδόσεως λόγος[866]). ἡ ἕκτη τῶν Δημοσθένους δημηγοριῶν κατὰ Φιλίππου, ἧς ἡ ἀρχή· Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι[867]). Μετὰ τὴν Ὀλυνθίων ἅλωσιν συνθῆκαι Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους ἐγένοντο περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. αὗται διέμειναν ἑπταετῆ χρόνον, ἄχρι Νικομάχου ἄρχοντος[868]).

γ. ΑΡΧΙΑΣ[869]). Δημηγορία Δημοσθένους κατὰ Φιλίππου· ὁρῶ μέν, ὦ ἄνδρες

---

p. 115, 44. Archon noster corrupte ab eodem Dionysio Θεόμνητος appellatur, quod ipsum nomen post verba Scaligeri οἱ δὲ typothetae culpa omissum supplevimus.

860) Φίλιππος κρατεῖ] Testis Dionysius ad Amm. II. p. 123, 6.: Θεόφιλός ἐστιν ἄρχων, καθ' ὃν ἐκράτησε τῆς Ὀλυνθίων πόλεως ὁ Φίλιππος. Consentit Diodorus XVI. cp. 53. ad Ol. CVIII, 1. Capta est Olynthus vere a. a. Chr. 347. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 148.

861) Πλάτωνος μετὰ δύο καὶ ὀγδοήκοντα] Platonem hoc anno defunctum testantur Hermippus apud Diog. Laert. III, 2, Apollodorus ap. eund. V, 9, Dionysius Ep. ad Amm. II, 121, 28, Athenaeus V, 18. p. 217 B. At Eusebius Hieronymi eum Olymp. CVIII, 4. mortem obisse scribit. Syncellus p. 259 D. ne Olympiadem quidem vere edit, Olymp. CVII. appellans. Utrumque flocci pendendum testimonium. In aetatis annis paullo maior discrepantia. Annos ei LXXXI. tribuunt Hermippus l. l., Cicero de Senect. 5, Lucianus Macrob. 21., Censorin. de Die Natali cap. 15. LXXXII. Athenaeus, quem expressit Scaliger, LXXXIV. Neanthes apud Diog. III, 3. Seneca vero Epist. 58. ipsis nataliciis octogesimis secundis eum vita decessisse tradens fallitur. Neque enim Plato die natali suo i. e. VII. mensis Thargelionis Attici, sed ante initium Gamelionis defunctus est, uti demonstravit Corsinus F. A. IV. p. 30.

862) Σπεύσιππος] Platoni in Academia Ol. CVIII, 1. successit Speusippus, eius ex sorore filius, sec. Diogenem IV, 1 coll. Suid. s. v. Σπεύσιππος, Eusebio l. l., Syncello p. 259 D.

863) Ἀριστοτέλης ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν] Testis est Dionysius ad Amm. II, 121, 28: ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος, ἀπῆρε [ὁ Ἀριστοτέλης] πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας, ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη. Idem testatur Diog. Laert. V, 9.

864) Φίλιππος ἐπέθηκε πέρας] Refert Scaliger e Pausaniae X, 3, 3. sententia. Vid. nott. 811. 822.

865) Θεμιστοκλῆς] Archon Athenis Ol. CVIII, 2. ex Diodoro XVI. cp. 56. Occurrit etiam apud Dionys. in Dinarch. II. p. 115, 46. 116, 44. in Ep. ad Amm. II, 123, 6. 42. et in orat. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 62, 30. Cf. Inscript. Gr. apud Boeckh. C. I. n. 155, 13. 14. Vol. I. p. 247. Monumm. Nav. X. d, 16.

866) Ὁ τοῦ Ἰσοκράτους] Duas Isocrates περὶ ἀντιδόσεως orationes scripsit, alteram πρὸς Μεγακλείδην, Timotheo vivo, Archonte Callistrato, Olymp. CVI, 2. [v. Script. Vitt. X. Oratt. II. p. 839 C. Dionys. Isocrat. II. p. 102, 10. Dinarch. II. p. 119, 16 coll. Clint. FF. HH. II. p. 137 Kr.], alteram πρὸς Λυσίμαχον, annos natus LXXXII., Timotheo mortuo, exeunte Diotimi anno, Olymp. CVI, 3. [v. Script. Vitt. X. Oratt. l. l. et Isocr. or. laud. 5. p. 312 A. coll. Clint. l. l. p. 141]. Videtur Scaliger priorem significare voluisse: proinde ut nota suprascripta ad Olymp. CVI, 2. releganda sit. Cf. Pfund. De Vita et Scriptis Isocratis. Berol. 1833. 4.

867) Ἡ ἕκτη τῶν Δημοσθένους] Testis est Dionysius ad Amm. II, 123, 6: ἔπειτα Θεμιστοκλῆς, ἐφ' οὗ τὴν ἕκτην τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἐπήγγειλε Δημοσθένης, περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιωτῶν καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή· Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστι. „*Quinta Philippica — in nostris exemplis primae pars est. Libanius in Argum. Phil. I. hanc unam orationem statuit, Philippicam 1. et Ulpianus ad Demosth. p. 35, 36. Dionysium, eam dividentem, vituperat.*" CLINTONUS in FF. HH. Append. XX. p. 373 not. h. Kr.

868) Μετὰ τὴν Ὀλυνθίων] Verba sunt Dionysii in Ep. ad Amm. II, 123, 42, ubi tamen ἄχρι Νικομάχου, omisso ἄρχοντος, scribitur.

869) Ἀρχίας] Archon Ol. CVIII, 3. ex Diodoro XVI. cp. 59. Meminerunt eius etiam Philochorus [Fragm. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 60 seq.] et Androtion [Fragm. ap. eosd. p. 117] ap. Harpocrat. s. v. διαψήφισις coll. not. nostr. 554., item Dionysius in Epist. ad Amm. II. p. 123, 9, qui tamen in Din. II. p. 115, 47. Ἀρχίδαν, et p. 117, 2. Ἀρχείαν minus recte exhibet. Occurrit etiam in Inscriptt. Gr. apud Boeckh. C. I. n. 155, 26. Vol. I. p. 248 et n. 93, 42. 43. p. 133. Monumm. Nav. X c, 135.

Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα[870]). *Ὁ Φωκικός, ἤτοι ἱερὸς πόλεμος τὸ τέλος ἔσχε διαμείνας ἔτη δέκα*[871]).

δ. ΕΥΒΟΥΛΟΣ[872]). *Ἀριστοτέλης εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη*[873]). *Τιμολέων Κορίνθιος ὑπὸ τῶν πολιτῶν στρατηγὸς ἐπὶ Συρακούσας προεχειρίσθη*[874]). *Ἱκέτης τῶν Συρακουσῶν κρατεῖ*[875]).

ΟΛ. ΡΘ. *Ἀριστόλοχος Ἀθηναῖος στάδιον*[876]).

α. ΛΥΚΙΣΚΟΣ[877]). *Κατὰ τὴν Καρίαν Ἰδριεὺς ὁ δυνάστης τῶν Καρῶν ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη ζ΄. τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξαμένη Ἄδα ἡ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ ἐδυνάστευσεν ἔτη δ΄*[878]). *Τιμολέων κρατεῖ τῶν Συρακουσῶν*[879]). *Ἡ ἑβδόμη τῶν Δημοσθένους Φιλιππικῶν· ὅταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγοι γίνωνται*[880]).

β. ΠΥΘΟΔΟΤΟΣ[881]). *Ἀριστοτέλης ἐκ τῆς Μιτυλήνης ἐπὶ Φίλιππον ἤρχετο, καὶ διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου*[882]). *Ὀγδόη τῶν Δημοσθένους Φιλιππικῶν· ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως*[883]). *Διοπείθης τῶν Ἀθηναίων ἐστρατήγει περὶ Ἑλλήςποντον, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος*[884]). *Τι-*

---

870) *Δημηγορία Δημοσθένους*] Dionysius Ep. ad Amm. l. l. *μετὰ δὲ Θεμιστοκλέα Ἀρχίας, ἐφ' οὗ παραινεῖ τοῖς Ἀθηναίοις μὴ κωλύειν Φίλιππον τῆς Ἀμφικτυονίας μετέχειν, μηδὲ ἀφορμὴν διδόναι πολέμου, νεωστὶ πεποιημένους τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην. ἀρχὴ καὶ ταύτης τῆς δημηγορίας ἐστὶν ἥδε· Ὁρῶ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ παρόντα πράγματα.*

871) *Ὁ Φωκικὸς ἤτοι ἱερὸς πόλεμος*] Ex Diodoro XVI, 89 bellum Phocicum Ol. CVIII, 3. finem habuit. Cf. not. nostr. ad Ol. CVI, 1. cum iis, quae Clintonus FF. HH. II. p. 150 disputat.

872) *Εὔβουλος*] Archon Atheniensium Ol. CVIII, 4. ex Diodoro XVI. cp. 66. Meminerunt eius Apollodorus ap. Diog. Laërt. V, 9 et Dionysius Din. 116, 46. 117, 1. 119, 13, quo tamen postremo loco *ἐπ' Εὐβούλου* pro *Ἐπευβούλου* restituendum est, in Epist. ad Amm. 121, 31. 123, 13. Corrupte *Εὔδωρος* audit apud eund. Dionys. in Archontum indice Din. p. 116, 1. Cf. C. I. Vol. I. n. 155, 36 p. 249. Monumm. Naval. X c, 126.

873) *Ἀριστοτέλης*] Testis Apollodorus apud Diog. Laërt. l. l.: *εἰς Μιτυλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος Εὐβούλου τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος.* Hinc hausit Dionysius Epist. ad Amm. II. p. 121, 31, cuius verba vid. ad Olymp. CVIII, 1. not. 863.

874) *Τιμολέων*] Refert Diodorus XVI. cp. 66. sub Ol. CVIII, 4. Timoleon fuit ex Diod. XVI, 65. *Τιμαινέτου*, ex Plut. Timol. p. 277 A. *Τιμοδήμου* F. Cf. Nep. Timol. cp. 1.

875) *Ἱκέτης*] Testatur Diodorus XVI, 68 init. sub Ol. CVIII, 4. *Ἱκέτας* scripsit Wessel. „*Fuit ex Dionis amicis, cuius tamen familiae non constanter favit, ut ex Plut. extrema Dion. vita cognosces.*" WESSELINGIUS ad Diod. XVII, 67 Vid. Prolegg.

876) *Ἀριστόλοχος*] Testes Diodorus XVI. cp. 69. et Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42.

877) *Λυκίσκος*] Praetor fuit Athenis Ol. CIX, 1. ex Diodori l. l. Memoratur praeterea a Dionysio Dinarch. II. p. 116, 1. 46. Ep. ad Amm. 123, 13. 15 et a Demosthene Orat. in Theocrin. p. 1330, 24. Cf. Inscr. Gr. apud Boeckh. C. I. Vol. I. n. 155, 61. 62. p. 249. Monumm. Nav. X c, 127.

878) *Κατὰ τὴν Καρίαν*] Ex Diodoro XVI. cp. 69. ad Ol. CIX, 1. Vid. Strab. XIV. p. 451 extr. seq. coll. Prolegg.

879) *Τιμολέων*] Idem auctor Diodorus XVI. cp. 69. med. ad Ol. CIX, 1.

880) *Ἡ ἑβδόμη τῶν Δημοσθένους*] Tradit Dionysius ad Amm. II. 123, 12: *μετὰ δὲ Ἀρχίαν ἐστὶν Εὔβουλος, ἐφ' οὗ τὴν ἑβδόμην τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν [τὸν κατὰ Φιλίππου δεύτερον* cf. not. 867.] *διέθετο πρὸς τὰς ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείας, ταύτην τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος· Ὅταν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγοι γίγνωνται.*

881) *Πυθόδοτος*] Archon Athenis Ol. CIX, 2. ex Diodoro XVI, 70 init. *Πυθόδοτος*, ubi corrupte nonnulli codd. exhibent *Πυθοδώρου*. Sic audit etiam Demostheni Olympiod. 1154. Sed *Πυθόδοτος* recte appellatur, uti a Dionysio in Dinarch. 116, 1. 119, 10. ad Amm. 121, 20. 123, 15. 18. sic ab Apollodoro apud Diog. Laërt. vit. Arist. V, 10. Cf. Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. X c, 127. 128.

882) *Ἀριστοτέλης*] Auctor Apollodorus ap. Diog. V, 10: *ἐπὶ Πυθοδότου ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον.* Ex quo repetiit Dionysius Ep. ad Amm. 121, 32: *ἐκεῖθεν δὲ* (scil. *ἐκ τῆς Μιτυλήνης*) *πρὸς Φίλιππον ἤρχετο κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, καὶ διέτριψε κτλ.* uti supra.

883) *Ὀγδόη τῶν Δημοσθένους*] Dionysius ad Amm. II, 125, 15: *μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυθόδοτος, ἐφ' οὗ τὴν ὀγδόην τῶν δημηγοριῶν Φιλιππικῶν διέθετο [τὸν περὶ Ἁλονήσου λόγον] πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις, ἧς ἐστιν ἀρχή· Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι. Καὶ τὸν κατ' Αἰσχίνου συνετάξατο λόγον, ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου τῆς δευτέρας πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους.*

884) *Διοπείθης τῶν Ἀθηναίων*] Refert Philochori testimonium Dionysius in Dinarch. II, 119, 8: *Διοπείθους ἔτι περὶ Ἑλλήςποντον τοῦ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῦ διατρίβοντος, εἴρηται ὁ λόγος, ὡς ἐξ*

μολέων Συρακουσίοις νομοθετῶν τὴν κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀρχὴν κατεστήσατο, τὴν καλουμένην Ἀμφιπολίαν Διὸς Ὀλυμπίου[885]). *Διονύσιος ἀποθέμενος τὴν τυ-* p. 328 a. *ραννίδα ἀπῆλθεν εἰς Κόρινθον ὑπόσπονδος, ἔχων τὰ ἴδια χρήματα*[886]). *Ὁ κατὰ τοῦ Αἰσχίνου λόγος Δημοσθένους*[887]). *Θεόπομπος ὁ Χῖος, ὁ συγγραφεύς, ἐν τῇ τῶν Φιλιππικῶν ἱστορίᾳ κατέταξε τρεῖς βίβλους περιεχούσας Σικελικὰς πράξεις, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου τυραννίδος διῆλθε χρόνον ἐτῶν πεντήκοντα καὶ κατέστρεψεν εἰς τὴν ἔκπτωσιν Διονυσίου τοῦ νεωτέρου. Εἰσὶ δὲ αἱ βίβλοι τρεῖς ἀπὸ τῆς μιᾶς τεσσαρακοστῆς ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς*[888]).

γ. ΣΩΣΙΓΕΝΗΣ[889]). *Ἐννάτη δημηγορία Φιλιππική· Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας*[890]). *Ἡ δεκάτη Φιλιππική· Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων*[891]). *Ἐπίκουρος ἐγεννήθη Γαμηλιῶνος εἰκάδι*[892]). *Ἀρύμβας ὁ τῶν*

αὐτοῦ γίγνεται φανερόν· ἔστι δὲ ὁ χρόνος κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, ὡς δηλοῖ Φιλόχωρος [leg. *Φιλόχορος*] *σὺν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπὶ τούτου ἄρχοντος, οὐδέπω εἰκοστὸν ἔχων ἔτος.* [Fragm. coll. Lenz. ed. Sieb. p. 74.]

885) *Τιμολέων Συρακουσίοις*] Tradit Diodorus XVI. cp. 70. med. sub Ol. CIX, 2., ubi vid. doctam Wesselingii notam.

886) *Διονύσιος ἀποθέμενος*] Idem Diodorus testis lib. XVI. cp. 70. „*Sic Dionysius in perpetuum eiectus est, postquam prius regnaverat ἔτη δέκα, δώδεκα δὲ ἄλλα μετὰ τὴν Δίωνος στρατείαν ἐν πολέμοις διαφορηθείς. Plutarch. Timol. 13. Receperat Syracusas decimo anno post quam prius expulsus erat: ἀνέλαβε τὰ πράγματα ἔτει δεκάτῳ. Plutarch. Timol. 1. proinde anno 347.* [Olymp. CVIII, 2.] *Duodecim anni numerantur ad tempus, quo Timoleon Corintho profectus est, ἐπὶ Εὐβούλου, viginti duobus annis post superioris Dionysii mortem. Revera hunc inter et Pythodotum Archontem* [vere 367 — Aug. 343. Kr.] *amplius viginti quattuor anni intercesserunt.*" CLINTONUS FF. HH. II. p. 152 ad a. a. Chr. 343. Vid. Id. in Append. X. p. 282 seq. Kr. Itaque Eusebius Hieronymi, ad Olymp. CVIII, 4. annotans: „*Dionysius Corinthum sub foedere navigavit*" biennii prochronismum commisit, recte notatum a Scaligero Animadvv. p. 125 a. Idem quod Olymp. CIX, 4. addit: „*Dionysius Corintho expulsus*" refutat Diodorus XVI, 70: *Κατεβίωσεν ἀποροίμενος ἐν Κορίνθῳ.* Caeterum cf. not. 888.

887) *Ὁ κατὰ Αἰσχίνου*] Auctor Dionysius ad Amm. II, 123, 17, cuius verba not. 883. ascripsimus. Caeterum haec nota, sine dubio post *Ὀγδόη-ὅπως* e Scaligeri mente collocanda, typothetae culpa in hanc sedem depressa videtur.

888) *Θεόπομπος ὁ Χῖος*] Haec ad verbum reperies apud Diodorum XVI, 71 extr. ad. Ol. CIX, 1. Numerum *ἐτῶν πεντήκοντα* verum esse negat Wesselingius ad Diod. l. l., eundem recte vindicat Clintonus FF. HH. II. App. X. p. 282 Kr. De Theopompo cf. Prolegg.

889) *Σωσιγένης*] Summo apud Athenienses magistratu functus est Ol. CIX, 3. ex Diodoro XVI, 72 init. Meminerunt eius Dionysius Din. II, 116, 1. Epist. ad Amm. 123, 18. 25., Apollodorus apud Diog. Laërt. X, 14, Auctor Vitt. X. Oratt. p. 839 D., denique Inscriptt. Gr. apud Ian. Gruter. p. CIƆXXVII. n. 2. et altera p. IƆCCCCXVIII. n. 12. ap. Cors. FF. AA. T. IV. p. 76, item tertia ap. Boeckh. Monumm. Nav. X. c, 128. 129.

890) *Ἐννάτη δημηγορία Φιλιππική*] Testis Dionysius Ep. ad Amm. II. p. 125, 18: *μετὰ Πυθόδοτόν ἐστι Σωσιγένης, ἐφ᾽ οὗ τὴν ἐννάτην διελήλυθε κατὰ Φιλίππου δημηγορίαν, περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ στρατιωτῶν, ἵνα μὴ διαλυθῇ τὸ μετὰ Διοπείθους ξενικόν, ἀρχὴν ἔχουσα ταύτην· Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν κτλ.*

891) *Ἡ δεκάτη Φιλιππική*] Pergit Dionysius l. l. sic: *καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄρχοντα τὴν δεκάτην* [*τὸν κατὰ Φιλίππου τρίτον* V. not. 867.], *ἐν ᾗ πειρᾶται διδάσκειν, ὅτι λύει τὴν εἰρήνην Φίλιππος, καὶ πρότερος ἐκφέρει τὸν πόλεμον, ἧς ἐστιν ἀρχή· Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γιγνομένων ὀλίγου δεῖν καθ᾽ ἑκάστην ἐκκλησίαν.*

892) *Ἐπίκουρος*] Natus est Epicurus, Neoclis fil., Gargettius, teste Apollodoro ap. Diog. lib. X, 14, Ol. CIX, 3. d. VII. Gamelionis, mortuus autem secundum Antilochum ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 113, 13 Sylb. d. X. eiusdem mensis Olymp. CXXVII, 2. Quamvis autem accuratissime sic definiatur aetas Epicuri, eius tamen natalis memoria ab ipsius discipulis et sectatoribus d. vicesima Gamelionis celebrabatur. Ideo Plin. N. H. lib. XXXV. cap. 2. „*Natali eius vicesima luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt, quas icadas vocant* (sc. *Epicuraei*)." Id asseclis suis Epicurus ipse his praecepit testamenti verbis ap. Diog. X, 18: *ἐκ δὲ τῶν γινομένων προσόδων τῶν δεδομένων ἀφ᾽ ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατὸν μεριζέσθωσαν μεθ᾽ Ἑρμάρχου σκοπούμενοι εἴς τε τὰ ἐναγίσματα τῷ τε πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἡμῖν εἰς τὴν εἰθισμένην ἄγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν ἑκάστου ἔτους τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ* [i. e. interprete Ios. Scal. Emend. Tempp. lib. IV. p. 263 c. „*decima a neomenia*"] *τοῦ Γαμηλιῶνος, ὥστε*

Μολοττῶν βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη δέκα, ἀπολιπὼν υἱὸν τὸν Πύρρου πατέρα Αἰακίδην. τὴν δὲ ἀρχὴν διεδέξατο Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς Ὀλυμπιάδος, συνεργήσαντος Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως[893]). *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη*[894]).

δ. *ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ*[895]). *Ἑνδεκάτη τῶν Δημοσθένους Φιλιππικῶν· Καὶ σπουδαῖα νομίζων*[896]). *Φίλιππος τὴν Πέρινθον καὶ τὸ Βυζάντιον πολιορκεῖ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον*[897]). *Πιζόδωρος ὁ νεώτερος τῶν ἀδελφῶν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς δυναστείας Ἄδαν, καὶ ἐδυνάστευσεν ἔτη πέντε, ἕως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν*[898]). *Ἔφορος ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν. περιείληφε δὲ τῇ γραφῇ πράξεις τάς τε τῶν Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τῶν Ἡρακλειδῶν καθόδου. χρόνον δὲ περιέλαβε σχεδὸν ἑπτακοσίων καὶ πεντήκοντα ἐτῶν· καὶ βίβλους γέγραφε τριάκοντα, προοίμιον ἑκάστῃ προθείς*[899]). *Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτήν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει, τάς τε τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν βαρβάρων, μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς*[900]).

ΟΛ. ΡΙ. Ἀντικλῆς Ἀθηναῖος στάδιον[901]).

καὶ ταῖς εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου μνήμην κατατεταγμένην. Ad quem locum cf. quae adnotavit Menagius. — Caeterum apud Suidam, qui s. v. *Ἐπίκουρος* eum Ol. LXXIX. septem annis post Platonis obitum nasci facit, *ρθ'* pro *οθ'* verissime emendavit Gassendus. Errat igitur Cyrill. adv. Iulian. I. p. 13 C., qui Epicurum circa Ol. CXII. vel natum esse vel floruisse dicit.

893) *Ἀρύμβας ὁ τῶν Μολοττῶν*] Haec iisdem fere, quibus Scaliger verbis, tradit Diodorus XVI. cp. 72. init. De scripturae, in regis nomine a veteribus oblatae, varietate vid. not. 394. Cf. etiam Prolegg.

894) *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς*] Testatur vetus Inscriptio Graeca ap. Gruterum p. CIↃXXVII. n. 2., ap. Scalig. Animadvv. ad Euseb. p. 131 a, ap. Cors. FF. AA. T. IV. p. 76.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ κτλ.

Idem tradit altera Inscriptio apud Gruter. p. IↃCCCCXVIII. n. 12. Cf. Prolegg. Aristoph. p. XXX. et Suid. s. v. *Μένανδρος*. De Menandri *ἀκμῇ* vid. not. 986. ad Olymp. CXIV, 3., de eius morte not. 1079. ad Olymp. CXXIII, 2. coll. Prolegg.

895) *Νικόμαχος*] Archon Athenis Ol. CIX, 4. ex Diodoro XVI, 74 init. Mentio eiusdem fit apud Dionysium Dinarch. II, 116, 2. 117, 15. 119, 12. Ep. ad Amm. II. p. 123, 25. 28. 47. et ap. Aristotelem Meteorol. lib. I. cp. 7.: *ἔτι δὲ ἐπ' ἄρχοντος ἐγένετο Νικομάχου Ἀθήνησιν ὀλίγας ἡμέρας κομήτης, περὶ τὸν ἰσημερινὸν κύκλον, οὐκ ἀφ' ἑσπέρας ποιησάμενος τὴν ἀνατολήν.* Respicit etiam Inscr. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. XIII c, 80.

896) *Ἑνδεκάτη τῶν Δημοσθένους*] Dionysius ad Amm. II, 123, 25: *Μετὰ Σωσιγένην ἄρχων ἐστὶ Νικόμαχος, ἐφ' οὗ τὴν ἑνδεκάτην [τὸν κατὰ Φιλίππου τέταρτον.* V. not. 867.] *δημηγορίαν διελήλυθε περὶ τοῦ λελυκέναι τὴν εἰρήνην Φίλιππον καὶ τοὺς Ἀθηναίους πείθει Βυζαντίοις ἀποστεῖλαι βοήθειαν, ἧς ἐστιν ἀρχή· Καὶ σπουδαῖα νομίζων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ ὧν βουλεύεσθε, καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει, πειράσομαι περὶ αὐτῶν εἰπεῖν.*

897) *Φίλιππος τὴν Πέρινθον*] Ex Diodori l. l. sententia, ad Ol. CIX, 4. A quo dissentit Philochorus, cuius verba vid. ad Olymp. CX, 1. not. 903. Alterum cum altero sic componit Clintonus FF. HH. II. p. 156, ut Perinthi oppugnatio, Olymp. CIX, 4. exeunte coepta, ad proximum annum continuata sit.

898) *Πιζόδωρος ὁ νεώτερος*] Diodorus XVI, 74 sub Ol. CIX, 4. *Πιζόδωρος* Scaliger de coniectura dedit, libri enim mss. aut *Πιζώδαρον* aut *Πηξώδορον* exhibent, quorum illud etiam margo edit. Steph. a. 1559. Apud Arrian. I, 24. *Πηξόδαρος* et *Πηξώδαρος* legitur. Sed *ΠΙΞΩΔΑΡΟΣ* confirmant praeter Strabonem XIV. p. 451 seq. et Plutarchum Alex. 10. Nummi in Thesauro Brandeb. T. III. p. 15 coll. Ez. Spanhem. diss. VIII. de Usu et Praest. Numism. p. 529. Vid. Prolegg.

899) *Ἔφορος ὁ Κυμαῖος*] Haec ad verbum apud Diodorum XVI, 76 extr. sub Ol. CIX, 4. reperies. Cf. de Ephoro Prolegg.

900) *Δίϋλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος*] Diodorus l. l. De Diyllo cf. Prolegg.

901) *Ἀντικλῆς*] Testis est Diodorus XVI, 77 init. In graeco Eusebii textu pone *ἑκατοστὴ δεκάτη* [*Ὀλυμπιὰς*] excidit nomen victoris. Suppeditat Interpres Armen. apud Auch. P. I. p. 296, sed corrupte: Anicles. Niebuhr. Script. Phil. Min. I. p. 213. *Ἀντικλῆς Ἀθηναῖος* Eusebio restituendum censet.

α. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ Ἀλλαιεύς[902]). Ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας Περίνθῳ προσέβαλεν, ἀποτυχὼν δὲ ἐντεῦθεν, Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν. ἱστορεῖ Φιλόχορος ἐν ς' Ἀτθίδος[903]). Αἱ σπονδαὶ αἱ πρὸς Φίλιππον καὶ Ἀθηναίους διελύθησαν, Ἀθηναίων μὲν Φίλιππον αἰτιωμένων ἄρχεσθαι τοῦ πολέμου, Φιλίππου δὲ Ἀθηναίοις ἀντεγκαλοῦντος[904]). Ἡ τελευταία τῶν Δημοσθένους Φιλιππικῶν· Ὅτι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο[905]). Ἀνάξαρχος Ἀβδηρίτης ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο[906]). Ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν p. 328 b.
Ἀθηναῖοι μὲν δισμύριοι, οἰκετῶν δὲ μυριάδες μ'[907]).

---

902) *Θεόφραστος Ἀλλαιεύς*] Theophrastus Ol. CX, 1. Athenis Archon ex Diodoro XVI, 77 init. *Ἀλλαιεὺς* ex Philochoro apud Dionys. Ep. ad Amm. II. p. 123 extr. [cf. ad Ol. CVII, 4.] addidit Scaliger. Qui tamen rectius scripsisset *Ἁλαιεύς*. V. Sylb. in nott. ad Dionys. l. l. p. 27. Meminit eius idem Dionysius in Dinarch. II, 116, 2. ad Amm. II. p. 123, 27. 43. p. 124, 6. 29. Aeschines in Ctesiph. p. 69, 39. Cf. Inscriptt. apud Boeckh. C. I. n. 94, I. p. 134 n. 530, I. p. 485. Monumn. Nav. XIII. c, 95. XIV. a, 5. d, 240.

903) *Ἐπὶ τούτου Φίλιππος*] Refert e Philochori [Fr. coll. Lenz. ed. Siebel. p. 75 seq.] sententia Dionysius Ep. ad Amm. II. p. 123 seq. *Θεόφραστος Ἁλαιεύς· ἐπὶ τούτου Φίλιππος τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας, Περίνθῳ προσέβαλεν· ἀποτυχὼν δὲ ἐντεῦθεν Βυζάντιον ἐπολιόρκει, καὶ μηχανήματα προσῆγεν.* Vid. not. 897. coll. Boeckh. Comment. de Archontibb. pseudepon. p. 138.

904) *Αἱ σπονδαὶ αἱ πρὸς Φίλιππον*] Tradit Dionysius Ep. ad Amm. II, 123, 27: *αὗται [αἱ Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίους συνθῆκαι] διέμειναν ἑπταετῆ χρόνον ἄχρι Νικομάχου· ἐπὶ δὲ Θεοφράστου, τοῦ μετὰ Νικόμαχον ἄρξαντος, ἐλύθησαν, Ἀθηναίων μὲν Φίλιππον αἰτιωμένων ἄρχειν τοῦ πολέμου, Φιλίππου δὲ Ἀθηναίοις ἐγκαλοῦντος.*

905) *ἡ τελευταία*] Testis Dionysius Ep. ad Amm. II, 123, 27: *ἐπὶ Νικομάχῳ Θεόφραστος ἄρχων, ἐφ' οὗ πείθει [πρὸς τὴν Φιλίππου ἐπιστολὴν] τοὺς Ἀθηναίους γενναίως ὑπομεῖναι τὸν πόλεμον, ὡς κατηγγελκότος αὐτὸν ἤδη Φιλίππου. καὶ ἔστιν αὕτη τελευταία τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν, ἀρχὴν ἔχουσα ταύτην· Ὅτι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν.*

906) *Ἀνάξαρχος*] Diogenes IX, 58: *Ἀνάξαρχος Ἀβδηρίτης* [Cf. Plut. Sympos. VII, 5.] *οὗτος διήκουσε Διογένους τοῦ Σμυρναίου·* [Consentiunt Clemens Alex. Strom I. p. 301 D. et Eusebius Praep. Evang. XIV. cp. 17.] *οἱ δὲ Μητροδώρου τοῦ Χίου* [Sic Suidas s. v. *Δημόκριτος* et *Πύρρων* ex emend. Menagii ad Diog. l. l.] . . . *Ἀλεξάνδρῳ συνῆν* [V. Plut. Alex. 52. Arrian. Exped. IV, 10 coll. Lucian. Paras. Vol. II. p. 862 cp. 35. et Aelian. VV. HH. IX, 30.] *καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Mortem obiit Nicocreonte, Cypri tyranno, iubente ferreis malleis caesus. Vid. Diog. l. l. §. 59. coll. Menagio.

907) *Ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων*] Verba sunt Ctesiclis apud Athenaeum lib. VI. p. 272 C. *Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ χρονικῶν . . . . καιδεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν· καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα.* Mirum est, quod Scaliger, qui lacunam in Olympiadis numero animadvertit, censum illum nihilominus ad Olymp. CX. ascripsit. Ipse enim in Animadvv. ad Euseb. p. 129 b.: *Athenaeus vero*, ait, *Olympiade CX. Demetrium Phalereum Athenienses recensuisse. Sed procul dubio error est apud Athenaeum CX. Olympiad. pro CXVIII., cuius ineuntis annus fuit ultimus administrationis Demetrii Phalerei.*" Imposuit Olympiadum Descriptio, quasi vetus opusculum, Petito, qui Legg. Att. p. 256. Demetrii *ἐξετασμὸν* Ol. CX. ascribit. Aliter Wesselingius, qui ad Diod. XVIII, 74 extr. *τῇ πεντεκαιδεκάτῃ* pro *καιδεκάτῃ* corrigit, his usus argumentis: „*Scio, virum magnum CXVI. Olympiadem maluisse. Sed rei series vix patitur, ut ultra finem Ol. CXV. recensus iste populi proferatur. Accessit ad rempublicam Atticam Demetrius anno tertio Olymp. CXV. Opus statim fuit tali censu, ut Cassandri constitutio valeret. Sed hoc leve est. Ab isto vero anno Demetrius per decennii spatium Athenas Atticas summa cura et prudentia administravit, magnaque in laude apud cives fuit versatus, ut praeter Diod. l. XX, 46 testatur Diog. Laert. l. V, 75. Videtur quidem Plut. Demetr. p. 893 C. Phalerei Demetrii potentiam annis XV. circumscribere, qui a bello Lamiaco et clade prope Crannonem defluxerint ad restitutam Atheniensibus a Demetrio Poliorcete αὐτονομίαν. Sed non sunt districte accipienda, quae ibi produntur. Toto eo spatio viguit Athenis paucorum dominatus, valuit etiam gratia et auctoritate Demetrius; verum ita, ut primo quinquennio eius potentiae collegas haberet Phocionem, pluresque alios. Quibus civium quodam furore sublatis, solus deinceps reipublicae curam in decem annos gessit.*" Vir magnus ille, quem memorat Wessel., Palmerius est, qui Not. ad Petit. l. l. errorem ab Athenaei librariis ad Ctesiclem ipsum transfert, hunc scilicet statuens Archontis, et Ol. CX, 1. et Ol. CXVI, 4. Fastis Atticis illati, *ὁμωνυμίᾳ* deceptum ad Ol. CX. retulisse rem Ol. CXVI, 4. assignandam. Santacrucius Mem. de l'Acad. tom. XLVIII. p. 167 *ἑπτακαιδεκάτῃ* corrigit, censumque Ol. CXVII, 4. assignat, cuius sententiam comprobant Boeckhius in Oecon. civ. Athen. p. 38 Tom. I. et Droysenius in Hellenismi P. I. Success. Alexandr. p. 429, Clintono

β. ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ Ἀχαρνεύς[908]). Ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωςοίκους καὶ τὴν σκευοθήκην ἀνεβάλοντο, διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Φίλιππον, τὰ δὲ χρήματα ἐψηφίσαντο πάντα εἶναι στρατιωτικά, Δημοσθένους γράψαντος. ἱστορεῖ Φιλόχορος ἐν ς' Ἀτθίδος[909]). Σπεύσιππον τὸν φιλόσοφον τελευτήσαντα διεδέξατο Ξενοκράτης ἐπ' ἔτη κε'[910]).

γ. ΧΑΙΡΩΝΙΔΑΣ[911]). Φίλιππος τὴν Ἐλάτειαν παρὰ τὰς σπονδὰς καταλαβόμενος τοὺς Ἀθηναίους παρατάξει μακρᾷ περὶ τὴν Χαιρώνειαν ἐνίκησεν[912]). Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ἐτελεύτησεν ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης, δυοῖν δέοντα βεβιωκὼς ἑκατὸν ἔτη[913]). Ἀρχίδαμος ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς συναγωνιζόμενος τοῖς Ταραντίνοις κατὰ τῶν Λευκανῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ τὴν περὶ Χαιρώνειαν μάχην γενέσθαι συνέβη, γενναίως μαχόμενος ἀνῃρέθη βεβασιλευκὼς Λακεδαιμονίων ἔτη κγ'[914]). τὴν δὲ βασιλείαν δια-

---

Fast. Hell. II. p. 178 ad Ol. CXV, 4. coll. p. 397 seq. nott. x et y Wesselingium amplectente. Bentleium miramur, lacunam iam a Casaubono indicatam, in Athenaei verbis non animadvertisse Diss. Phal. p. 378. Cf. de hoc censu etiam Schoemann. Antiqu. Iur. Publ. Athen. p. 358 et Grauert. *Geschichte Athens seit dem Tode Alexanders des Gr. bis zur Erneuerung des ach. Bundes* in eiusdem Analectt. Histt. et Philol. Monast. 1833. 8. p. 312 sqq.

908) *Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς*] *Λυσιμαχίδης* Athenis Ol. CX, 2. Archon ex Diodoro XVI, 82 init. *Ἀχαρνεὺς* addit Philochorus apud Dionys. Ep. ad Amm. II. 124, 8. [cf. nos ad Ol. CVII, 4. s. n. 853.] Meminit eius idem Dionysius in Dinarch. II, 116, 2. Ep. ad Amm. 124, 7. 15. Apud Diogenem Laertium IV, 14 olim *Λυσίμαχος* legebatur.

909) *Ἐπὶ τούτου τὰ μὲν ἔργα*] Philochori [Fr. coll. Lenz. ed. Sieb. p. 76] verba, ex Atthidis libro sexto desumta, servavit Dionysius Ep. ad Amm. II, 124, 8, unde huc transtulit Scaliger. Caeterum cf. Boeckh. ad Inscr. n. 157. C. I. Vol. I. p. 251.

910) *Σπεύσιππον*] Tradit Diogenes IV, 14: *διεδέξατο δὲ* [*ὁ Ξενοκράτης*] *Σπεύσιππον καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐπὶ Λυσιμαχίδου* [sic leg.] *ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος.* Biennii metachronismo discedit Eusebius Hieronymi, una cum Maii Armeniacis, ad Olymp. CX, 4: *Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates.* Cf. Syncell. p. 260 A. Miro autem errore Eusebius eundem Speusippum Olymp. CXVI, 1. [Hieronym., Olymp. CXVI, 2. Mai. Arm. coll. Sync. p. 274 D.] tanquam alterius cuiusdam vitae flore illustrem repraesentat. Cf. nos ad Ol. XCI, 1. s. n. 563. CXV, 3. s. n. 1000. CXVI, 1. s. n. 1009.

911) *Χαιρωνίδας*] Atheniensium Olymp. CX, 3. Archon *Χαιρωνίδας* appellatur a Dionysio in Isocrat. II. p. 94, 33. Dinarch. II. p. 116, 2. et a Pseudo-Plutarch. Vitt. X. Oratt. II. p. 837 E. Quorum tamen hic altero quodam loco II. p. 842 F. una cum Diodoro XVI, 84. *Χαρώνδας* praebet. Sed veram nominis formam servarunt Inscriptiones Graecae ap. Boeckh. C. I. Vol. I. n. 251, 5. p. 363. Monumm. Nav. XI c, 59. XIII c, 58. d, 111. XIV d, 197. e, 86., quae uno omnes consensu tuentur *Χαιρώνδας*. Atque sic legitur etiam ap. Demosthenem de Coron. p. 243 coll. Boeckh. de Archontt. pseudeponym. in Actt. Acad. Boruss. a. 1827. p. 144. not. 2. 155., ap. Aeschinem c. Ctes. p. 57, 35. coll. Boeckh. l. l. p. 159 p. 155 sqq., ap. Plutarchum vit. Demosth. cap. 24. Qui vero ap. Demosth. in eadem pro Corona oratione p. 253 offertur *Χαιρώνδας*, pseudeponymus est. Vid. Boeckh. l. l. p. 139.

912) *Φίλιππος τὴν Ἐλάτειαν*] Diodori XVI. cp. 84. auctoritate Elateam a Philippo captam Ol. CX, 3. assignavit Scaliger. Philochorus tamen ap. Dionys. ad Amm. II. p. 124, 10. 18. ad annum superiorem refert, cuius sententiam veram probat Boeckhius de Archontt. in Actt. Acad. Boruss. 1827. p. 143 not., Elateae expugnationem initio fere M. Scirophorionis [v. Demosth. de Coron. p. 288] Olymp. CX, 2. factam ostendens. Vid. Clint. FF. HH. II. p. 158 coll. Append. XVI. p. 302 seqq. Proelium ad Chaeroneam commissum una cum Diodoro in hunc annum infert Dionysius in Isocr. II. p. 94, 23. Plut. Camill. p. 138 C. Pugnatum autem est ad Chaeroneam sec. Plut. Camill. 19. d. VII. Metagitnionis Attici i. e. d. IV. mens. Augusti. Cf. not. 913.

913) *Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ*] Tradit Dionysius in Isocr. II, 94, 23: *ἐτελεύτα τὸν βίον* (*Ἰσοκράτης*) *ἐπὶ Χαιρωνίδου ἄρχοντος, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης, δυοῖν δέοντα βεβιωκὼς ἑκατὸν ἔτη.* Confirmat Auctor Vitt. X. Oratt. II. p. 837 E., Pausanias I, 18, 8, Philostratus Vitt. Soph. I, 17. Isocratem nuntio de Chaeronensi pugna allato defunctum esse. Expleverat annum 98vum sec. Dionysium l. l., Pseudo-Plutarchum l. l., Ciceronem de Senect. 5., Quinctilianum III, 1, 14, Valerium VIII, 7., 99num sec. Lucian. Macrob. 23., Cmum sec. nonnullos ap. Pseudo-Plutarchum, item sec. Philostratum l. l., et Censorinum c. 15.

914) *Ἀρχίδαμος*] Testis Diodorus XVI. cp. 88. ad Ol. CX, 3., cuius orationem in brevius contraxit Scaliger. Consentit Plutarchus Camill. 19.: *τῆς αὐτῆς ἡμέρας* [diem dicit Chaeronensem] *ταύτης ἐν τῷ Μεταγειτνιῶνι κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν οἱ μετ' Ἀρχιδάμου διαβάντες εἰς Ἰταλίαν ὑπὸ τῶν ἐκεῖ βαρβάρων διεφθάρησαν.* Occidit igitur Archidamus d. VII. Metagit. Vid. not. 912. Eum XXIII. annos

δεξάμενος ὁ υἱὸς Ἄγις ἦρξεν ἔτη θ'[915]). *Τιμόθεος ὁ τῆς Ἡρακλείας τῆς ἐν Πόντῳ τύραννος ἐτελεύτησε δυναστεύσας ἔτη ιε'. τὴν δὲ τυραννίδα διαδεξάμενος ὁ ἀδελφὸς Διονύσιος ἦρξεν ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα[916]).

δ. ΦΡΥΝΙΧΟΣ[917]). Τιμολέων Κορίνθιος ἐτελεύτησε στρατηγήσας Συρακουσίων ἔτη η'[918]). Ἀριοβαρζάνης ἐτελεύτησε βασιλεύσας ἔτη κς'. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Μιθριδάτης ἦρξεν ἔτη λε'[919]).

ΟΛ. ΡΙΑ. Ἀνολυμπιάς[920]). Κλεόμαντις Κλειτόριος στάδιον. Ξενόδαμος Ἀντικυρεὺς παγκράτιον[920]).

α. ΠΥΘΟΔΗΜΟΣ· οἱ δὲ ΠΥΘΟΔΩΡΟΣ[921]). Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ἀναιρεῖται ὑπὸ Παυσανίου βασιλεύσας ἔτη κδ'[922]). Σωσικλῆς Συρακούσιος τραγικὸς τῶν τῆς Πλειάδος εἷς ἐτελεύτησεν[923]). Ἱππαρχία Μητροκλέους τοῦ κυνικοῦ ἀδελφὴ

---

regnasse praeter l. l. etiam cap. 63. affirmat Diodorus. Qui numerus recte se habet, si Agesilai mortem et Archidami auspicia inde ab Olymp. CIV, 4. repetas. Vid. not. ad Olymp. CIV, 3.

915) *Τὴν δὲ βασιλείαν*] Diodorus l. l. Agidi III., Archidami III. successori, IX. regni annos tribuit, eundemque numerum infra lib. XVII, 63 repetit. Idem tamen supra lib. XVI, 63 prodiderat XV. Quorum prior numerus Diodori, alter librarii est. Vid. Scal. Can. Isag. III. p. 340 et Wessel. ad Diod. XVI, 63. Sed ne novem quidem annos Agidi caute concesseris, quandoquidem mortem occubuit paullo ante actam de Corona caussam. Vid. Aesch. p. 72, 28 coll. Plut. Ages. 15. Demosth. 24. Quae cum ipsi Ol. CXII, 3. initio ascribenda sit [vid. Clint. FF. HH. II. p. 167 coll. not. n. 945.], Agidem anno Ol. CXII, 2. perisse statueris, proinde ut non novem, sed octo annos regnaverit. Vid. Clint. l. l. Append. III. p. 230 seq.

916) *Τιμόθεος ὁ τῆς Ἡρακλείας*] Haec ad verbum reperies ap. Diod. XVI, cp. 88. extr. ad Olymp. CX, 3. „*Dionysium Timothei fuisse patrem, Clearchi filium, Nymphis apud Athen. XII. p. 549 A. confirmat. De tyrannidis annis non convenit Memnoni [cap. 4.] cum Diodoro: dat illi XXX. Noster ἔτη δυσὶ πλείω τῶν τριάκοντα. L. I, 5.*" WESSELINGIUS ad Diod. l. l. cf. Prolegg.

917) *Φρύνιχος*] Ol. CX, 4. Atheniensium praetor ex Diodoro XVI, 89. Meminit eius etiam Dionysius Dinarch. II, 116, 3 item Inscript. Gr. apud Boeckh. C. I. Vol. I. p. 464 n. 458, 1.

918) *Τιμολέων Κορίνθιος*] Diodorus XVI. cp. 90. ad Ol. CX, 4.: *Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων ὁ Κορίνθιος ἅπαντα τοῖς Συρακουσίοις καὶ τοῖς Σικελιώταις κατωρθωκὼς ἐτελεύτησε, στρατηγήσας ἔτη ὀκτώ.* Plutarchus Timol. 37.: *ἐν οὐδ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτώ.* „*Phrynichus a Lycisco, cuius anno Timoleon Syracusas occupavit* [v. not. 879.], *octavus Archon est, utroque numerato.*" CLINTONUS FF. HH. II. p. 160.

919) *Ἀριοβαρζάνης*] Testatur iisdem fere, quibus Scaliger, verbis Diodorus XVI. cp. 90. ad Ol. CX, 4. Vid. de Mithridate eadem fere repetentem Diod. XX, 112 coll. Wessel. ad XVI, 91.

920) *Ἀνολυμπιάς*] Cleomantis Clitorius stadio vicit Ol. CXI. auctoribus Diodoro XVI, 91 et Africano ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 42. Sed, quod Scaliger hanc Olympiadem Anolympiadem appellat eaque Xenodamum Anticyrensem pancratio palmam meruisse affirmat, error est manifestus. Cogitavit sine dubio de Olympiade CCXI., quam *ἀναβάλλεσθαι εἰς τὴν αὐτοῦ εἰς τὴν Ἑλλάδα παρουσίαν παρέταξεν ὁ Νέρων.* Vid. Pausan. X, 36, 4. coll. not. nostr. ad Olymp. CCXI.

921) *Πυθόδημος, οἱ δὲ Πυθόδωρος*] Atheniensium Olymp. CXI, 1. Archon *Πυθόδημος* vocatur a Dionysio Din. II. p. 114, 11. 116, 3. et ab Arriano Exped. Alex. I, 1, sed *Πυθόδωρος* a Diodoro XVI, 91. Neutra vera forma est. Audiit potius *Πυθόδηλος*, uti cognosces ex Inscriptionibus Graecis, quae primariae harum rerum testes sunt, ap. Boeckh. Monumn. Nav. XIII c, 10. 30. XIV d, 150. 170. coll. Boeckh. l. l. p. 19. 439. not.

922) *Φίλιππος ὁ Μακεδὼν*] Testes sunt Diodorus XVI. cp. 94. seq., Arrianus Exped. Alex. I. 1, Porphyrius ap. Eus. Scal. p. 61, 20. coll. Cram. Anecd. Par. II, 125, Eusebius Maii Arm. coll. Sync. p. 260 D., [sed Olymp. CX, 4. Hieronym.]. Ad eundem annum deducit Eratosthenes ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 336 C, inde a pugna Leuctrica usque ad Philippi mortem annos XXXV. numerans. Qui Olymp. CII, 2. additi profecto exeunt in Olymp. CXI, 1. Interfectus est Philippus ineunte anno, m. Boëdromione. Cf. Ideler. in Actt. Acad. Boruss. a. 1820. p. 272. Clintonus FF. HH. II. p. 162 ipsi Hecatombaeoni Alexandri primordia ascribit.

923) *Σωσικλῆς Συρακούσιος*] Haec profecit Scaliger ex Suida s. v. *Σωσικλῆς· Συρακούσιος τραγικὸς ἐδίδαξε δράματα ογ', ἐνίκησε δὲ ζ'. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ζ' τραγικῶν, οἵ τινες ὠνομάσθησαν Πλειάς. ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν τελευταίων χρόνων Φιλίππου· οἱ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. τελευτᾷ δὲ ρια' Ὀλυμπιάδι· οἱ δὲ, ριδ'. οἱ δὲ ἀκμάσαι αὐτὸν γράφουσι.* Sic scilicet priores Editiones. Primus Kiisterus e quattuor mss. coll. Schol. Apoll. Rhod. III, 533, *Σωσιφάνης Σωσικλέους* pro vulg. lectione: *Σωσιφάνης ὁμοίως κύριον. Σωσικλῆς κτλ.* restituit. Verissime. Sosicles tragicus nil nisi fungus est una nocte natus e corruptis Suidae codicibus, quos etiam Eudoc. p. 384 secuta est. Praeterea numeri *ρια'* et *ριδ'* non conveniunt Pleiadis temporibus. Clintono, F. H. III. p. 5 *ρκα'* et *ρκδ'* rescribenti, assentitur Welckerus Mus. Rhen. Suppl. II, 3. p. 1266.

Μαρωνῖτις φιλόσοφος ἤκμαζε[924]. *Φανίας Ἐρέσιος φιλόσοφος περιπατητικὸς Ἀριστοτέλους μαθητὴς ἐγνωρίζετο*[925].

β. *ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ*[926]. *Ἀριστοτέλης μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα*[927]. *Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν τοὺς Ἰλλυρίους, Παίονας, Θρᾷκας νικήσας τὰ νεωτερίζοντα τῶν ἐθνῶν ἀνεκτήσατο*[928], *καὶ τὰς Θήβας κατασκάψας διαμενούσας ἐπ' ἔτη σχεδὸν ὀκτακόσια ἀπὸ τοῦ γενομένου ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμοῦ, καὶ φόβον τοῖς Ἕλλησιν ἐπιστήσας στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς Ἑλλάδος ᾑρέθη*[929]. *Ἀλεξάνδρου εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασις*[930].

p. 329 a. γ. *ΚΤΗΣΙΚΛΗΣ*[931]. *Ἀλέξανδρος διαβὰς ἐς τὴν Ἀσίαν τοὺς Σατράπας βασιλέως ἐνίκησε περὶ τὸν ἐν Φρυγίᾳ Γρανικὸν ποταμόν*[932].

δ. *ΝΙΚΟΚΡΑΤΗΣ*[933]. *Ἡ ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς περὶ Δαρεῖον*[934].

---

924) *Ἱππαρχία Μητροκλέους*] Testis Suidas s. v. *Ἱππαρχία· ἀδελφὴ Μητροκλέους τοῦ κυνικοῦ* [Consentit Diog. VI, 94. 96.], *Μαρωνεῖτις*, [*Μαρωνῖτις* sec. Diog. Laert. VI, 96 et Clem. Alex. Strom. IV. p. 523 A.] *φιλόσοφος κυνική . . . . ἤκμασεν ἐπὶ τῆς ρια' Ὀλυμπιάδος.*

925) *Φανίας Ἐρέσιος φιλόσοφος*] Suidas s. v. *Φανίας, ἢ Φαινίας, Ἐρέσιος, φιλόσοφος περιπατητικός, Ἀριστοτέλους μαθητής. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ρια' Ὀλυμπιάδος.*

926) *Εὐαίνετος*] Archon Athenis Ol. CXI, 2. ex Diodoro XVII. cp. 2. Meminerunt eius Dionysius Dinarch. II, 116, 4, ad Amm. II. p. 121, 43, Clem. Alex. Strom. I. p. 336 D, Inscriptiones denique Graecae ap. Boeckh. C. I. V. I. n. 159, 22. n. 221, 3. Monumm. Nav. XI a, 85. XIII b, 55. XIV b, 125.

927) *Ἀριστοτέλης μετὰ τὴν Φιλίππου*] Tradit Dionysius ad Amm. II, 121, 23. Qui sua sumpsit ab Apollodoro ap. Diog. V, 10: *Ἀριστοτέλης εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἐν Λυκείῳ ἐσχόλασεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα.*

928) *Ἀλέξανδρος διαδεξάμενος*] Alexander anno postquam Macedonum rex factus fuit gentes, quae in Thracia, Pannonia, Illyria defecerant, domuit ex Diodoro XVII, 8 sqq., Plutarcho Alexand. 670 C. Arriano I, 1 sqq. Consentiunt Maii Armeniaca ad Olymp. CXI, 2., a quibus unius anni metachronismo discedit Hieronymus. Cf. Syncell. p. 260 D.

929) *καὶ τὰς Θήβας*] Alexander Thebas, accerrime defensas [cf. Plut. Alex. cp. 13, Tzetz. Chil. VII. hist. 138, Aelian. VV. HH. XIII, 7] Ol. CXI, 2. mysteriorum tempore [Arrian. I, 10, 4. et Plut. l. l.] i. e. circa d. XX. Boëdromionis Attici [cf. Ideler. Enchir. I. p. 309 n. 1.], qui est sec. cycl. Meton. d. XII. mens. Septembris, cepit, captasque diruit, et magnum Graecis ad defectionem inclinantibus terrorem iniecit. Paulo post dux Graeciae renuntiatus est Olymp. CXI, 2. Auctores Arrian. I, 7, 8., Diod. XVII. cp. 8—12, 16, Plut. Alex. l. l. Vid. Mai. Arm. ad Olymp. CXI, 2., sed Hieronym. ad Olymp. CXI, 3. coll. Sync. p. 260 D. De verbis *διαμενούσας ἐπ' ἔτη σχεδὸν ὀκτακόσια ἀπὸ τοῦ γενομένου ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμοῦ* cf. Diod., qui lib. XIX. cp. 53. varios, quos Thebae expertae fuerint, fortunae casus breviter recensens *οὐκ ὀλίγοις δέ*, ait, *μετὰ ταῦτα περιπεσόντες μόγις μετὰ τετάρτην γενεάν, κατὰ τὸν γενόμενον ἐπὶ τῶν κοράκων χρησμὸν* [cf. Zenob. Cent. III, 87, quem Scholiasta ad Aristoph. Nubb. v. 133. exscribens cum Zenodoto confudit] *ἀπῆλθον εἰς τὴν Βοιωτίαν καὶ τὰς Θήβας κατῴκησαν. ἀπὸ δὲ τούτων τῶν χρόνων διαμενούσης τῆς πόλεως ἐπ' ἔτη σχεδὸν ὀκτακόσια, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῶν Θηβαίων τοῦ παρ' αὐτῶν ἔθνους προστάντων. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀμφισβητησάντων, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσας κατέσκαψεν.* Ubi vid. Wessel. Instauratae sunt Thebae sub init. Ol. CXVI. a Cassandro. Cf. Diod. XIX. cp. 54.

930) *Ἀλεξάνδρου εἰς τὴν Ἀσίαν*] Testis Clemens Strom. I. p. 336 D seq. *καὶ ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσιν, ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε.* Hellespontem traiecit vere. Vid. Arrian. I, 11, 4. Diodorus male Alexandri in Asiam transitum in annum insequentem depressit XVII, 17 ubi vid. Wessel.

931) *Κτησικλῆς*] Ol. CXI, 3. Athenis Archon *Κτησικλῆς* ex Diodoro XVII, 17. Meminerunt eius Dionysius Dinarch. II. p. 116, 5, Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. II. p. 844 A., Inscriptio ap. Boeckh. C. I. Vol. I. n. 157, 6 p. 251.

932) *Ἀλέξανδρος διαβάς*] Pugna ad Granicum fluvium commissa est Olymp. CXI, 3.: V. Diodorus XVII. cp. 18—21. Mense Thargelione: V. Plut. Camill. 19. Cf. id. Plut. Alex. 13 et Arrian. II, 10. Vid. Euseb. Mai. Arm. ad Olymp. CXI, 2, Hieronymus autem ad Olymp. CXI, 3. coll. Syncell. p. 260 D.

933) *Νικοκράτης*] Ol. CXI, 4. Atheniensium praetor *Νικοκράτης* ex Diodoro XVII. cp. 29. Cf. Dionys. Dinarch. II, p. 116, 5, sed *Νικόστρατος* ex Arrian. II, 11. extr. Priorem formam confirmant Inscriptt. ap. Boeckh. C. I. Vol. I. n. 95, 3. p. 135. n. 157, 30. p. 251.

934) *Ἡ ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας*] Pugnatum est ad Issum Ol. CXI, 4., ex Diodoro XVII, 32—37, mense Maemacterione, ex Arriano II, 11, cum iam hiems instaret, ex Curtio III, 8, 8.

ΟΛ. ΡΙΒ. Γρύλλος Χαλκιδεὺς στάδιον[935]). Πάλιν ἐξ Ζᾶνες χάλκειοι ἐποιήθησαν, ὅτε δεύτερος μετὰ Εὔπωλον τὸν Θεσσαλὸν Κάλιππος Ἀθηναῖος ἀθλήσας πένταθλον χρήμασι τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἐξωνήσατο[936]).

α. ΝΙΚΗΡΑΤΟΣ. οἱ δὲ ΑΝΙΚΗΤΟΣ[937]). Ἀλέξανδρος τὴν Τύρον ἑπτὰ μῆνας πολιορκήσας κατὰ κράτος αἱρεῖ, παραπλησίως καὶ τὴν Γάζαν εἷλε διμήνῳ πολιορκίᾳ[938]). Ἀλεξάνδρεια κατὰ τὴν Αἴγυπτον κτίζεται, ὥς τινες[939]).

β. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ[940]). Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρειαν κτίζει[941]). Σελήνης ἔκλειψις. Ἡ πρὸς Ἄρβηλα μάχη, καὶ Δαρείου ἧττα[942]). Ἐντεῦθεν αἱ Καλίππου Κυζικηνοῦ περίοδοι ἄρχονται[943]).

γ. ΑΡΙΣΤΟΦΩΝ[944]). Ὁ περὶ στεφάνου λόγος Δημοσθένους[945]). Ἆγις ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς παραταξάμενος πρὸς Ἀντίπατρον ἀνῃρέθη[946]).

---

935) *Γρύλλος Χαλκιδεὺς*] Testis est Diodorus XVII, 40, cuius quod nonnulli libri praebent *Γρύλος* in *Γρύλλος* mutavit Scaliger, retinuerunt tamen Wesselingius et Dindorfius. Africani apud Euseb. Scalig. *χρον. λογ.* p. 42. *Εὔρυλας*, e vestigiis caeterorum Diodori codicum, *Πρύαλος* tradentium, in *Εὔρυαλος* transformandus videtur. Quod ipsum verum stadionicae nomen fuisse existimamus. Cf. Corsin. FF. AA. T. IV. p. 43.

936) *Πάλιν ἐξ Ζᾶνες*] Auctor Pausanias V, 21, 3, cuius loci summam retulit Scaliger.

937) *Νικήρατος*] Archon Ol. CXII, 1. Athenis ex Diodoro XVII, 40. *Νικήρατος*, sed ex Arriano II, 24. *Ἀνίκητος*. Utrique scriptori ex Dionysio Dinarch. II. p. 116, 5. *Νικήτην* restituendum esse censet Meursius de Arch. Ath. IV, 13. p. 169.

938) *Ἀλέξανδρος τὴν Τύρον*] Tyrum, obsidione per septem menses [v. Diod. XVII, 46, Plut. Alex. 24, Curt. IV, 4, 9: *septimo mense.*] cinctam, cepit Alexander mense Hecatombaeone [Arrian. II, 24] Ol. CXII, 1. ex Diodoro XVII, 40—46 et Arriano l. l. Peccat triennii prochronismo Eusebius Maii Armeniacus, biennii autem Hieronymus. Vid. Syncell. p. 260 D. Gazam post obsidionem duorum mensium expugnavit eodem anno: Vid. Diod. XVII, 48 extr. coll. Plut. Alex. l. l., Isthmiorum tempore: Curt. IV, 5, 11.

939) *Ἀλεξάνδρεια*] Condita est Alexandria, teste Solino cap. 32, p. 45 Palm., Ol. CXII, 1. Coss. L. Papirio Cursore, C. Poetelio Libone II. Romae, a. V. C. 421. [ipse perperam 428 edit.] Vid. Arrian. III, 1 et Plut. Alex. 26. Hoc anno certe fundamenta urbis iacta videntur Kruegero ad Clint. FF. HH. II. p. 164. Vid. not. n. 941.

940) *Ἀριστοφάνης*] Ol. CXII, 2. Archon Atheniensium ex Diodoro XVII, 49 et Arriano III, 15. Meminit eius Dionysius in Dinarch. II, 116, 5. item Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm Navv. XI b, 35.

941) *Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Αἰγύπτῳ*] Refert Scaliger Diodori sententiam, qui lib. XVII. cp. 72. hoc anno Alexandriam conditam tradit. Vid. Curt. IV, 6, 1. et Iust. XI, 11. Eusebius una cum Velleio I, 14 perperam in Olymp. CXII, 3. confert. Ex Eusebio hauserunt Cyrillus adv. Iul. I. p. 13 B. et Syncellus p. 261 A. Livius denique VIII, 24, confuso scilicet C. Poetelii priore cum eius posteriore consulatu, Ol. CXIII, 3., i. e. a. V. C. 428. assignat. Vid not. 939.

942) *Σελήνης ἔκλειψις. ἡ πρὸς Ἄρβηλα*] De proelio, ad oppidum Arbela commisso, auctor Diodorus XVII, 54—60, de lunae defectione Plinius Nat. Hist. II. cp. 70: *Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria luna defecisse noctis secunda hora prodita est, eademque in Sicilia exoriens.* Accuratius etiam Plutarchus Alex. 31. Undecima nocte ante cladem illam defecisse lunam dicit mense Boëdromione circa mysteriorum Eleusiniorum initium i. e. d. XX. Boëdrom. sive Septembr. Hinc pugnam accidisse credas 1. m. Pyanepsionis. Verum: „*Nach einer andern Stelle* [Plut. vit. Camill. cp. 19.] *hat die Schlacht am* 5. *Boedromion vom Ende Statt gefunden. Nach dem metonischen Cyclus entsprach der* 1. *October Ol.* 112, 2. *dem* 7. *Boedromion vom Ende. Man scheint also das Datum nach dem Himmel rectificirt zu haben, was im gegenwärtigen Falle sehr leicht war, da man nur von jener Finsterniss ausgehen durfte. Arrian* [Exped. Alex. III, 15.] *setzt übrigens die Schlacht einen Monat später in den Pyanepsion, vermuthlich in Folge einer von ihm oder einem frühern Geschichtschreiber bei der Reduction des macedonischen Datums aus dem attischen Kalender begangenen Fehlers.*" IDELERUS Enchirid. chronol. I. p. 347.

943) *Ἐντεῦθεν αἱ Καλίππου*] Callippicae periodi [*ἑκκαιεβδομηκονταετηρίδος*] epocham Scaliger quidem de Emendat. Tempp. I, 49. II, 84 sqq. Can. Isag. lib. III. p. 235 seq. in Olymp. CXII, 2. definit. Quam tamen rectius Olymp. CXII, 3. statui docuit Idelerus Enchir. chronol. I. p. 344 sqq.

944) *Ἀριστοφῶν*] Praeturam gessit Athenis Ol. CXII, 3. ex Diodoro XVII, 62 init. Mentio eiusdem fit apud Dionys. Dinarch. II. p. 116, 6, ad Amm. II. 124, 46, Arrianum De Exped. Alex. III, 22, 3, Theophrastum Ethic. Charact. cp. 8., Plutarchum vit. Demosth. cap. 24. Occurrit etiam in Inscript. Gr. ap. Boeckh. Monumm. Nav. XI b, 15.

945) *Ὁ περὶ στεφάνου*] Testis Dionysius in Ep. ad Amm. II, 124, 46: *οὗτος γὰρ (ὁ περὶ στεφάνου λόγος Δημοσθένους) μόνος εἰς δικαστήριον εἰςελήλυθε μετὰ τὸν πόλεμον, ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος — — — καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρος τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην.* Similiter Plutarchus Demosth. cp. 24: *εἰςήχθη δὲ τότε καὶ ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος, ἐπ' Ἀριστοφῶντος.* Con-

δ. ΚΗΦΙΣΟΦΩΝ[947]). Ἀλέξανδρος τοὺς Ὑρκανοὺς καὶ τοὺς Μάρδους παρεστήσατο[848]).

ΟΛ. ΡΙΓ. Κλίτων Μακεδὼν στάδιον[949]). Ἀγεὺς Ἀργεῖος δολιχόν, ὃς ἐν Ἄργει τὴν ἑαυτοῦ νίκην αὐθημερὸν ἀνήγγειλεν[950]).

α. ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ· οἱ δὲ ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ[951]). Κράτης Θηβαῖος ὁ φιλόσοφος ἤκμαζε[952]). Βῆσσος ὁ τὸν Δαρεῖον ἀνελὼν τῷ Δαρείου ἀδελφῷ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου παραδοθεὶς μετὰ πάσης αἰκίας τὸ σῶμα κατὰ λεπτὸν κατεκόπη[953]).

β. ΗΓΗΜΩΝ[954]). Ἀλέξανδρος πέτραν τὴν λεγομένην Ἄορνιν εἷλε, καὶ τὸν Ἰνδὸν

---

sentit etiam Theophrastus Charact. 8: *προςδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην* coll. Cors. FF. AA. T. IV. p. 45. „*Haec causa ineunte Aristophontis anno acta sit necesse est. Nam Aeschines nihildum de Darii morte audiverat. V. Aeschin. p. 72, 28.*" CLINTONUS FF. HH. II. p. 167. Darius autem interemptus est Olymp. CXII, 3. mense Hecatombaeone, sec. Arrian. III, 22, 3.

1059) *Εὐμήλου τοῦ Βοσπόρου*] Auctor Diodorus XX. cp. 100. extr. ad Ol. CXIX, 1. Eum, annos V., totidemque menses (cf. Diod. XX, 25, 100) dominatum, excepit filius Spartocus IV. (cf. ad LXXXV, 3., LXXXVI, 4., XCVI, 4., CVII, 4., CXVII, 3.) Pertinent huc tituli apud Boeckh. Cp. Inscr. Vol. I. n. 107. et Vol. II. 2105. 2106. 2120. Post Spartocum, qui usque ad Ol. CXXIV, 1. regnavit (Diod. XX, 100.), annales ad huc cogniti vacui sunt, neque quidquam de proximis regibus narratur usque ad Parysadem ultimum, qui teste Strab. VII. p. 214, 40., barbaris tributa exaggerantibus, Mithridati imperium concessit anno ante Chr. 94. (a. V. C. 660.). Cf. Niebuhrii Opuscula phil. hist. min. I. p. 388.

1060) *Λεώστρατος*] Archon Athenis Ol. CXIX, 2., auctoribus Diodoro XX, 102 et Dionysio Dinarch. II. p. 116, 15.

1061) *Νικοκλῆς*] Ol. CXIX, 3. praetor Atheniensium, testibus Diodoro XX, 106 et Dionysio Dinarch. II. p. 116, 15.

1062) *Ἱέρων τοῦ Ἱεροκλέους*] Verba Pausaniae, quae ante oculos habuit Scaliger, haec sunt lib. VI. cp. 12, 2: *Παρὰ δὲ τοῦ Ἱέρωνος τὸ ἅρμα ἀνήρ ἐστιν ὁμώνυμός τε τῷ Δεινομένους καὶ ἐν Συρακούσαις καὶ οὗτος τυραννήσας. Ἱέρων δὲ ἐκαλεῖτο Ἱεροκλέους. Μετὰ δὲ τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ πρότερον τυραννήσαντος τελευτὴν Συρακουσίοις αὖθις ἀναπεφύκει τύραννος ὁ Ἱέρων οὗτος, τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν, ἣν Κυρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν Ἰδαῖος.* Hic locus mirum quantum vexavit Pausaniae interpretes. Uti nos ascripsimus, eum ediderunt Schubartius et Walzius. Verbum *ἕκτης* nimirum, omissum quidem in cod. Paris., sed a codd. Lugdun. duobus oblatum, uncis inclusit Clavierus, tacite sine uncis posuit Bekkerus, asterisco notavit Siebelisius. Schubartius et Walzius nomen numerale in *τῆς* latere putant, sive *Γῆς* i. e. *τρίτης* sive *ἕκ τῆς* malueris. Hoc cum Casaubono, Petito, Simsono, Corsino, Wesselingio, Valckenario requirit Palmerius. Is „*Non potest*, inquit Exercitt. p. 405, *hic Olympiadum numerus cum historia congruere. Nam Hiero ille mortuus est, Livio teste, paulo ante, quam Consules fierent Q. Fabius IV. et Claudius Marcellus III.* U. C. 539., *qui annus secundus est Olymp. CXLI. unde si Pausaniae numerus bene se haberet absurdum sequeretur, Hieronem scilicet regnasse annos 84; sed eodem Livio teste (lib. 24, 4) vixit tantum 90 annos. Lucianus in Macrobiis duos annos addit, et ait eum vixisse annos 92. Nihil igitur certius est Pausaniam falsum fuisse, si ita scripsit, ut est editum, sed procul dubio aliter scripserat. . . . . Scriptum fuerat: ἔτει δευτέρῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν, optime. Exscriptor putavit τῆς ἕκτης repetitionem esse vitiosam, et forte τὸ ἕκτης scriptum inveniebat non satis coniunctim, et ideo putavit τὸ ἕκτης esse delendum, cum debebat cuniunctius legere ἕκτης, et si recensio Olympiadum aliquid fidei meretur (et meretur quidem, sive eius compilator fuerit Scaliger, sive ex quadam antiqua scheda eam publicaverit), nostra coniectura veritate nititur. Nam Olympiade*

δ. ΚΑΛΛΙΑΡΧΟΣ[1063]).

ΟΛ. ΡΚ. Πυθαγόρας Μάγνης στάδιον[1064]). Πάλην Κερᾶς Ἀργεῖος, ὃς χηλὰς ἀπέσπα βοός[1065]).

α. ΗΓΕΜΑΧΟΣ[1066]). Ἀρκεσίλαος ὁ φιλόσοφος ἤκμαζε[1067]).

β. ΕΥΚΤΗΜΩΝ[1068]).

γ. ΜΝΗΣΙΔΗΜΟΣ[1069]).

δ. ΑΝΤΙΦΑΤΗΣ[1070]).

ΟΛ. ΡΚΑ. Πυθαγόρας στάδιον τὸ δεύτερον[1071]).

α. ΝΙΚΙΑΣ[1072]).

β. ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ[1073]).

γ. ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ[1074]).

δ. ΦΙΛΙΠΠΟΣ[1075]).

---

126. *ponitur Idaeus Cyrenaeus stadium vicisse . . . . Sed nisi ponamus Hieronymum Hieronis huius nepotem fuisse binominem, et etiam Hieronem vocatum fuisse, nunquam a lata liberabimus hoc loco Pausaniam, nec ita etiam omnino a culpa liberabitur, qui hunc Hieronem, de quo loquutus est, a quodam Dinomene caesum fuisse ait: est eius proculdubio παρόραμα, vel μνημονικὸν σφάλμα. Nam ex T. Livio lib. 24. discimus, Hieronymum, Siciliae tyrannum vel regem, ab illo Dinomene caesum fuisse, non vero, ut hic dicitur, eius avum Hieronem."* Atque Ol. CXXVI, 2. Hieronem στρατηγὸν factum esse, concedit Clintonus FF. HH. II. p. 281 not. v., ipse tamen regni eius initium in Ol. CXXVII. exeunt. collocare et ἑβδόμης ap. Paus. supplere mavult. Quam coniecturam, a Kruegero improbatam, ipse in Supplem. Tom. III. a. 1830. p. 615 reiicit auctor. Scaliger autem Hieronis auspicia anno Olymp. CXIX. tertio intulit calami errore, cum ea potius Olymp. CXXVI, 2. assignare voluerit et ipse. Neque enim verba suprascripta aliunde potuit quam e Pausania haurire. Praeterea Idaeum Olymp. CXXVI. stadio victorem agnoscit. Vid. not. 1088.

1063) *Καλλίαρχος*] Nicocli successit in praetura Atheniensium annua ex Dionysii Dinarch. II. p. 116, 15.

1064) *Πυθαγόρας Μάγνης*] Testis est Africanus apud Euseb. χρον. λογ. p. 42. Interpres Armeniacus *ἀπὸ Μαιάνδρου* adiiciendum esse indicat.

1065) *Πάλην Κερᾶς Ἀργεῖος*] Totidem verbis tradit Africanus l. l. Codex κοὸς offert, quod eodem modo quo Scaliger [cf. eius etiam Addend. ad Nott. in Graec. Euseb. p. 429 a.] corrigit Cramerus Anecd. Graec. Paris. T. II. p. 147.

1066) *Ἡγέμαχος*] Archon Athenis Ol. CXX, 1. ex Dionysio Dinarch. II, 116, 16.

1067) *Ἀρκεσίλαος ὁ φιλόσοφος*] Auctor Apollodorus apud Diog. lib. IV, 45 extr.: *ὁ δὲ προειρημένος φιλόσοφος* [i. e. *Ἀρκεσίλαος, ὁ Σεύθου ἢ Σκύθου, Πιταναῖος τῆς Αἰολίδος* segm. 28. init.] *καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ἤκμαζε περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.* Pitaneu, urbem Aeolicam, Arcesilai philosophi patriam fuisse, testatur etiam Strabo lib. XIII. p. 422 extr. Floruit Olymp. CXXVII, 3. sec. Eusebium [Hieronymi, Ol. CXXVII, 1. Mai. Arm.] Vixit annos 75. Hermipp. ap. Diog. IV, 44. Successit ei in regenda schola Lacydes Olymp. CXXXIV, 4. Quo fere tempore Arcesilaum defunctum confirmant, quae Clintonus in Append. XXI. p. 378 seq. not. h collegit testimonia.

1068) *Εὐκτήμων*] Praeturam Athenis gessit post Hegemachum, teste Dionysio Dinarch. II. p. 116, 16.

1069) *Μνησίδημος*] Successit Euctemoni in praetura annua ex eodem Dionysio l. l.

1070) *Ἀντιφάτης*] Archon Atheniensium Ol. CXX, 4. ex Dionysio l. l.

1071) *Πυθαγόρας στάδιον τὸ δεύτερον*] Testis Africanus apud Euseb χρον. λογ. p. 42.

1072) *Νικίας*] Praeturam Athenis gessit Ol. CXXI, 1. ex Dionysio II. p. 116, 17.

1073) *Νικόστρατος*] Niciam in summo Atheniensium magistratu excepit Nicostratus, ex Dionysio l. l. De Athenaei VI. p. 234 D. *Λυκοστράτῳ*, quem huc refert Corsinus, vid. not. 757.

1074) *Ὀλυμπιόδωρος*] Successit Nicostrato Ol. CXXI, 3. ex Dionysio l. l.

1075) *Φίλιππος*] Olympiodori in annua Atheniensium praetura successorem Dionysius l. l. exhibet Philippum. Memoratur idem Archon praeterea in duabus veteribus Inscriptionibus ap. Grut. p. CIↃXXVII, 2. et p. IↃCCCCXVIII, 2., quarum tamen altera perperam exhibet ἄρχοντος Φραῖπλος. Applicatur ibi Philippi praetura anno XXXII. Ptolemaei Soteris, numeranturque inde a Sosigene Archonte [Ol. CIX, 3.] usque ad Philippi magistratum et Menandri mortem anni LII. At si Philippus Archon fuit Ol. CXXI, 4., ab Olymp. CIX, 3. usque ad Philippum anni computantur non LII., sed XLIX. Accedit difficultas e Dionysio orta, qui quum in Dinarcho LXX. Archontum seriem inde a Nicophemo Olymp. CIV, 4. exhibiturus, LXVIII. tantummodo nominet, ultimumque afferat Philippum, manifesto duo omisit, quorum unum Hegesiam inter Anticlem et Cephisodorum ad Ol. CXIV, 1. supplevimus. Sed alter, quo quaerendus loco erit? Usque ad Archontem Nicoclem Ol. CXIX, 3., in quo Diodori Biblioth. lib. XX. explicit, huius Archontes cum Dionysianis conveniunt. Addit Dionysius Calliarchum, Hegemachum, Euctemonem, Mnesidemum, Antiphatem, Niciam, Nicostratum, Olympiodorum, Philippum: ut horum si alter alterum excepit, catalogum a fine mancum, Philippum autem anni quarti Ol. CXXI. Archontem credas. Nihilominus idem Dionysius in

ΟΛ. ΡΚΒ. Ἀντίγονος Μακεδὼν στάδιον[1076]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΚΓ. Ἀντίγονος Μακεδὼν στάδιον τὸ δεύτερον[1077]).

α. Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου τελευτήσαντος τὴν σχολὴν διαδέχεται Στράτων Λαμψακηνός[1078]).

β. ΦΙΛΙΠΠΟΣ[1079]). Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς κωμῳδοποιὸς ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν' καὶ [δ'][1079]). Ποσείδιππος Κασσανδρεὺς υἱὸς Κυνίσκου κωμικὸς ἐδίδαξε[1080]).

γ.

δ.

Dinarcho [II. p. 113, 17 et p. 114, 13] inde ab Anaxicrate Ol. CXVIII, 2. usque ad Philippum annos XV. numerat Dinarchi exulantis [cf. Pseudo-Plut. Vitt. X. Oratt. II. p. 850 D. et Photius p. 426 b. 27. Bekker.], qui additi ad Ol. CXVIII, 2. Philippum Archontem fuisse anni primi Ol. CXXII. demonstrant. Suspicetur igitur quispiam, inter Nicoclem et Philippum unius nomen Archontis intercidisse. Sic Clintonus FF. HH. II. p. 190 annum Olymp. CXXI, 4. Olympiodorum inter et Philippum Archonte vacuum reliquit. Sed huic ego rationi hanc praefero emendationem: . . . . . Ὀλυμπιόδωρος, δὶς Φίλιππος, qui proinde Philippus exemplo, fateor, prorsus singulari per biennium continuum fasces tenuerit. His confectis facilis se offert corrigendae Inscriptionis modus:

ἐτῶν ν', τῷ β' ἔτει ἄρχοντος Φιλίππου, κατὰ τὸ β' καὶ λ'
ἔτος τῆς Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος βασιλείας.

Profecto enim Philippi altera praetura inde a Sosigene numerata quinquagesima est. Subiecimus hanc rerum, modo commemoratarum, tabulam synchronisticam:

ΟΛ. ΡΘ. γ'.	Σωσιγένους ἄρχοντος Μένανδρος ἐγεννήθη.
ΡΙΔ. α'. ἡ Ἀλεξάνδρου τελευτὴ ἔτους λήγοντος	Ἡγησίου ἄρχοντος.
ΡΙΔ. β'. Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἔτος πρῶτον	Κηφισοδώρου ἄρχοντος.
ΡΚΑ. δ'. Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἔτος λα'.	Φιλίππου ἄρχοντος τὸ α'.
ΡΚΘ. α'. Πτολεμαίου ἔτος λβ'. .	Φιλίππου ἄρχοντος τὸ β' Μένανδρος ἐτελεύτησεν ἔτη γεγονὼς ν'.

Aliter iudicat Corsinus Fast. Att. IV. p. 74. 76. 77. 78. I. p. 39 seq. II. p. 93, qui Philippum Dionysii Ol. CXXI, $\frac{3}{4}$., et, sumpto ab Olymp CXIV, 4. Ptolemaei initio, Philippum Epigraphes Ol. CXXII, $\frac{2}{3}$. assignat.

1076) Ἀντίγονος Μακεδὼν στάδιον] Testis Africanus ap. Euseb. χρον. λογ. p. 42.

1077) Ἀντίγονος Μακεδὼν στάδιον τὸ δεύτερον] Idem auctor Africanus eodem loco.

1078) Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου] Apollodorus ap. Diog. V, 58: σχολαρχεῖν δὲ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς, ἤρξατο [Στράτων] τῇ ρκγ' Ὀλυμπιάδι, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα. Itaque Theophrastus, qui Aristoteli Olymp. CXIV, 3. defuncto successerat, scholae annos XXXIV. praefuerat. Vid. not. ad *ΟΛ. ΡΙΔ, γ'.* Stratonem excepit Olymp. CXXVII, 1. Lycon. Vid. not. ad *ΟΛ. ΡΚΖ. α'.*

1079) Φίλιππος. Μένανδρος Διοπείθους] Testis vetus Inscriptio apud Gruter p. CIↃXXVII. n. 2.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ.
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ. ΕΓΕΝΝΗΘΗ. ΕΠΙ.
ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ.
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ. ΕΤΩΝ. Ν.
ΚΑΙ Β. ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟΣ.
ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΚΑΤΑ. ΤΟ Β.
ΚΑΙ Λ ΕΤΟΣ. ΤΗΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ.
ΤΟΥ. ΣΩΤΗΡΟΣ. ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

De qua Inscriptione Scaliger in Animadvv. ad Euseb. p. 131 a. disserens: „*Luculentum sane*, inquit, *monumentum. Nam verissimum est, hunc fuisse annum XXXII. ab Alexandri morte (unde hic putatur exordium regni Ptolemaei Soteris), et hoc anno fuit praetor Philippus. Sed illud non verum, a praetore Sosigene ad praetorem Philippum i. e. a numero MDCLXXV. ad numerum praesentem MDCCXXIV. intercessisse annos LII. Triennio enim pauciores sunt. Sed in nostris collectaneis anno II. Olymp. CXXIII. sub cognomine sive eodem iterum praetore mortuus notatur annos natus LIV. imo LV. Sed ille non est annus XXXII. Pto-*

ΟΛ. ΡΚΔ. *Φιλόμηλος Φαρσάλιος στάδιον*[1081]).
α. *Φιλέταιρος ὁ Θλιβίας Περγάμου βασιλεύει ἐπ' ἔτη κ'*[1082]).
β.
γ.
δ.
ΟΛ. ΡΚΕ. *Λάδας Αἰγιεὺς στάδιον*[1083]).
α. *ΓΟΡΓΙΑΣ*[1084]). *Χρύσιππος ὁ φιλόσοφος ἐγεννήθη*[1085]).

---

lemaei Soteris. In prolegomenis Aristophanis: τελευτᾷ δ' ἐν Ἀθήναις ἐτῶν ὑπάρχων νβ'. quot annorum vetus inscriptio." Quibus respectis supra in textu δ' post ν' καὶ . . . . exciderit. Quam litteram in parenthesi positam supplevimus. De Menandro cf. etiam alteram Inscriptionem ap. Gruter. p. IƆCCCCXVIII. n. 12. hanc: *ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ.*
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ. ΕΓΕΝΝΗΘΗ. ΕΠΙ.
ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ.
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ. ΕΤΩΝ. Ν.
ΚΑΙ. Β. ΑΡΧΟΝΤΟΣ.
ΦΡΑΙΠΛΟΣ.

De quibus quomodo nos iudicaremus, supra not. 1075. aperuimus. Qua in sententia nos confirmat etiam Eusebius, qui Menandrum ipso Ol. CXXII. anno primo obisse scribit, nec non Gellius, qui NN. AA. 17, 21. Livium Andronicum 52. annis post Menandri obitum primam fabulam docuisse narrat: id quod factum esse constat Ol. CXXXV, 1. Cf. Aug. Meinek. de Menandri et Philemonis Vita et Scriptis, qui tamen non sentiens corruptelam Inscriptionum, praesertim quum Anonymus *περὶ κωμῳδίας* p. XII. et Apollod. ap. Gell. 17, 4. Menandrum LII. annorum faciant defunctum, annum eius emortualem Ol. CXXII, 3. figit. Caeterum Menandrum Ol. CXXII, 1. defunctum annotat Muellerus Hist. Litt. Gr. Tom. II. p. 270 not. 1., sine dubio ille Eusebium exprimens. Clint. FF. HH. II. p. 193 mortem eius Olymp. CXXII, 2. assignat. Cf. Droysen. loco not. 1051. laudato.

1080) *Ποσείδιππος*] Auctor Suidas s. v. *Ποσίδιππος* [*Ποσείδιππος* Diog. Laërt. lib. VII, 27.] *Κασσανδρεύς* [cf. Steph. s. v. *Κασάνδρεια*], *υἱὸς Κυνίσκου, τρίτῳ ἔτει μετὰ τὸ τελευτῆσαι τὸν Μένανδρον* [i. e. e nostris calculis Ol. CXXII, 4.] *διδάξας, κωμικός. ἔστι δὲ τὰ δράματα αὐτοῦ ἕως τῶν λ'.* Scaliger igitur etsi Menandrum Ol. CXXIII, 2. defunctum scripsit, tempus tamen, quo Posidippus docuerit, ex intentato Inscriptionis calculo, secundum quem Menandri obitus 52. annis post Ol. CIX, 3. i. e. Olymp. CXXII, 3. accidit, definisse videtur. Vid. Eudoc. Violar. p. 359 coll. Meinek. Histor. Crit. Com. Graec. p. 482.

1081) *Φιλόμηλος Φαρσάλιος*] Testis est Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 42. Cramer. Anecd. Graec. Paris. II. p. 147 duplici λ *Φιλόμηλλος* exhibent.

1082) *Φιλέταιρος ὁ Θλιβίας Περγάμου*] Successio regni Pergameni secundum Strabonem XIII. p. 429 haec fuit. Primus regnavit Philetaerus annos XX., tum Eumenes I. a. XXII., cui succedens Attalus I. annos imperitavit XLIII. Hunc excepit Eumenes II., rexitque Pergamum a. XLIX., post quem quum Attalus II. annos XXI. regnum administrasset, Attalus III. Philometor successit, qui post V. annorum regnum defunctus est, Romanis heredibus nuncupatis. Regnatum igitur est Pergami annos CLX: quem numerum ubi de Ol. CLXI, 4., quo anno Attalum defunctum notat Scaliger, deduxeris, efficietur, ut Philetaerus Olymp. CXXI, 4. auspicatus esse videatur. Cur igitur illum Olymp. CXXIV, 1. aut potius 4. regnare coepisse arbitratus est Scaliger? Nimirum prima causa haec est, quod (cf. nostra ad Ol. CXLVI, 1. s. n. 1179.] Eumeni II. non XLIX., quot Strabo, sed XXXIX. regni annos assignandos putavit. Quae quidem opinio quibus caussis nitatur, infra exponetur. Accedit, quod Eumenem II. vicesimo primo, Attalum III. quinto regni anno defungi fecit: proinde ut regnum Pergamenum nonnisi CXLVIII. annos stetisse videatur: quos ubi de Ol. CLXI, 4. deduxeris, primordia regni in Ol. CXXIV, 4. inciderint. Atque huic profecto anno Ol. CXXIV. quarto Scaligerum Philetaeri initium assignare voluisse, vel ex eo probabile est, quod in Ol. CXXIX, 4. Eumenem I. confert, eique postquam avunculus annos XX. regnaverit, gubernacula imperii delata ait. Quum vero Attali III. mors rectius Ol. CLXI, 3. ascribatur, Philetaeri quoque auspicia tertio potius anno Ol. CXXIV. persuerim. — Fuit autem Philetaerus *ἀνὴρ Τιανὸς* (*Τιανεὺς*) ex *Τηΐου* sive *Τιείου*, urbe Ponti, oriundus (Strab. XII. p. 374, 35.] *θλιβίας ἐκ παιδός* (Strab. XIII. p. 428, 56.): qui qua ratione regnum *Περγάμου τῆς ὑπὲρ Καΐκου* occupaverit, exponit praeter Strabonem lib. XIII. l. l. Pausanias I, 10, 3. Cf. App. Syr. 63. et Lucian. Macrob. 12.

1083) *Λάδας Αἰγιεύς*] Ladas Aegiensis, non, uti vult Africanus apud Eus. *χρον. λογ.* p. 42, Aegensis, stadio vicit Ol. CXXV. ex Pausania III, 21, 1. X, 23, 5. Erat enim Ladas Argivus ex Aegio, cuius incolae *Αἰγιεῖς*, non ex Aegis, urbe et Achaica, et Euboica, quarum incolae *Αἰγαῖοι* audiebant. Cf. Strab. VIII. p. 265 seq. Praeter hunc Ladam Aegiensem stadionicam fuit etiam alter Ladas, de longiore iste curriculo in Olympicis coronatus. Cf. Paus. III, 21, 1. II, 19, 6. Idem Ladae stadium VIII, 12, 3. memorat.

1084) *Γοργίας*] Auctor est Pseudo-Plut. Vitt. X. Oratt. II. p. 847 D.: *χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀθηναῖοι*

β. *ΑΝΑΞΙΚΡΑΤΗΣ*[1086]). *Ἡ τῶν Κελτῶν εἰς Ἑλλάδα στρατεία τε καὶ ἀπώλεια*[1086]).
γ. *ΔΗΜΟΚΛΗΣ*[1087]). *Τῶν Κελτῶν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασις*[1087]).
δ.

ΟΛ. ΡΚϚ. Ἰδαῖος, ἢ Νικάτωρ, Κυρηναῖος στάδιον[1088]).
α. *Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος Ἀγλαοῦ ἐγεννήθη*[1089]). *Εὐφορίων ὁ Χαλκιδεὺς φιλόσοφος καὶ ποιητὴς ἐγεννήθη*[1090]). *Πύρρος ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθη*[1091]).
β.
γ.
δ. *Ῥωμαῖοι εἰς Ἀρίμινον καὶ Βενεούεντον ἀποικίας ἀπέστειλαν*[1092]).

σίτησίν τε ἐν πρυτανείῳ τοῖς συγγενέσι τοῦ Δημοσθένους ἔδοσαν, καὶ αὐτῷ τετελευτηκότι τὴν εἰκόνα ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ, ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντος, αἰτησαμένου αὐτῷ τὰς δωρεὰς ἀδελφιδοῦ Δημοχάρους. Hunc vero Gorgiam praetorem Ol. CXXV, 1. assignandum esse, Scaligerum idem docuit vitarum Auctor, paullo post addens, decennio post Gorgiae praeturam Pytharato Archonte eosdem quos Demostheni honores Demochari quoque, petente filio Lachete, decretos esse. Pytharatus autem, uti aliunde scimus, Ol. CXXVII, 2. summum Athenis magistratum gessit. Recte igitur Scaliger ad Ol. CXXV, 1. ascripsit Gorgiam praetorem.

1085) *Χρύσιππος ὁ φιλόσοφος*] Chrysippus, Appollonidae [Apollonii Diog. Laert.] filius, Solensis aut Tarsensis, Cleanthis discipulus, Ol. CXLIII. anno aetatis septuagesimo tertio [octogesimo secundo ex Lucian. 20.] mortem obiit teste Suida s. v. *Χρύσιππος*. Debet sua Suidas Apollodoro ap. Diog. Laërt. vit. Chrys. lib. VII, 184, cui tamen *κατὰ τὴν γ' καὶ μ' καὶ ρ' Ὀλ.* restituendum esse pro *κατὰ τὴν γ' καὶ μ' Ὀλ.*, praeeunte Vossio Hist. Graec. lib. I. p. 112, recte observat Menagius. Natus igitur est Chrysippus Olymp. CXXV, 1. Quodsi Diogenes et Suidas dubitant, Solensisne Chrysippus an Tarsensis fuerit, eam dubitationem sic tollit Strab. XIV. p. 462, 13. ut ipsum Chrysippum Solensem fuisse, patrem vero Tarso Solos migrasse testetur. Caeterum Scholae Stoicae successio haec fuit. Zenonem Citiensem excepit Cleanthes Assius [vid. Steph. s. v. *Ἄσσος*], hunc vero Chrysippus Solensis. Vid. Strab. XIII. p. 420 init., Plut. II. p. 605 B., Clem. Alex. Strom. I. p. 301 C.

1086) *Ἀναξικράτης. Ἡ τῶν Κελτῶν εἰς Ἑλλάδα*] Auctor est Pausanias X, 23, 9: *ἐγένετο δὲ τῶν Κελτῶν στρατεία τε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ ἡ ἀπώλεια Ἀναξικράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δ' ἔτει τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν, ἣν Λάδας Αἰγιεὺς ἐνίκα στάδιον.*

1087) *Δημοκλῆς. Τῶν Κελτῶν*] Pausan. l. l. sic pergit: *τῷ δὲ ἔτει τῷ ἐφεξῆς Δημοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, οἱ δὲ αὖθις ἐς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσιν οἱ Κελτοί.*

1088) *Ἰδαῖος, ἢ Νικάτωρ*] Haec ad verbum Scaliger ex Africano ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 42 mutuatus est. De Idaeo Cyrenaeo praeterea auctor est Pausanias VI, 22, 2.

1089) *Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος*] Tradit Suidas s. v. *Ἐρατοσθένης· Ἀγλαοῦ, οἱ δὲ Ἀμβροσίου, Κυρηναῖος . . . . . ἐτέχθη δὲ ρκϛ' Ὀλυμπιάδι.* Vid. Censorin. cp. 15. coll. Scal. Animadvv. ad Euseb. n. MDCCCIII. et not. 1178.

1090) *Εὐφορίων*] Testatur Suidas s. v. *Εὐφορίων Πολυμνήτου* [*Πολυμνήστου* e coni. Aug. Meinek. in Euphor. suo. Gedan. a. 1823. 8.], *Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας, μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακίδου καὶ Πρυτάνιδος, ἐν δὲ τοῖς ποιητικοῖς Ἀρχεβούλου τοῦ Θηραίου ποιητοῦ, οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι. ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ ρκϛ' Ὀλυμπιάδι, ὅτε* [Hoc additamentum historiae congruum negat Meinekius. At vid. not. 1091.] *καὶ Πύρρος ἡττήθη ὑπὸ Ῥωμαίων.* Cf. Prolegg.

1091) *Πύρρος ὑπὸ Ῥωμαίων*] Delibavit Scaliger e Suidae verbis modo ascriptis. Cf. Animadvv. ad Euseb. n. MDCCCIII. p. 138 b. Significat autem Lexicographus sine dubio Pyrrhi, ex Sicilia reducis, cladem a. a. Chr. 275 U. c. 479. Olymp. $\frac{\text{CXXVI, 1.}}{\text{CXXVI, 2.}}$ acceptam. Livius epit. XIV.: *Curius Dentatus Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit.* Eutropius II, 14: *Coss. deinde Curius Dentatus [II.] et Cornelius Lentulus adversus Pyrrhum missi sunt. Curius contra eum pugnavit ... in consulatu triumphavit: primus Romae elephantos quattuor duxit.* Cf. Fischer. Tabb. chronol. Rom. p. 68.

1092) *Ῥωμαῖοι εἰς Ἀρίμινον*] Auctore Velleio I, 14. coloniae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio deductae sunt P. Sempronio Sopho, Appio Caeci F. Claudio Coss a. a. Chr. 268, U. c. 486. i. e. Olymp. $\frac{\text{CXXVII, 4.}}{\text{CXXVIII, 1.}}$ Eutropius II, 16 non debebat de conditis civitatibus loqui: *Conditae a Romanis civitates Ariminum in Gallia, et Beneventum in Samnio.* Cf. Livius Epit. XV.: *Coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio.* Hieronymus utramque coloniam perperam Ol. CXXIII, 2. [Omittunt Mai. Arm.] deductam esse tradit. Non dubitamus, quin Scaliger verba annotata in Olymp. CXXVII, 4. inferre voluerit. Scrupulum tamen hic calami Scaligeriani error, tanquam antiqui testis auctoritas, magno iniecit Cluvero Ital. Antiq. I. p. 604. Caeterum *Ἀρίμηνον* plerique Codd. apud Polyb. II, 23, 5. *Ἀρίμινον* unus Aug. exhibet, quod receperunt Schweighaeuserus et Bekkerus. — Alterum oppidum *Βενούεντον* Strabo, *Βενεβεντὸς* Appianus et Stephanus Byz., *Βενεούεντον ἤγουν Οὐενέβεντον* Ptolemaeus appellat. *Οὐενουαντάνη* (*χώρα*) est apud Polyb. III, 90, 8.

ΟΛ. ΡΚΖ. *Περιγένης Ἀλεξανδρεὺς στάδιον*[1093]).

α. *Τὴν Στράτωνος σχολὴν Λύκων διεδέξατο*[1094]).

β. ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ[1095]). *Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης τὴν Αἰγυπτίων βασιλείαν παραλαμβάνει*[1096]). *Καλλίμαχος Βάττου καὶ Μεσάτμας ἤκμαζεν*[1097]). *Ἐπίκουρος ἐτελεύτησε γεγονὼς ἔτη οβ'*[1098]). *Ἀντίλοχος ὁ τοὺς ἵστορας πραγματευσάμενος ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἐπὶ τὴν Ἐπικούρου τελευτὴν ἔτη φέρει τὰ πάντα τιβ'*[1099]). *Ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀργυροῦν νόμισμα πρῶτον κατεκόπη*[1100]).

γ.

δ. *Ἀρεὺς ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε*[1101]).

ΟΛ. ΡΚΗ. *Σέλευκος Μακεδὼν στάδιον*[1102]). *Βελιστίχη γυνὴ ἀπὸ τῆς Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ συνωρίδι πωλικῇ ἐνίκησε*[1103]). p. 332 a.

α. *Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος κρατήσας τῆς ἀρχῆς καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐκβαλὼν Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν. ἔνθεν Ἀρσακίδαι ἐκλήθησαν οἱ Περσῶν βασιλεῖς*[1104]).

1093) *Περιγένης Ἀλεξανδρεὺς*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l.

1094) *Τὴν Στράτωνος σχολὴν*] Auctor Diogenes V, 68: *ἀφηγήσατο δὲ τῆς σχολῆς ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς τετταράκοντα, Στράτωνος αὐτὸν (τὸν Λύκωνα) ἐν ταῖς διαθήκαις καταλιπόντος, κατὰ τὴν ρκζ' Ὀλυμπιάδα.* Fuit autem Lyco Astyanactis filius, e Troade oriundus [Diog. Laërt. V, 65], quem Stratoni in Lyceo successisse tradit etiam Clemens Alex. Strom. I. p. 301 B.

1095) *Πυθάρατος*] Teste Apollodoro ap. Diogenem X, 15 magistratum Athenis summum gessit Ol. CXXVII, 2. Restituendum enim esse illo loco *τῆς ρκζ' Ὀλ.* pro *ρζ' Ὀλ.*, praeeunte ad Theophr. Charact. p. 98 Casaubono recte censet Menagius in Observatt. p. 264 a., simul coniecturam illam etiam Scaligerum ad oram libri annotasse affirmans. Meminerunt Archontis Pytharati Pseudo-Plutarchus Vitt. X. Oratt. Demosth. p. 847 D, in decreto ad finem libri adiecto p. 851 C, et Cicero de Fato cp. 9. §. 19.

1096) *Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης*] Suidas s. v. *Καλλίμαχος· υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, γραμματικός, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰάσεως* [leg. *Ἰάσονος*] *γραμματικοῦ . . . . παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιὰς δὲ ἦν ρκζ', ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἤρξατο τῆς βασιλείας.* Cf. Prolegg.

1097) *Καλλίμαχος Βάττου*] Refert Suidas verbis modo ascriptis. Gellius lib. XVII. cp. 21. Callimachum anno V. C. fere quadringentesimo nonagesimo, qui est Ol. CXXIX, 1., apud Ptolemaeum regem celebratum esse tradit. Cf. Prolegg.

1098) *Ἐπίκουρος ἐτελεύτησεν*] Testis Apollodorus apud Diog. Laërt. X, 15: *καὶ τελευτῆσαι (τὸν Ἐπίκουρόν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης* [*καὶ εἰκοστῆς*] *καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα.* Idem tradit Cicero de Fato cp. 9. §. 19. Caet. cf. Suid. s. v. *Ἐπίκουρος.* Obiit autem Epicurus *Γαμηλιῶνος δεκάτῃ ἱσταμένου*, auctore Antilocho apud Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 309 C.

1099) *Ἀντίλοχος ὁ τοὺς ἵστορας*] Refert haec Clemens Alex. Strom. I. p. 309 C., cuius verba ad Ol. XLIX, 2. ascripsimus, ubi vide, quae annotavimus s. n. 164.

1100) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ*] Testatur Syncellus p. 275 B.: *ἐν Ῥώμῃ πρῶτον ἀργυροῦν ἐκόπη νόμισμα·* id quod Plinius Hist. Nat. lib. XXXIII. cp. 3. cum Zonara lib. VIII. cp. 7. p. 380 biennio post, C. Fabio Pictore, Q. Ogulnio Gallo Coss. Ol. CXXVII, ¼. a. a. Chr. 269. U. c. 485., factum enarrant, *quinque annis ante bellum Punicum.* Liv. epit. XV.: *Tunc primum populus Romanus argento uti coepit.*

1101) *Ἀρεὺς ὁ Λακεδαιμονίων*] Vidimus supra ad Olymp. CXVII, 4. Areum, Lacedaemoniorum regem, e vetere Eurysthenidarum familia oriundum, inde ab Ol. CXVII, 4. annos XLIV. imperitavisse. Quodsi verum est, non Ol. CXXVII, 4., sed Ol. CXXVIII, 4. obierit mortem. Scaliger igitur totius Olympiadis prochronismum commisit. Cf. eius Canon. Isagog. lib. III. p. 340.

1102) *Σέλευκος Μακεδὼν*] Testis est African. ap. Euseb. l. l.

1103) *Βελιστίχη γυνὴ ἀπὸ τῆς Μακεδονίας*] Errat Scaliger. Tradit Pausanias V, 8, 3: *συνέθεσαν δὲ ὕστερον καὶ συνωρίδα πώλων, καὶ πῶλον κέλητα. ἐπὶ μὲν δὴ τῇ συνωρίδι Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ γυναῖκα, Τληπόλεμον δὲ Λύκιον ἀναγορευθῆναι λέγουσιν ἐπὶ τῷ κέλητι, τοῦτον μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ τριακοστῆς τε καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, τῆς δὲ Βελιστίχης τὴν συνωρίδα Ὀλυμπιάδι πρὸ ταύτης τρίτῃ* i. e. non, uti Scaliger vult, Ol. CXXVIII, sed, neutro excluso termino, uti calculos subducere Maii Armeniaca p. 153 cogunt, Ol. CXXIX. Scaliger addere debebat *πρώτῃ*· nulla enim victoriae pullicae ante Ol. CXXIX. mentio. Fuit haec Belistiche, quae Athenaeo lib. XIII. p. 576 F. cp. 5. *Βιλιστίχη* et Clem. Protrept. ad Graec. p. 31 C. *Βλίστιχις*, Ptolemaei Philadelphi amica. Testimonium illud Eusebii Armeniacum his verbis graecis vindicat Niebuhrius Opusc. I. p. 214: *προσετέθη συνωρὶς πωλικὴ καὶ ἐνίκα Φιλιστίαχος Μακεδών*, simul asserens *Φιλιστίχη Μακεδὶς* esse rescribendum.

1104) *Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος*] Suidas s. v. *Ἀρσάκης·* e Syncello pag. 359 D. refert:

β.
γ. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολέμου[1105]. Ἐνταῦθα τὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀρχαιολογιῶν πραγματείαν κατέστροφε Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς[1105].
δ.

ΟΛ. ΡΚΘ. Φιλῖνος Κῷος στάδιον[1106].
α. Βασιλεὺς Νικομήδης εἰς λαμπρὰν εὐδαιμονίαν ἀρθεὶς πόλιν ἑαυτῷ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντικρὺς Ἀστακοῦ[1107].
β.
γ. Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν τὰ Πύθια ἐνίκησεν[1108].
δ. Φιλεταίρου τοῦ θλιβίου τελευτήσαντος, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Περγάμου Εὐμένης Φιλεταίρου ἀδελφιδοῦς ἐξ Εὐμένους ἐπ' ἔτη κβ'[1109].

ΟΛ. ΡΛ. Φιλῖνος Κῷος στάδιον τὸ δεύτερον[1110].
α. Περσαῖος Δημητρίου Κιτιεὺς φιλόσοφος, Ζήνωνος γνώριμος, ἤκμασε[1111].
β.
γ.

Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος, τοὺς Μακεδόνας κρατήσαντας τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἔτη σϞγ' ἐκβαλών, Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν. ἔνθεν Ἀρσακίδαι ἐκλήθησαν οἱ Περσῶν βασιλεῖς. Iam vero Cyrus, a quo orditur Persarum regnum, Ol. LV, 1. imperium accepit (vid. nos ad Ol. LV. 1. s. n. 188.), cui anno si CCXCII. addideris, Arsacis initium Ol. CXXVIII, 1. invenietur. Cf. Scal. Isagog. Canon. lib. III. p. 323.

1105) *Ἀρχὴ τοῦ πρώτου Ῥωμαίων*] Auctor est Dionysius AA. RR. I. p. 7, 11 sqq., ubi de anno, ad quem usque opus suum, *Ἀρχαιολογία Ῥωμαϊκὴ* inscriptum, pertexturus sit, disserens *καταβιβάζω δέ*, inquit, *τὴν διήγησιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου Φοινικοῦ πολέμου, τὴν γενομένην ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ὀγδόης καὶ εἰκοστῆς ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάσιν*, cuius quidem operis pars nonnisi ea, quae res, inde ab Urbis primordiis usque ad a. U. c. CCCXII. (M. Gegan. Macerin. II. T. Quinct. Capitol. V. Coss.) gestas, persequitur, aetatem tulit, ita ut de XX. libris, quot Dionysium scripsisse testis est Phot. cod. LXXXIII., temporum iniuriam experti sint novem. Cf. Voss. de Hist. Graec. II. p. 170 seq. Aliorum de primi belli Punici initio testimonia sedulo collegit Fischer. in Annal. Roman. p. 70 ad a. U. C. 490. a. Chr. 264.

1106) *Φιλῖνος Κῷος*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l.

1107) *Βασιλεὺς Νικομήδης*] Hieronymus chron. lib. II. p. 141. Nicomedem amplificatam Astacum, Bithyniae urbem, Nicomediam nuncupasse testatur Olymp. CXXIX, 3., ad quem annum notam istam sine dubio Scaliger ascribere voluit. Peccatum tamen Scaligeri in virtutem vertunt Mai. Arm. ad Ol. CXXIX, 1. coll. Sync. p. 275 D. et Chron. Pasch. p. 174 A. Verba, quibus Scaliger rem exposuit, Memnonis sunt apud Phot. cod. CCXXIV.: *ὁ δὲ Νικομήδης εἰς λαμπρὰν εὐδαιμονίαν ἀρθεὶς πόλιν ἑαυτῷ ὁμώνυμον ἀνεγείρει ἀντικρὺ Ἀστακοῦ.* Cf. Tzetz. Chil. III. Hist. 115. v. 950., Paus. V, 12, 5., Strab. X, 316, 36.

1108) *Μεγακλῆς Ἀθηναῖος*] Haec tertia est, qua eadem Scholiastae Pindarici verba vexat Scaliger, coniectura. Ille vero in Prolegg. ad Pyth. VII. *γέγραπται*, inquit, *ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα τεθρίππῳ.* Quo in loco quum ad Ol. LXXV, 3. pro „*πη' Πυθιάδα*" *κη' Πυθιάδα*, ad Ol. LXXXVIII. *πη' Ὀλυμπιάδα* scribendum coniecisset Scaliger, his duabus coniecturis tertiam hoc loco addit, scilicet *πβ' Πυθιάδα* [Ol. CXXIX, 3.] corrigendum proponens. An forsan Scaligeri notam ad Ol. CXXXV, 3. protrahendam dicamus, ita ut corruptam Scholiastae lectionem exprimere voluisse videatur?

1109) *Φιλεταίρου τοῦ θλιβίου*] Testatur Strabo lib. XIII. p. 429, 14 sqq. his verbis: *διετέλεσε γοῦν (Φιλέταιρος ὁ θλιβίας) ἔτη εἴκοσι κύριος ὢν τοῦ φρουρίου (Περγάμου) καὶ τῶν χρημάτων* (scil. *ἃ ἦν ὑπὸ Λυσιμάχου πεπιστευμένος*). *Ἦσαν δὲ αὐτῷ δύο ἀδελφοί, πρεσβύτερος μὲν Εὐμένης, νεώτερος δὲ Ἄτταλος, ἐκ μὲν οὖν τοῦ Εὐμένους ἐγένετο τῷ πατρὶ ὁμώνυμος Εὐμένης, ὅσπερ καὶ διεδέξατο τὸ Πέργαμον, καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων· ὥστε καὶ περὶ Σάρδεις ἐνίκησε συμβαλὼν Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου. δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἄρξας ἔτη τελευτᾷ τὸν βίον.* Eumenes I. annis XX. post Ol. CXXIV, 4. [rect. 3.] regnare coepit, i. e Ol. CXXIX, 4. [rect. 3.] Cf. ad Ol. CXXIV, 1. et ad Ol. CXLVI, 1. s. n. 1179.

1110) *Φιλῖνος Κῷος*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l.

1111) *Περσαῖος Δημητρίου*] Profecit Scaliger ex Diogene, qui lib. VII, 6. *ὁ δὲ* [*ὁ Ζήνων*] *τοῦτο μὲν παρῃτήσατο, Περσαῖον δὲ ἕνα τῶν γνωρίμων ἀπέστειλεν, ὃς ἦν Δημητρίου μὲν υἱός, Κιτιεὺς* [Sic scribendum. Scaliger dederat *Κιττεύς*] *δὲ τὸ γένος καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, ἤδη γέροντος ὄντος Ζήνωνος.* Persaeum, ab Antigono Corinthi praesidio praefectum, vindex Corinthiorum libertatis Aratus aut occidit [Paus. II, 8, 4. VII, 8, 1.] aut eiecit [Plut. vit. Arat. p. 1037 E.]. Cf. de Persaeo, Zenonis famulo, Bion. Borysthenit. apud Athen. lib. IV. p. 162 C. cp. 17., Origen. adv. Celsum lib. III., Gell. II, 18. — Archontem huius anni, a Scaligero neglectum, Arrhenidem appellat C. F. Hermannus in Enchir. Antiquitt. Graec. Archont. Catal., Niebuhrius autem Opuscul. hist. et philol. min. I. p. 459. Antirrhenidem. Vid. Corsin. FF. AA. IV. p. 90 coll. Prolegg.

δ.

ΟΛ. ΡΛΑ. Ἀμμώνιος Ἀλεξανδρεὺς στάδιον[1112]). Τληπόλεμος Λύκιος κέλητι πωλικῷ πρῶτος ἐνίκησε[1113]).

α. Ῥωμαῖοι τὴν Λιπάραν τῶν Καρχηδονίων ἀφελόμενοι τοὺς ἐκγόνους Τιμασιθέου τοῦ πάλαι Λιπαραίων δυναστεύσαντος τῶν εἰσφορῶν ἀτελεῖς ἀφῆκαν[1114]). Ξάνθιππος Λακεδαιμόνιος Καρχηδονίων στρατηγὸς Ῥωμαίοις συμβαλὼν, λαμπρὰν κατ' αὐτῶν νίκην ἀπήνεγκε, τρὶς μυριάδας αὐτῶν κτείνας καὶ τὸν ὕπατον Ῥήγουλον αἰχμάλωτον λαβών[1115]).

β.

γ. Σκιπίων ὕπατος Ῥωμαίων κατὰ Καρχηδονίων περὶ Λιπάραν πολεμῶν δεινῶς ἔπταισε[1116]).

δ. Ῥωμαῖοι ἐν ταῖς Σύρτεσι τὸν στόλον ἀπέβαλον[1117]).

ΟΛ. ΡΛΒ. Ξενοφάνης Αἰτωλὸς στάδιον[1118]).

α. Ἀτίλιος Ῥήγουλος, ὁ Ῥωμαίων ὕπατος, ἐλεεινῶς μετὰ πάσης. αἰκίας ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων βασανισθεὶς διεφθάρη[1119]). Καρχηδόνιοι περὶ Πάνορμον τῆς Σι-

---

1112) *Ἀμμώνιος Ἀλεξανδρεὺς*] Tradit Africanus apud Euseb. l. l. Addit Interpres Arm. apud Auch., dante Graeca Niebuhrio l. l. p. 214: *προσετέθη μόνιππος πωλικός, καὶ ἐνίκα Ἱπποκράτης Θετταλός*. Caeterum cf. Pausan. V, 8, 3. et notam nostram insequentem.

1113) *Τληπόλεμος Λύκιος*] Hunc primum Ol. CXXXI. novo illo certaminis genere extitisse victorem, tradit Pausanias V, 8, 3, cuius verba ascripsimus integra ad Ol. CXXVIII. s. n. 1109. Memorandum autem, pro Tlepolemo Lycio cod. Arm. *Ἱπποκράτης Θετταλοῦ* (Hippocrates Thessali fil.) praebere, i. e. sine dubio *Ἱπποκράτης Θετταλός*. Vid. Nieb. libell. saepius laudati p. 214.

1114) *Ῥωμαῖοι τὴν Λιπάραν*] Testatur Diodorus XIV. cp. 93. ad Ol. XCVI, 4., missos a Romanis legatos, qui cratera aureum, e decimis praedae Veientanae conflatum, Apollini consecrarent, a Liparaeis praedonibus interceptos inque Liparam transportatos esse. Quibus expositis sic pergit: *Τιμασίθεος* [*Τιμησίθεος* Plut. vit. Camill. p. 133 C.] *δὲ ὁ τῶν Λιπαραίων στρατηγὸς γνοὺς τὸ γεγενημένον, τούς τε πρεσβευτὰς ἀνέσωσε καὶ τὸ χρυσίον ἀποδοὺς εἰς Δελφοὺς τοὺς πρεσβευτὰς ἀποκατέστησεν .... διόπερ ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων πυθόμενος τὴν τοῦ Τιμασιθέου καλοκἀγαθίαν, παραχρῆμα αὐτὸν ἐτίμησε, δημόσιον δοὺς κατάλυμα, καὶ μετὰ ταῦτ' ἔτεσιν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτὰ τὴν Λιπάραν ἀφελόμενος τῶν Καρχηδονίων, τοὺς ἐγγόνους τοῦ Τιμασιθέου τῶν τε εἰσφορῶν ἀτελεῖς ἀφῆκε καὶ ἐλευθέρους ἐποίησεν.* Adde igitur ad Ol. XCVI, 4. annos CXXXVII., et ad hunc ipsum annum Ol. CXXXI. primum pervenies. Vid. de Timasithei, Liparensium imperatoris, virtute et auctoritate Plut. vit. Camill. p. 133 C. coll. Liv. V. cp. 28.

1115) *Ξάνθιππος Λακεδαιμόνιος*] Testis est Appianus, qui Bell. Punic. cp. 3. *Καρχηδόνιοι δέ*, inquit, *Λακεδαιμονίους στρατηγὸν ᾔτουν, οἰόμενοι δι' ἀναρχίαν κακοπραγεῖν. οἱ μὲν δὴ Ξάνθιππον αὐτοῖς ἔπεμπον.* Et deinde: *τῆςδε μὲν οὖν τῆς ἐλπίδος ὁ Ξάνθιππος οὐκ ἀπέτυχεν. ἀπὸ γὰρ τριςμυρίων ἀνδρῶν, οὓς ὁ Ἀτίλιος ἦγεν, ὀλίγοι μόλις αὐτῶν ἐς Ἀσπίδα πόλιν διέδρασαν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, οἱ μὲν ἀπώλοντο, οἱ δ' ἐζωγρήθησαν. καὶ μετ' αὐτῶν ὁ στρατηγὸς Ἀτίλιος, ὕπατος γεγονώς, αἰχμάλωτος ἦν.* Incidit autem M. Attilii Reguli II. cum L. Manlio Vulsone Longo Consulatus in a. U. c. 498. a. Chr. 256. Ol. $\frac{\text{CXXX, 4.}}{\text{CXXXI, 1.}}$, clades in anni insequentis initium [i. e. in Olymp. CXXXI, 1. med.] ex Polyb. lib. I. cp. 34., in decimum demum annum Punici belli ex Oros. IV, 9. Cf. Zonar. Annal. T. I. lib. VIII. cp. 13. p. 391 ed. C. du Fresn., Liv. epit. XVIII., Flor. Epit. lib. II, 2, 17—25, Valer. Max. IV, 4, 6, Diod. Excerptt. Hoeschel. p. 504 de virtut. et vitiis p. 563. Vatic. frgm. p. 56 seq., Tzetz. Chil. III. Hist. 356.

1116) *Σκιπίων ὕπατος Ῥωμαίων*] Cn. Cornelius Scipio Asina cum C. Duillio Consul insignem ad Liparam cladem accepit a. U. c. 494. a Chr. 260. Ol. $\frac{\text{CXXIX, 4.}}{\text{CXXX, 1.}}$, teste Polybio I, 21. Scaliger perperam eam secundo Scipionis consulatui, quem biennio post cum A. Atilio Calatino gessit, assignavit.

1117) *Ῥωμαῖοι ἐν ταῖς Σύρτεσι*] Romani Coss. Cn. Servilio Caepione, C. Sempronio Blaeso i. e. a. U. c. 501. a. Chr. 253. Ol. CXXXI, $\frac{3}{4}$. ad insulam, quae Meninx dicitur, in Syrtim minorem illapsi, quum aegre naves sublevassent, temere datis per medium mare velis iterum tempestate correpti sunt navesque CL. amiserunt. Auctor Polybius I. cp. 39. Cf. Oros. IV, 9, Eutrop. II, 23, Zonar. VIII, 14. p. 393, Diod. XXIII. ecl. 14.

1118) *Ξενοφάνης Αἰτωλὸς*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l., ubi tamen cum Niebuhrio l. l. p. 214 ex interpr. Arm. apud Auch. T. I. p. 299 adiice: *ἐξ Ἀμφίσσης*.

1119) *Ἀτίλιος Ῥήγουλος*] Accidit L. Caecilio Metello, C. Furio Pacilo Coss. a. U. c. 503. a. Chr. 251. post celeberrimam, qua Metellus in Sicilia Afrorum ducem superavit, victoriam, i. e. Ol. CXXXII, 2. Testes sunt Zonaras lib. VIII. cp. 15. p. 395, Appianus de Rebb. Sicul. Ecl. I, Orosius IV, 10, Eutropius II, 24, Gellius VI, 4. Cf. Diod. Excerptt. Legatt. p. 24 p. 344.

κελίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττήθησαν, Ἀσδρούβα αὐτῶν στρατηγοῦντος[1120]). Τότε καὶ Ἀρσάκης ὁ Πάρθος κατά τινας τῶν Μακεδόνων ἀπέστη[1121]).

β. Μέτελλος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος κατὰ Καρχηδονίων πρῶτος ἐθριάμβευσε[1122]).

γ. Ῥωμαίων σκάφη ϙγʹ ὑπὸ Καρχηδονίων ἑάλω[1123]).

δ. Ῥωμαῖοι εἰς Βρεντίσιον ἀποίκους ἀπέστειλαν[1124]).

p. 332 b. ΟΛ. ΡΛΓ. Σιμύλος Νεαπολίτης στάδιον[1125]).

α. Ἀννίβας ἐγεννήθη[1126]). Πάρθοι κατά τινας Μακεδόνων ἀπέστησαν, καὶ πρῶτος ἐβασίλευσεν Ἀρσάκης, ὅθεν Ἀρσακίδαι[1127]).

1120) *Καρχηδόνιοι περὶ Πάνορμον*] L. Caecilius Metellus Hasdrubalem, Carthaginiensium ducem, ad Panormum promontorium vicit ipso Metello, C. Furio Pacilo Coss. a. U. c. 503. a. Chr. 251. Olymp. CXXXII, $\frac{1}{2}$. Testes Eutropius II, 24 et Orosius IV, 9 extr. Accidit pugna circa messem. Proinde potius Olymp. CXXXII, 2. *Ἀκμαζούσης τῆς συγκομιδῆς*, Polybius I, 40, qui tamen pugnam anno demum insequenti assignat. Cf. Diod. lib. XXIII. Ecl. 14. et Zonar. VIII, 14 p. 393 seq.

1121) *Τότε καὶ Ἀρσάκης* — in Scaligeri textu *Ἀρβάκης* expressum erat, typothetae peccato —] Indicare voluit Scaliger hoc loco haud dubie Iustini sententiam, qui lib. XLI, 4. Arsacem descisse enarrat Coss. M. Attilio Regulo II., qui Q. Caedicio suffectus est, L. Manlio Vulsone a. U. c. 498. a. Chr. 256. Ol. $\frac{\text{CXXX, 4.}}{\text{CXXXI, 1.}}$ Quadriennii igitur metachronismum commisit Scaliger, nisi forte pro M. Attilio Regulo legit C. Att. Reg., ut consulem intellexerit a. U. c. 504. a. Chr. 250. una cum L. Manlio Vulsone II. fasces tenentem. Quos profecto magistratus et noster in Animadvv. ad Eus. pag. 136 b. defectioni illi applicat Scaliger — quamquam idem in Can. Isag. lib. III. p. 323, sui ipsius immemor, Marcum agnoscit — et Iustino reddendos censet Th. S. Bayerus in Hist. regn. Bactr. p. 51 seq. Sed ne sic quidem ab omni culpa liberatur Scaliger. Respondet enim a. a. Chr. 250. Olympiadis CXXXII. anno potius 2 vel 3. Sic rem, veterum dissensu satis turbatam, suis V. D. magis etiam obscuravit erroribus. Suidae de ea sententiam ad Ol. CXXVIII, 1., Hieronymi vero ad Olymp. CXXXIII, 1. ascriptam habes, quorum neutri convenit cum Iustino. Quid? quod ne Iustinus quidem sibi constat, quandoquidem a Seleuco Callinico Parthos defecisse scribit. Immo defecerunt ab Antiocho Deo, uti et annus consularis, quem addit, demonstrat, et diserte tradit Arrianus in Parthicis ap. Phot. p. 17 Bekk. Magis etiam ab eo, quod verum est, declinarunt Tacitus Histt. V, 8 et Ammianus Marcellinus XXIII, 6. §. 3., quorum alter Antiochum Epiphanem, alter Seleucum Nicatorem ab Arsace debellatum perhibet. Verum de Taciti loco, quod sine dubio Taciti non est, sed imperiti hominis additamentum, quod e margine in textum irrepsit, cf. Ernestius, de Marcellino autem Henr. Valesius.

1122) *Μέτελλος ὁ Ῥωμαίων*] Q. Caecilius Metellus cum C. Furio Pacilo Consul Olymp. CXXXII, $\frac{1}{2}$. a. U. c. 503. a. Chr. 251. primum de Carthaginiensibus triumphum d. VII. Id. Sept. (cf. Pigh. Annal. T. II. p. 49 ad a. U. c. DIII.) egit. Proinde Olymp. CXXXII, 2. Auctor Dionysius AA. RR. lib. II. p. 126, 36. Elephantorum in celeberrimo illo triumpho ingens numerus traductus est. Numerum ipsum variant veteres scriptores. Livius Epit. XIX. CXX. elephantos a Metello ductos tradit, cui suffragantur Zonaras Annal. lib. VIII, 14 p. 394 et Seneca de Brevit. Vit. ad Paulin. Sed Orosius IV, 9 elephantos CIV. numerat, Eutropius II, 24 CXXX, Dionysius l. l. CXXXVIII, Florus II, 2, 28 circiter C, Plinius denique H. N. VIII, 6 numerum augens CXLII. Cf. Diod. XXIII. Ecl. 14.

1123) *Ῥωμαίων σκάφη ϙγʹ*] P. Claudius Pulcher cum L. Iunio Pullo Consul a. U. c. 505. a. Chr. 249. Olymp. CXXXII, $\frac{3}{4}$. ex Polybio I, 51, quem secutus est Scaliger, XCIII., ex Eusebio ad Olymp. CXXXII, 1. Syncelloque p. 275 C. coll. Scal. Animadvv. p. 136 b. et Orosio IV, 10. XC., ex Eutropio II, 26. CXC., ex Diodoro denique lib. XXIV. Ecl. 1. p. 507. CXVII. naves ad Drepanum amisit. Aestatis tempore: Polybius l. l. Itaque Olymp. CXXXII. anno potius 4. Cf. Liv. epit. XIX., Cic. de Nat. Deor. II, 3. Divin. I, 16. II, 33, Valer. Max. VIII, 1, 4.

1124) *Ῥωμαῖοι εἰς Βρεντίσιον*] C. Fabio Pictore, Q. Ogulnio Gallo Coss. a. U. c. 485 a. Chr. 269. i. e. Ol. CXXVII, $\frac{3}{4}$. (V. Zonar. lib. VIII. cp. 7. p. 380) Romani Brundusium colonos deduxerunt, eamque procul dubio coloniam amplificarunt A. Manlio Torquato, C. Sempronio Blaeso Coss. a. U. c. 510. a. Chr. 244. Ol. $\frac{\text{CXXXIII, 4.}}{\text{CXXXIV, 1.}}$ V. Vellei. I, 14 et Liv. epit. XIX. Singularis prorsus de Brundusio Polybii est sententia, qui lib. X, 1, quo tempore Fabius Tarentum expugnavit i. e. Ol. CXLII, 3. Brundusium nondum conditam fuisse tradit. Errat igitur Scaliger. Caeterum graeca nominis forma *Βρεντέσιον* est: sic enim Strabo VI, p. 194, 37, Dio XLI, 46, Zonar. l. l. Sed *Βρεντήσιον* Suidas et Polybius II, 11. praeferunt: de qua scriptura cf. Schweigh. ad Polyb. l. l. et ad lib. III, 61.

1125) *Σιμύλος Νεαπολίτης*] Africanus apud Euseb. l. l. Sed Interpr. Armen. ap. Auch. I. p. 299. Simelus praebet.

1126) *Ἀννίβας ἐγεννήθη*] Disertum veteris auctoris de natali Hannibalis anno non extat testimonium: quem proinde computatione Scaliger assecutus esse videtur. Hamilcar enim in Hispaniam imperator profectus Hannibalem, novem annorum filium, perpetuum in Romanos odium iurare iussit. Testes Polybius II, 1.

β.
γ.
δ.
ΟΛ. ΡΛΔ. Ἀλκίδας Λάκων σταδιον[1128]).
α.
β. Λουτάτιος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος τοὺς Καρχηδονίους κατεναυμάχησε[1129]).
γ. Ῥωμαῖοι πρὸς Καρχηδονίους σπεισάμενοι τὸν πόλεμον διέλυσαν[1130]).
δ. Βίων Βορυσθενίτης ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε[1131]).
ΟΛ. ΡΛΕ. Ἐράτων Αἰτωλὸς στάδιον[1132]). Πυγμὴν Κλεόξενος Ἀλεξανδρεύς, περιοδονίκης, ἀτραυματίστος[1133]).
α.

III, 11, Livius XXI, 1, Orosius IV, 13, Nepos Hannib. 2, Sext. Aurel. Vict. de Viris Ill. 42, Valer. Maxim. IX, 3, 3. Atqui Hamilcar, auctore Polybio II, 1, 7 in Hispania novem fere annos moratus, multis populis Carthaginiensium imperio subiectis, occubuit e Cassiodori sententia M. Aemilio Barbula, M. Iunio Pera Coss. i. e. Ol. CXXXVII, $\frac{2}{3}$. a. U. c. 524. a. Chr. 230. Unde si annos XVIII. retro numeraveris, annus Hannibalis natalis evadet Ol. $\frac{\text{CXXXII, 4.}}{\text{CXXXIII, 1.}}$ Ad eundem annum deducit etiam hic fere calculus: Pugnavit apud Zamam Hannibal anno aetatis XLVI. [v. Polyb. XV, 19 et Liv. XXX, 37 ac 35.] Incidit autem proelium Zamense in a. U. c. 552. a. Chr. 202. Ol. CXLIV, $\frac{2}{3}$. Cf. quae disputavimus ad Ol. CXLIV, 3. s. n. 1169. Natus igitur est Hannibal Ol. CXXXIII, $\frac{1}{2}$. Iam unum reliquum est: obiit Hannibal uno de quatuor Olymp. CXLIX. annis [Vid. not. 1191.]: proinde ut, quod Nep. cp. 13. tradit, Hannibalem septuagenarium mortuum esse, cum eo, quem indicavimus, calculo non satis congruere videatur.

1127) *Πάρθοι κατά τινας*] Auctor Hieronymus ad Olymp. CXXXIII, 1.: *Parthis a Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit Arsaces, unde Arsacidae dicti.* Eadem fere ad Olymp. CXXXII, 3. ascripta repraesentant Maii Armeniaca. Graeca Eusebii servavit Syncellus p. 284 B. C. *Πέρσαι* [Dic *Πάρθοι*] *τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς ἀπέστησαν, καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Ἀρσακίδαι.* Cf. nott. nostr. ad Ol. CXXVIII, 1. et CXXXII, 1.

1128) *Ἀλκίδας Λάκων*] Refert Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 42.

1129) *Λουτάτιος ὁ Ῥωμαίων*] Lutatius Catulus cum Postumio Albino a. U. c. 512. a. Chr. 242. Ol. CXXXIV, $\frac{2}{3}$. pugna ad Aegusam insulam [Sec. Polyb. I, 61, sed sec. Liv. Epit. XIX., Aurel. Vict. de Vir. Illustr. 41., Pompon. Mel. II, 7, 60, Flor. II, 2, 33. ad Aegates insulas] commissa debellat classem Poenorum. Auctor Polybius l. l. Accidit pugna VI. Id. Mart. a. Chr. 241. Proinde Ol. CXXXIV, 3. Cf. Zonar. Ann. VIII, 17 p. 398, Diod. lib. XXIV. Ecl. 3., Oros. IV, 10, Eutrop. II, 27. Caeterum *Αυτάτιος* formam, non *Λουτάτιος* tuentur Polybii et Diodori codices.

1130) *Ῥωμαῖοι πρὸς Καρχηδονίους*] Pax facta est Q. Lutatio, A. Manlio e Coss. Liv. XXX, 44, postquam bellum gestum est per XXIV. annos, testibus Polybio I, 63 et Diodoro frgm. lib. XXIV. ecl. 3. coll. frgm. Vat. p. 113 ed. Mai. = p. 125 ed. Dind. Zonaras VIII, 17 p. 399, anno vicesimo quarto finitum scribit: *ὁ μὲν οὖν πρῶτος τοῖς Καρχηδονίοις πόλεμος τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο κατέληξε τετάρτῳ ἔτει καὶ εἰκοστῷ.* Pacis conditiones, victis ad Aegates Poenis a Lutatio oblatas, quum non probasset populus Romanus, decem legati missi sunt, qui leges Poenis impositas intenderent. Cf. Polyb. I, 62 seq., Zonar. l. l., App. de Rebb. Sicul. cp. 2.

1131) *Βίων Βορυσθενίτης*] Bion Borysthenita (cf. Diog. Laërt. vit. Bion. IV, 46, Plut. *περὶ δυσωπίας* cp. 7., Stob. Serm. 36. p. 84., Athen. IV. p. 162 D. lib. XIII. p. 591 F., Suid. s. v. *καθιππάζεσθαι*) Antigoni Gonatae tempore vixit, obiitque apud Chalcidenses, superstite adeo Antigono sene: id quod apparet e Diog. l. l. §. 54. et e Plut. l. l. (de Vitios. Pudore cp. 7.) quorum hic *ὥσπερ*, inquit, *Ἀντίγονος ὁ γέρων ὑπὸ Βίωνος* (ex verissima Casauboni coniectura. Legebatur enim *Βίαντος* contra chronologiae fidem.) *ἐνοχληθεὶς κτλ.* Quum vero Antigonus Gonatas, auctore Porphyrio apud Euseb. Scal. *χρον. λογ.* p. 63, 37, Ol. CXXXV, 1. mortem obisset, Scaliger Bionis obitum in annum antecedentem, i. e. Ol. CXXXIV, 4. contulisse videtur. Cf. de Bione Borysth. Bayl. vit. Bion., Fabric. Bibl. Gr. tom. III. p. 165. 616., Wyttenb. ad Plut. p. 22 A. 59 A. 82 E., Welck. Theogn. Reliq. p. LXXXV. sqq., quorum postremus Bionem circa Ol. CXX. floruisse dicit. Clintonus vero FF. IIII. T. III. p. 5 eum Ol. CXXVI, 2. Eratostheni aequalem ponit.

1132) *Ἐράτων Αἰτωλὸς*] Testis est Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42, ubi quod Excerpta Casauboniana *Αἰτώλιος* [cf. Cramer. Anecd. Graec. Paris. II. p. 148] praebent, recte in *Αἰτωλὸς* mutavit Scaliger. Idem est, qui in Inscriptione Graeca apud Boeckh. C. I. n. 1590. Vol. I. p. 772 memoratur *Ἐράτων Εὐχαρίδου Ὀπούντιος.* Cf. Boeckh. p. 773.

1133) *Πυγμὴν Κλεόξενος*] Tradit Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42, ubi quod legitur *ἀτραμάτιστος*, Scaliger recte mutavit in *ἀτραυματίστος*. Cf. Cram. Anecd. Gr. II. p. 148.

β. Εὐμένους τελευτήσαντος, τὴν Περγάμου ἀρχὴν διεδέξατο Ἄτταλος Φιλεταίρου ἀδελφιδοῦς ἐξ Ἀττάλου ἔτη μγ´ [1134]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΛϚ. Πυθοκλῆς Σικυώνιος στάδιον [1135]).

α.

β. Μάνλιος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος κατὰ Σαρδῴων ἐθριάμβευσε [1136]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΛΖ. Μενεσθεὺς Βαρκυλίτης στάδιον [1137]).

α. Γλύκων φιλόσοφος τελευτᾷ ἐτῶν γεγονὼς οδ´ [1138]). Ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἀπολύει τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Σπόριος Καρβίλιος, ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν τιμητῶν ὀμνῦναι, τίνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖ [1139]).

β.

γ.

δ.

1134) *Εὐμένους τελευτήσαντος*] Testis est Strabo lib. XIII. p. 429, 20 sqq: *Ἐκ δὲ Ἀττάλου (τοῦ Φιλεταίρου ἀδελφοῦ) καὶ Ἀντιοχίδος τῆς Ἀχαιοῦ γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς οὗτος πρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ . . . . γεραιὸς δὲ ἐτελεύτα βασιλεύσας ἔτη τρία καὶ τετταράκοντα.* Successit Eumeni I. Attalus I. annis XXII. post Ol. CXXIX, 4. [rect. 3.] i. e. Ol. CXXXV, 2. [rect. 1.] Cf. Paus. I, 8, 2: *ὁ δὲ Ἄτταλος, Ἀττάλου μὲν παῖς ὤν, ἀδελφιδοῦς δὲ Φιλεταίρου, τὴν ἀρχὴν Εὐμένους παραδόντος ἔσχεν ἀνεψιοῦ.*

1135) *Πυθοκλῆς Σικυώνιος*] Testis est Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42.

1136) *Μάνλιος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος*] T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo II. Coss. a. U. c. 519. a. Chr. 235. Ol. CXXXVI, ½. de Sardis triumphatum est, teste Eutropio III, 3; et quidem VI. Idus Mart. sec. Fast. Capitol. Ergo anno potius 1. Olymp. CXXXVI.

1137) *Μενεσθεὺς Βαρκυλίτης*] Verba sunt Africani apud Euseb. l. l.

1138) *Γλύκων φιλόσοφος*] Tradit Diogenes Laërtius vit. Lyc. lib. V, 68: *ἀφηγήσατο δὲ ὁ Λύκων τῆς σχολῆς ἔτη τετταράκοντα, Στράτωνος αὐτὸν ἐν ταῖς διαθήκαις καταλιπόντος, κατὰ τὴν ρκζ´ Ὀλυμπιάδα. ἐτελεύτησε δὲ γεγονὼς ἔτος τέταρτον καὶ ἑβδομηκοστόν*, i. e. Ol. CXXXVII, 1. *Λύκων* autem rectior forma est. De gamma praeposito cf. id. Diog. V, 66. Caeterum vid. not. ad Ol. CXXVII, 1.

1139) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτον*] Primum Romae divortium factum esse Ol. CXXXVII. his verbis tradit Dionysius AA. RR. lib. II. p. 96 v. 9. sqq.: *ὁμολογεῖται γὰρ ἐντὸς ἐτῶν εἴκοσι καὶ πεντακοσίων μηδεὶς ἐν Ῥώμῃ διαλυθῆναι γάμος. κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἐπὶ ταῖς τριάκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάσιν, ὑπάτων ὄντων Μάρκου Πομπωνίου καὶ Γαΐου Παπυρίου, πρῶτος ἀπολῦσαι λέγεται τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Σπούριος Καρουΐλιος, ἀνὴρ οὐκ ἀφανὴς ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν τιμητῶν ὀμόσαι τέκνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖν. ἦν δ᾽ αὐτῷ στεῖρα ἡ γυνή.* Pro quibus Scaliger *τίνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖ* e coniectura dedisse videtur. Gesserunt autem M. Pomponius Matho II., et C. Papirius consulatum e Dionysii ordine Ol. CXXXVII, 1. i. e. a. U. c. 521, a. Chr. 231., qui annus e Livii supputatione a. U. c. 523. a. Chr. 231. fuit. Gellius, qui lib. IV, 3 de eadem re verba facit, licet eam a. U. c. 523. factam ex Sulpicio referat et ipse, consules tamen variat, P. Valerium Flaccum, M. Atilium Regulum laudans, qui quadrienio post consules a Dionysio appellatos perscripti sunt. Quid? quod idem alio loco lib. XVII, 21, 44, sui ipsius oblitus, rem assignat: *anno Urbis conditae quingentesimo undevicesimo*, qui est a. Chr. 235. Valerius Maximus II, 1, 4 ad a. U. c. 520. assignat his verbis: ***Repudium inter uxorem et virum a condita Urbe usque ad vicesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei praeponi debuisse arbitrabantur.*** Denique Plutarchus annum Urbis conditae 230. exhibet Lycurg. cum Num. compar. cp. 3.: *ὡς γὰρ ἡμῖν οἱ ἱστορικοὶ γράφουσι τοὺς πρώτους ἢ φόνον ἐμφύλιον ἐργασαμένους ἢ πολεμήσαντας ἀδελφοῖς ἢ πατρὸς αὐτόχειρας ἢ μητρὸς γενομένους, οὕτω Ῥωμαῖοι μνημονεύουσιν, ὅτι πρῶτος μὲν ἀπεπέμψατο γυναῖκα Σπόριος Καρβίλιος μετὰ τὴν Ῥώμης κτίσιν ἔτεσι τριάκοντα καὶ διακοσίοις* [*πεντακοσίοις* e coni. Fischeri Annal. Rom. ad a. U. c. 523. a. Chr. 231. p. 82] *οὐδενὸς τοιούτου γεγονότος.* Apparet igitur in hac historia variatum esse errore magno: cuius non solum ex alia aliorum ratione annos ab Urbe condita numerandi repeti caussa debet. Cf. de re ipsa praeterea Plut. Thes. cum Romul. compar. cp. 6. Quaestt. Roman. cp. 14., item Tertull. Apolog., qui rem VII. Romae seculo assignat. Caeterum Scaliger in graeca nominis forma secutus est Plutarchum, qui l. l. *Καρβίλιον* appellat; Dionysio vero l. l. *Καρουΐλιος* vel *Καρουΐλλιος* audit.

ΟΛ. ΡΛΗ. *Δημήτριος Ἀλεξανδρεὺς στάδιον* [1140]). *Πένταθλον παίδων ἐτέθη· οὗ τὸν κότινον ἔλαβεν Εὐτελίδης παῖς Λακεδαιμόνιος, εὐθὺς δ' οὐκέτι ἀρεστὰ Ἠλείοις ἦν πεντάθλους εἰσέρχεσθαι παῖδας* [1141]).

α.

β.

γ.

δ. *Ῥωμαῖοι Κελτῶν τέτταρας μυριάδας ἀνεῖλον* [1142]).

ΟΛ. ΡΛΘ. *Ἰολαΐδας Ἀργεῖος στάδιον* [1143]).

α.

β. *Γαλατῶν ἧττα ὑπὸ Ῥωμαίων* [1144]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΜ. *Ζώπυρος Συρακούσιος στάδιον* [1145]).

α. *Κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀρχὴ τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου* [1146]). *Ῥωμαῖοι Λεύκιον Αἰμίλιον ἐξαπέστειλαν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεις* [1147]). *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Ἀννίβας μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ τῆς καινῆς πόλεως τὴν πορείαν ἐποιήσατο ἐπὶ τὴν Ζάκανθαν, ἣν κατὰ κράτος εἷλε* [1147]). p. 333 a.

β. *Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς ἐμβαλὼν εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Ἠπείρου τὸ παρὰ Δωδώνῃ ἱερὸν πορθεῖ, καὶ τὴν ἱερὰν οἰκίαν κατασκάπτει* [1148]). *Ἀννίβας ἐνάρχεται πορείας τῆς εἰς Ἰταλίαν, καὶ διαβάσεως τῶν Ἄλπεων* [1149]).

1140) *Δημήτριος Ἀλεξανδρεὺς*] Ex testimonio Africani ap. Euseb. l. l.

1141) *Πένταθλον παίδων ἐτέθη*] Haec totidem fere verbis Ol. XXXVIII. assignat Pausanias V, 9 init., cui *τῆς ρλη'* pro *τῆς λη'* restitui voluisse Scaligerum, vix credo. Neque enim correctionis ulla caussa extat. Est error calami neque is singularis in hoc libello, quandoquidem etiam supra notam 920 C. Olympiadum spatio a sede sua deiectam deprehendimus. Vid. quae ad Ol. XXXVIII. disseruimus s. n. 122. coll. Corsin. FF. AA. T. IV. p. 96.

1142) *Ῥωμαῖοι Κελτῶν*] Coss. L. Aemilio Papo, C. Atilio Regulo i. e. a. U. c. 529. a. Chr. 225. Ol. CXXXVIII, $\frac{3}{4}$. factum est ex Polybio II. cp. 31. init.: *ἀπέθανον μὲν οὖν τῶν Κελτῶν εἰς τετρακισμυρίους, ἑάλωσαν δ' οὐκ ἐλάττους μυρίων.* Cf. Eutrop. III, 5. A quibus dissidens Eusebius XL. milia Gallorum Ol. CXXXVIII, 1. [Hieronym., Ol. CXXXVIII, 3. Mai. Armen. coll. Syncell. p. 276 B.] a Romanis caesa perhibet.

1143) *Ἰολαΐδας Ἀργεῖος*] Testis est Africanus apud Euseb. Scal. l. l., ubi *Ἰωλαΐδας* errore typothetae expressum esse videtur. *Ἰολαΐδας* enim exhibent etiam Crameri Anecdota II. p. 148.

1144) *Γαλατῶν ἧττα*] C. Flaminius cum P. Furio Philo cos. a. U. c. 531. a. Chr. 223. Ol. CXXXIX, $\frac{1}{2}$. Insubres vicit testibus Polybio II, 32 et Orosio IV, 13. Cf. Zonar. lib. VIII. cp. 20. p. 404 et Plut. Marcell. c. 4.

1145) *Ζώπυρος Συρακούσιος*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l.

1146) *Κατὰ τὴν Ἑλλάδα*] Bellum Achaeorum sociale Ol. CXL, 1. exarsit ex Polybio IV, 57 coll. IV, 66. Cf. eiusd. II. cp. 37.

1147) *Ῥωμαῖοι Λεύκιον Αἰμίλιον*] Testis est Polybius lib. III. cp. 16. fin.: *Ῥωμαῖοι μὲν ὑπὸ τὴν ὡραίαν Λεύκιον τὸν Αἰμίλιον ἐξαπέστειλαν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος.* [cp. 17:] *Ἀννίβας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ τῆς Καινῆς, πόλεως προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν Ζάκανθαν.* Hannibal ad urbem castra collocat, obsidionemque urbis acriter urget. *Πᾶσαν δὲ κακοπάθειαν καὶ μέριμναν ὑπομείνας, τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν.*

1148) *Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν*] Testatur Polybius lib. IV. cp. 66. fin. seq.: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔτος ἔληγε τῆς ὑποκειμένης* (i. e. *τῆς ρμ'*) *Ὀλυμπιάδος. Παρὰ δὲ τοῖς Αἰτωλοῖς ἤδη τῶν ἀρχαιρεσίων καθηκόντων, στρατηγὸς ᾑρέθη Δορίμαχος, ὃς παραυτίκα τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀθροίσας μετὰ τῶν ὅπλων, ἐνέβαλεν εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Ἠπείρου, καὶ τὴν χώραν ἐδῄου . . . . . παραγενόμενος δὲ πρὸς τὸ περὶ Δωδώνην* [sic Vat. Flor. Aug. A. Bekk., *παρὰ Δωδώνῃ* cum reg. B. Casaub.] *ἱερὸν τάς τε στοὰς ἐνέπρησε καὶ πολλὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρε, κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἱερὰν οἰκίαν.* Haec omnia, quae inde a cap. 57. exposuit Polyb., ad Ol. CXL. annum aut secundum aut primum pertinebunt, prouti illud *ἔληγε* aut „*exierat*" cum Scaligero, aut „*in exitu erat*" cum Schweighaeusero ad Polyb. l. l. T. VI. p. 133 explicaveris. Vid. de Dorimacho etiam Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. p. 568 tom. II. ed. Wessel.

1149) *Ἀννίβας ἐνάρχεται*] Hannibal, in Italiam iter directurus a. U. c. 536. a. Chr. 218. Ol. CXL, $\frac{2}{3}$., quinto

γ. Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς Θήβας τὰς Φθιώτιδας κατὰ κράτος ἑλὼν τοὺς μὲν οἰκήτορας ἐξηνδραποδίσατο, Μακεδόνας δὲ εἰσοικίσας, Φιλιππούπολιν ἀντὶ Θηβῶν προσωνόμασε[1150]). Νέμεα ἤχθη[1151]). Ἀρχὴ τοῦ Καρχηδονίων πρὸς Ῥωμαίους δευτέρου πολέμου[1152]).

δ. Ἡ περὶ Θρασυμήνην λίμνην τῶν Ῥωμαίων ἧττα[1153]).

ΟΛ. ΡΜΑ. Δωρόθεος Ῥόδιος στάδιον[1154]).

α. Ἡ περὶ Κάννας Ῥωμαίων ἧττα[1155]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΜΒ. Κράτης Ἀλεξανδρεὺς στάδιον[1156]). Κάπρος Ἠλεῖος πάλην καὶ παγκράτιον ἐνίκα μεθ' Ἡρακλέα, καὶ ἀναγράφεται δεύτερος ἀφ' Ἡρακλέους[1157]).

---

decimo die Alpes superat ex Polybio III, 35—56. coll. Livio XXI, 38. *Ἀρχομένης τῆς θερείας·* Polybius V, 1. Proinde aut exeunte anno 2. aut incip. 3. Olymp. CXL. Cf. Appian. de bell. Hann. cp. 4., Zonar. Ann. VIII. cp. 23. p. 409, Eutrop. III, 8, Oros. IV, 14.

1150) *Φίλιππος τῶν Μακεδόνων*] Auctor Polybius lib. V, 99, 105. Cf. tamen not. 1151.

1151) *Νέμεα ἤχθη*] Tradit Polybius V, 101: *αὐτὸς δὲ ὁ Φίλιππος κατὰ σπουδὴν ἧκε μετὰ φίλων ἐπὶ τὴν τῶν Νεμέων πανήγυριν.* i. e. Ol. CXL, 3., uti ex cp. 105. colligi debet. Quod mirum est, quum Nemea Olympiadum secundo quoque et quarto anno celebrata esse aliunde satis constet.

1152) *Ἀρχὴ τοῦ Καρχηδονίων*] P. Cornelius Scipio Cos. III. a. Chr. 218. a. U. c. 536. Ol. CXL, $\frac{2}{3}$. in Etruria ad Ticinum proelio equestri [Polyb. III, 61 — 66. Liv. XXI, 39, 45—46], iterumque cum Ti. Sempronio Longo collega coniunctus ad Trebiam [Polyb. l. l. cpp. 73—75. Liv. XXI, 52—55] vincitur. Accidit haec altera pugna circa solstitium hibernum, Decembri exeunte, *οὔσης τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπάς·* Polybius III, 72. Proinde Olymp. CXL, 3. Cf. App. de Bell. Hannib. cp. 6. sqq. de Rebb. Hispan. cp. 4., Zonar. Annal. VIII, 23 seq., Liv. XXI, 46—48, Eutr. III, 9.

1153) *Ἡ περὶ Θρασυμήνην*] Hannibal C. Flaminium Nepotem II. consulem [cum Cn. Servilio Gemino] a. U. c. 537. a. Chr. 217. Ol. CXL, $\frac{3}{4}$. ingenti clade ad lacum Trasimenum superavit. Auctor Polybius III, 84. Circa solstitium aestivum d. IX. Cal. Iul.: Ovidius Fastt. VI, 765—768. Ergo circa ipsum Ol. CXL, 4. initium. Cf. Appian. Hannib. cp. 10. Zonar. Ann. VIII. cp. 25., Liv. XXII, 4—6, Oros. IV, 15. Caeterum plerique Polybii Codd. [III. cp. 82.] praebent *Ταρσιμένην λίμνην*, qui vetus esse librariorum error videtur, et sic Bekk., *Θρασιμένην* cum regiis B. C. Casaubonus edidit. *Ἡ Τρασυμένα λ.* Straboni V. p. 157, 3. audit. *Sint tibi Flaminius Thrasymenaque littora testes*: Ovidius l. l. v. 765. Trasimenus: Livius l. l., alii.

1154) *Δωρόθεος Ῥόδιος*] Africanus apud Euseb. l. l. Retulit hac Olympiade pancratii palmam, teste Pausania VI, 15, 3, Clitomachus Thebanus, quem Scaliger omittere non debebat. Cf. Krausii Olymp. p. 310.

1155) *Ἡ περὶ Κάννας*] C. Terentius Varro et L. Aemilius Paullus II. Coss. a. U. c. 538., a. Chr. 216. Ol. $\frac{\text{CXL, 4.}}{\text{CXLI, 1.}}$ ad Aufidum fluvium et Cannas, Apuliae oppidum, ab Hannibale vincuntur: quorum hic cadit proelio fortissime pugnans, ille solus e quattuor ducibus vivus evadit, foedi animi homo [Polyb. III, 16]. Auctor Polybius III, 115—117, qui pugnam illam Cannensem nunc *τὴν περὶ Κάνναν γενομένην μάχην Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων* [III, 117. V, 105.], nunc *τὴν μάχην τὴν περὶ τὸν Αὔφιδον ποταμὸν καὶ πόλιν Κάνναν γενομένην* [IV, 1.] aut simpliciter *τὴν ἐν Κάνναις μάχην* [XV, 7.] appellat. Plurali *Κάνναις* constanter utuntur Plutarchus Fab. Max. cap. 15. seq., Appianus Bell. Hann. cap. 17—25., Dio Cassius Fragm. Vales. 52., Zonarus Annall. IX, 1 p. 418. — Polybius III, 118, 10. proelium ante Ol. CXL. exitum commissum esse significat. Sed Macrobius Saturn. I, 16. e Q. Claudii Annalium libro quinto cladem illam immanem accidisse refert a. d. IV. Nonas Sextiles i. e. ineunte Olympiade CXLI. Vid. de eo, praeter locos laudatos, Liv. XXII, 43—50, 61, Eutr. III, 10, Oros. IV, 16.

1156) *Κράτης Ἀλεξανδρεὺς*] Africano teste apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42.

1157) *Κάπρος Ἠλεῖος*] Auctor idem Africanus apud Euseb. l. l.: *Κάρος Ἠλεῖος καὶ πάλην* [omittunt *καὶ* Crameri Anecdd. II. p. 148], *καὶ παγκράτιον ἐνίκα μετὰ* [*μεθ'* Cramer. l. l.] *Ἡρακλέα, καὶ ἀναγράφεται δεύτερος ἀφ' Ἡρακλέους.* Scaliger *Κάπρος* pro *Κάρος* in Collectaneis hisce exhibuit, Pausaniae et Suidae auctoritate commotus, uti ipse in Addend. ad Nott. in Graec. Euseb. p. 429 a. profitetur. Tuetur quidem *Κάρον* etiam Eusebii Interpres Armeniacus ap. Auch. I. p. 300. Sed quod ap. Maium p. 154 nomen legitur Capus, Scaligeri coniecturae patrocinatur. Coniuncto autem Pausaniae V, 21, 5. VI, 15, 5. cum Suidae s. v. *Κλειτόμαχος* testimonio intelligitur, Caprum Eleum, Pythagorae filium, eadem die, uti lucta Paeanium Eleum, qui superiori Olympiade de lucta victor et ipse renuntiatus fuerat, ita quinquertio Clitomachum Thebanum, qui in Isthmiis, et pugilatu et pancratio, in Pythiis pancratio, palmam meruerat, superasse. Caeterum tenendum est, Caprum secundum ab Hercule lucta simul et pancratio vicisse ita dici ab Africano, ut Hercules ipse primus victor cogitetur. Excludit terminum

α. Αἱ Συρακοῦσαι ὑπὸ Μαρκέλλου ἑάλωσαν. Ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς ἀναιρεῖται[1158]).
β. Ἡ Καπύη κατὰ κράτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἑάλω[1159]).
γ. Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Σκιπίων Ἀφρικανὸς τὴν νέαν Καρχηδόνα ἐξεπολιόρκησε[1160]).
δ. Φάβιος Ταράντου δόλῳ κρατεῖ[1161]).

ΟΛ. ΡΜΓ. Ἡράκλειτος Σάμιος στάδιον[1162]).
α. Μάρκελλος μαχόμενος ἀνῃρέθη[1163]).
β. Ἐν Ῥώμῃ χρυσοῦν νόμισμα πρῶτον ἐκόπη[1164]). Ῥωμαῖοι πέντε μυριάδας Καρχηδονίων πρὸς τοῖς ἑξακισχιλίοις μετὰ τοῦ αὐτῶν στρατηγοῦ Ἀσδρούβα κατέκοψαν[1165]).

Pausanias uti etiam Dio (Xiphilin.) LXXIX, 10, quibus proinde Caprus Eleus primam, Aristoxenus Rhodius secundam, Protophanes Magnes tertiam, Strato Alexandrinus quartam, Marion item Alexandrinus quintam, Aristeas Stratonicensis sextam, Nicostratus Cilix septimam ab Hercule *πάλης καὶ παγκρατίου* palmam meruisse dicitur. Vid. nott. nostr. ad Ol. CLVI. CLXXII. CLXXVIII. coll. Kraus. Olymp. p. 256 seq.

1158) *Αἱ Συρακοῦσαι*] Marcellus capit Syracusas Ap. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III. Coss. a. U. c. 542. a. Chr. 212. Olymp. $\frac{\text{CXLI, 4.}}{\text{CXLII, 1.}}$ Livius XXV, 23—31. Obsidionis anno tertio: Id. l. l. cp. 31. Auctumni tempore: Id. l. l. cp. 26. Proinde Ol. CXLII, 1. Eutropius autem III, 14 et Eusebius Armeniacus rem anno insequenti perperam assignant. Rursus Eusebius Hieronymi ad Ol. CXLI, 4. annotans: „*Romani Marcello consule Syracusas capiunt*" unius anni prochronismo peccavit. De Archimede paullo plura tradenda esse videntur. Floruit is P. Corn. Scipione, M. Minucio Rufo Coss. a. U. c. 533. a. Chr. 221. Olymp. CXXXIX, $\frac{3}{4}$. Chron. Pasch. p. 175 D: *ὑπ. Σκιπίωνος τὸ β' καὶ Ῥούφου, Ἀρχιμήδης μηχανικὸς ἐγνωρίζετο.* Aequalis Eratosthenis. Proclus in Euclid. Elem. II. p. 20. coll. Bernhard. Fragm. Eratosth. p. XI.: *Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους· οὗτοι γὰρ σύγχρονοι ἀλλήλοις, ὥσπερ φησὶν Ἐρατοσθένης.* Vid. Clint. FF. HH. T. III. p. 45. Periit hoc, in quo versamur, anno, Syracusis a Marcello expugnatis. Eusebius Scaligeri *χρον. λογ.* p. 69, 4. sqq.: *Τότε καὶ Ἀρχιμήδης γεωμέτρης τοῖς μηχανήμασι* [de his vid. Polyb. VIII, 7—9. coll. Scal. Animadvv. ad Eus. p. 138 b. seq.] *Ῥωμαίους ἀπώσατο, πολλάκις πολιορκοῦντας Συρακούσας, καὶ ἀναιρεῖται ὑπό τινος στρατιώτου, τῆς πόλεως ἄφνω ληφθείσης, ἑορταζόντων Συρακουσίων, παρὰ γνώμην Μαρκέλλου στρατηγοῦ Ῥωμαίων.* Cf. Liv. XXV, 31, Plutarch. Marcell. cap. 21., Zonar. Annal. IX. cp. 5. p. 425, Valer. Max. VIII, 77. Si credere Tzetzae licet, Chil. II, 105 septuaginta quinque ei annos tribuenti [*χρόνους τε ἑβδομήκοντα καὶ πέντε παρελαύνων*]: natus fuerit Olymp. CXXIII, 2. Laudes eius eleganter sic persequitur Silius Italicus XIV, 342 seqq.:

Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
Ingenio facile ante omnes telluris alumnos,
Nudus opum, sed cui coelum terraeque paterent.

1159) *Ἡ Καπύη*] Capua ex testimoniis Polybii IX, 3—9 et Livii XXVI, 14, 15, 16. coll. Zonar. lib. IX. cp. 6. a Q. Fulvio Flacco capta est, Coss. Cn. Fulvio Centumalo, P. Sulpicio Galba Maximo a. U. c. 543. a. Chr. 211. Ol. CXLII, $\frac{1}{2}$. Et quidem post Syracusarum occupationem. Vid. Polyb. l. l. Itaque Olymp. CXLII, 2. Consentit Velleius, qui lib. I, 7, 3. inde a M. Vinicii consulatu i. e. ab a. U. c. 783. ad expugnatam Capuam annos CCXL. retro numerat. Cicero vero in Rull. II. cp. 33. duobus annis post Q. Fulvio, Q. Fabio Coss. a. U. c. 545. a. Chr. 209. Capuam devictam esse asserit. Anno 1. huius Olympiadis assignat Eusebius Hieronymi, sed anno 3. Armeniacus.

1160) *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν*] Carthago nova, teste Livio XXVI, 41 sqq., a Scipione expugnata est Coss. M. Claudio Marcello IV., M. Valerio Laevino Coss. a. U. c. 544. a. Chr. 210. Ol. CXLII, $\frac{2}{3}$. Anno exeunte. Vid. Liv. XXVI, 51. coll. XXVII, 7. Ergo Olymp. CXLII, 3. Fuerunt etiam, qui anno insequenti captam traderent. Liv. XXVII, 7. Cf. Polyb. X, 6—9 et Zonar. Annal. IX, 8, 430.

1161) *Φάβιος Ταράντου δόλῳ κρατεῖ*] Tarentum vi et proditione a Q. Fabio Cos. a. U. c. 545. a. Chr. 209. Olymp. CXLII, $\frac{3}{4}$. captum esse enarrant Livius XXVII, 15 et Zonaras IX, 8 p. 429 seq. coll. Plut. Fab. cap. 21., Eutrop. III, 16, Oros. IV, 18. Polybius autem X, cp. 1. priorem ponit Tarenti, quam Carthaginis novae occupationem.

1162) *Ἡράκλειτος Σάμιος*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l.

1163) *Μάρκελλος μαχόμενος*] M. Claudius Marcellus cum T. Quinctio Crispino consul V. a. U. c. 546. a. Chr. 208. Ol. $\frac{\text{CXLII, 4.}}{\text{CXLIII, 1.}}$, dum contra Hannibalem Locris agentem bellum gerit, interceptus ab hostibus necatur, maior iam LX. annis (Liv. XXVII, 27 et Plut. Marcell. cp. 28.). Testis Polybius X, 32. Cf. praeter Zonar. IX. cp. 9. init., Appian. de Bell. Hann. 50, Valer. Max. I, 6, 9, Livium XXVII, 26 sq., variam de Marcelli morte famam explicantem.

1164) *Ἐν Ῥώμῃ χρυσοῦν*] Auctor Plinius H. N. XXXIII. cp. 3.: *Nummus aureus post annum LXII. signatus est, quam argenteus*: qui quum, eodem tradente l. l., C. Fabio Pictore, Q. Ogulnio Gallo Coss. a. U. c. 485. a. Chr. 269. Ol. CXXVII, $\frac{3}{4}$. [cf. not. ad Olymp. CXXVII, 2.] procusus esset, nummus aureus a. U. c. 547. a. Chr. 207. Ol. CXLIII, $\frac{1}{2}$. signatus fuerit.

γ.
δ.
ΟΛ. ΡΜΔ. Ἡρακλείδης Σαλαμίνιος στάδιον[1166]).
α. Ἥλιος ἐξέλειψε[1167])
β. Σύφαξ, ὁ τῶν Νομάδων βασιλεύς, ὑπὸ Σκιπίωνος αἰχμάλωτος αἱρεῖται[1168]).
γ. Ἀννίβας περὶ Ζάμαν Λιβύης ὑπὸ Σκιπίωνος ἡττᾶται[1169]).
δ. Ἔκλειψις σελήνης δίς[1170]). Σκιπίων κατὰ Καρχηδονίων καὶ Σύφακος ἐθριάμβευσε[1171]).
ΟΛ. ΡΜΕ. Πυῤῥίας Αἰτωλὸς στάδιον[1172]). Παίδων πυγμὴν Μόσχος Κολοφώνιος. Μόνος παιδικὴν περίοδον. Προσετέθη παίδων παγκράτιον καὶ ἐνίκα Φαίδιμος Ἀλεξανδρεύς[1172]).
α. Ἔκλειψις σελήνης[1173]). Ἀρχὴ πολέμου τοῦ Ῥωμαίοις πρὸς Φίλιππον τὸν Μακεδόνων βασιλέα συστάντος[1174]). Ἀριστοφάνης Βυζάντιος γραμματικός, υἱὸς
p. 333 b. Ἀπελλοῦ, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου, ἐγνωρίζετο[1175]).

1165) *Ῥωμαῖοι πέντε μυριάδας*] Asdrubal, ex Hispania in Italiam transgressus, a C. Claudio Nerone et M. Livio Salinatore II. Coss. a. U. c. 547. a. Chr. 207. Ol. CXLIII, $\frac{1}{2}$. ad Senam oppressus perit cum exercitu, cuius pars captiva fit, pars trucidatur. Duxit autem in Etruriam, teste Appiano de bello Hannib. cp. 52, *πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους ἐπὶ ὀκτακισχιλίοις, ἱππέας δὲ ὀκτακισχιλίους, καὶ ἐλέφαντας πεντεκαίδεκα.* Livius de ingenti Asdrubalis clade disserens lib. XXVII. cp. 49.: *Quinquaginta*, inquit, *sex milia hostium occisa, capta quinque milia et quadringenti.* Cf. Polyb. XI, 1—4. et Zonar. IX. cp. 9. p. 432.

1166) *Ἡρακλείδης Σαλαμίνιος*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l. Post *Σαλαμίνιος* verba *ἐκ Κύπρου* addenda esse significat codex Armeniacus.

1167) *Ἥλιος ἐξέλειψε*] Coss. M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano a. U. c. 550. a. Chr. 204. Olymp. $\frac{\text{CXLIII, 4.}}{\text{CXLIV, 1.}}$ duo soles visi sunt et nocte interluxit. Testis Iulius Obsequeus cp. 43.

1168) *Σύφαξ ὁ τῶν Νομάδων*] Syphacem, Numidarum regem, Coss. Cn. Servilio Caepione, C. Servilio Gemino a. U. c. 551. a. Chr. 203. in Magnis campis a Cn. Scipione superatum, Masinissa et Laelius persecuti vinctum tradunt Scipioni. Testes Polybius XIV, 8, Livius XXX, 3—11 sqq., Appianus de Rebb. Pun. cp. 36., Zonaras Annal. lib. IX. cp. 13. p. 439. Diem definit Ovidius, Fast. VI, 769, VIII. Calend. Iul. Proinde circa ipsa anni 1. et 2. Olymp. CXLIV. confinia.

1169) *Ἀννίβας περὶ Ζάμαν*] M. Servilio Gemino, Ti. Claudio Nerone Coss. a. U. c. 552. a. Chr. 202. Ol. CXLIV, $\frac{2}{3}$. Annibalem ad Zamam devicit Scipio. Auctores Polybius XV, 5—17, Livius XXX, 29—35, Zonaras IX. p. 442.

1170) *Ἔκλειψις σελήνης δὶς*] Anno DXLVIII. Nabonassari, LV. autem periodi Callippeae, qui est secundum Scaligeri quidem rationem Olymp. CXLIV. quartus, sed secundum Ideleri computum primus Ol. CXLV. [vid. not. 943.], teste Ptolemaeo *Μεγ. Συντ.* lib. IV. cp. 10. p. 279 seq. Halm., duae fuerunt lunae defectiones, quarum altera d. XIX. Mart., altera d. XI. Sept. accidit. Cf. Scal. de Emendat. Tempp. lib. II. p. 91 seq. Sed procul dubio corruptus est Ptolemaei textus, quandoquidem duae defectiones lunares, quarum altera Martio, altera Septembri mense contigerit, in unum eundemque annum Callippeum incidere omnino non potuerunt. Quare Idelerus Chronol. Enchir. I. p. 345 prioris eclipseos tempus *τῷ νδ΄ ἔτει* secundae Callippi periodi assignat, eumque annum apud Ptolemaeum pro *τῷ νε΄ ἔτει* restituendum ait, in verbis *τῷ αὐτῷ νε΄ ἔτει*, quibus altera definitur defectio, *αὐτῷ* librarii glossema redolere dicens.

1171) *Σκιπίων κατὰ Καρχηδονίων*] Bello Punico secundo composito quum Cn. Cornelius Lentulus et P. Aelius Paetus Cato Consulatum gererent, a. U. c. 553. a. Chr. 201. Ol. CXLIV, $\frac{3}{4}$. Scipio in triumpho etiam Syphacem duxit, mox in carcere moriturum. Auctores Polybius XVI. cp. 23., Livius XXX, 44 seq., Eutropius III, 23. Atqui data est Carthaginiensibus pax paucis mensibus ante bellum Philippo Macedoniae regi indictum. Livius XXXI, 5 coll. not. 1174. Ergo Olymp. CXLIV, 4. triumphus recte assignatus est.

1172) *Πυῤῥίας Αἰτωλὸς*] Haec ad verbum apud Africanum in Euseb. l. l. reperies. Crameri Anecdd. II. p. 148 perperam praebent *Αἰτώλιος*. Quod correxit Scaliger. Idem *μόνος παιδικὴν περίοδον* recte edidit pro eo, quod legitur in Crameri libro l. l.: *μόνος παιδὶ τὴν περίοδον*. *Μόσχος* vero mutandum videtur in *Τόργος* ex Interpr. Armen. ap. Auch. P. I. p. 300. Cf. Niebuhrius lib. saepius laudato p. 216. Praeterea Olympiade hac CXLV. ascito puerorum pancratio *Phaedimum Aeolensem* e Troade urbe palmam meruisse praeter Africanum auctor etiam Pausanias V, 8, 3. est.

1173) *Ἔκλειψις σελήνης*] Non dubitamus, quin Scaliger hoc loco eam lunae defectionem indicare voluerit, quae teste Ptolemaeo *Μεγ. Συντ.* lib. IV. cp. 10. p. 279 anno CXLVII. Nabonassari, periodi Callippeae secundae anno LIV [i. e. sec. Scalig. Olymp. CXLIV, 3., sec. Ideler. Olymp. CXLIV, 4. vid. not. 943.], contigit. Argumenta pete ex ipsius Emendat. Tempp. lib. II. p. 91. Reiicienda igitur nota ista ad Olymp. CXLIV, 3.

β.
γ.
δ. Ἧττα Φιλίππου περὶ Κυνὸς κεφαλάς[1176]).
ΟΛ. ΡΜϚ. Μικίων Βοιώτιος στάδιον[1177]).
α· Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος ἐτελεύτησεν[1178]). Ἀττάλου τοῦ Περγάμου βασιλέως τελευτήσαντος, τὴν ἀρχὴν διεδέξατο Εὐμένης Ἀττάλου ἐπ' ἔτη λθ'[1179]). Ῥωμαῖοι πρὸς Φίλιππον σπεισάμενοι, πάντας τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους ἀνηγόρευσαν[1180]).

1174) Ἀρχὴ πολέμου τοῦ Ῥωμαίοις] Livius XXXI, 5: *P. Sulpicio Galba, C. Aurelio* Coss. [a. U. c. 554. a. Chr. 200. Olymp. $\frac{\text{CXLIV, 4.}}{\text{CXLV, 1.}}$] *bellum cum Philippo rege initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginiensibus datam.* Tempore aestivo, ut videtur. Cf. Liv. l. l. cap. 22. Proinde Olymp. CXLV, 1. Romani, praetextu usi, quod Philippus Graecos iniuriis lacesseret, revera tamen verebantur, ne Graecis subactis Pyrrhi exemplo bellum in Italiam transferret. Cf. Polyb. XVI, 27, Liv. l. l., 1 seq., Zon. Annal. IX, 15, 443 seq.

1175) Ἀριστοφάνης Βυζάντιος] Suidas, quem compilavit Eudocia p. 64, s. v. Ἀριστοφάνης Βυζάντιος· γραμματικός, υἱὸς Ἀπελλοῦ ἡγουμένου στρατιωτῶν, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου ...... γέγονε δὲ κατὰ τὴν με' Ὀλυμπιάδα [leg. ρμε']. Reposuerunt ρμε' pro με' Vossius de Histor. Gr. lib. I. cp. 18. p. 119, Leo Allatius de Patria Homeri p. 103, Ionsius de Scriptt. Hist. Phil. p. 166. Eandem emendationem hoc loco praeoccupatam vides a Scaligero. Cf. de Aristophane Fr. Ritschl. in *Biblioth. Alex. sub primis Ptolemaeis.* Vratisl. a. 1838. 8.

1176) Ἧττα Φιλίππου] T. Quinctius Flamininus Proconsul a. U. c. 557. a. Chr. 197. Ol. CXLV, $\frac{3}{4}$. Philippum ad Cynoscephalas vicit. Testes Polybius XVIII, 4 sqq. coll. XVII, 12 et Livius XXXIII, 7—10. Pugna accidit ante messem, sed segete messi matura: Polybius VIII, 3. Hinc rectius Ol. CXLV, 3. assignabitur. Niebuhrius in lib. laud. p. 242 secundum suos calculos mavult adeo Ol. CXLV, 2. Clintonus tamen FF. HH. III. p. 56, quem excripsit Fischerus Tabb. Chronol. Roman. p. 97, proelii tempus coll. Euseb. Mai. Armen. p. 181 et Polyb. IV, 5 seq. [vid. eiusd. FF. HH. II. p. 257 Kr.] auctumno a. a. Chr. 197. Olymp. CXLV, 4. ineunt. assignat.

1177) Μικίων Βοιώτιος στάδιον] Testis est Africanum apud Euseb. l. l.

1178) Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος] Suidas s. v. Ἐρατοσθένης· μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου [Confirmat Athenaeus VII. p. 281 C. De Aristone vid. Cic. Acad. IV, 39, 42. Tusc. V, 9, 11.], γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ ... ἐτέχθη δὲ ρκϛ' Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐτελεύτησε π' ἐτῶν γεγονώς. i. e. Olymp. CXLVI, 1. Addit vitae Eratosthenis unum annum Censorinus cap. 15.: *Annum illum octogesimum et unum, in quo Plato finem vitae habuit ... Eratosthenes quoque, ille orbis terrarum mensor, et Xenocrates Platonicus, veteris Academiae princeps, ad eundem annum vixerunt.* Duo Lucianus Macrob. cap. 27.: δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. Floruerat Olymp. CXLI, 3. secundum Eusebium coll. Chron. Pasch. p. 175 D. et Syncell. p. 282 D. Successit Eratostheni in praesidio bibliothecae Alexandrinae Apollonius Rhodius. Vid. Suid. s. v. Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς coll. Ritschl. in Biblioth. Alex.

1179) Ἀττάλου τοῦ Περγάμου] Quum Attalus I. inde ab Ol. CXXXV, 2. [rect. Ol. CXXXV, 1.] annos XLIII. Pergamenis imperasset, senexque mortem obisset Ol. CXLVI, 1., [rect. Ol. CXLV, 4.] filius eius successit Eumenes II., regnavitque secundum Strabonem XIII. p. 429, 49 annos XLIX. Quem tamen numerum corruptum ratus Scaliger, in Strabonis codice λθ' pro μθ' reponendum censuit, eamque coniecturam in Canon. Isag. lib. III. p. 328 satis luculenta ratione confirmavit hac: „*Attalus*, inquit, *qui hic regum ordine tertius est, decessit anno quadragesimo quarto regni, septuagesimo et altero aetatis suae* [Liv. XXX, 21. Polyb. XVIII, 24] *C. Cornelio Cethego Q. Minucio Rufo Coss.* [a. U. c. 557. a. Chr. 197. Ol. CXLV, $\frac{3}{4}$.] *teste Livio lib. XXXIII.* [30.] *Attalus autem Φιλομήτωρ, sextus in ordine regum, obiit P. Mucio Scaevola, L. Calpurnio Pisone Frugi* Coss. [i. e. anno U. c. 621. a. Chr. 133. Ol. CLXI, $\frac{3}{4}$. vid. not. 1242.] *Intervallum, anni LXIIII., qui cum XLIII. solidis compositi, quot Attalus tertius Rex imperavit, ab initio eius ad exitum huius Attali postremi fiunt anni CVII. absoluti. Apud Strabonem tamen decennio amplius legimus, quem decem annorum errorem in annis Eumenis commissum esse non dubitamus, ut pro ΜΘ in Strabonis codice ΛΘ legendum sit.*" Vid. not. ad Olymp. CXXIV, 1. coll. Clint. FF. HH. III. Append. VI. p. 403.

1180) Ῥωμαῖοι πρὸς Φίλιππον] Auctore Polybio XVIII. cp. 25. 27. pax Philippo a senatu populoque Romano M. Claudio Marcello, L. Furio Purpureone Coss. a. U. c. 558. a. Chr. 196. Olymp. $\frac{\text{CXLV, 4}}{\text{CXLVI, 1}}$ ea lege concessa est, ut Graecis libertatem restitueret. Cf. Liv. XXXIII, 32, Plut. Flamin. cp. 10., Valer. Maxim. IV, 8, 5. T. Quinctius Flamininus, qui prorogato imperio (cf. Polyb. XVII, 12.) Philippum debellaverat (cf. Zonar. Ann. IX, 26, 446.), cum decem Romanorum legatis res Graeciae ordinat (cf. Polyb. XVIII, 27), ac senatus consultum de pace Philippo data in Isthmiorum sollennibus pronuntiat. Proinde Ol. CXLVI, 1, cui ipsi anno recte ascripsit Eusebius Hieronymi: *Romani Graecos liberos esse iusserunt.*

β.

γ. Κοΐντος Φλαμινῖνος κατὰ Φιλίππου καὶ τῶν Μακεδόνων λαμπρότατον θρίαμβον ἤγαγε[1181]).

δ. Ἀρχὴ πολέμου Αἰτωλικοῦ τοῦ Ῥωμαίοις πρὸς Ἀντίοχον τὸν μέγαν καὶ Αἰτωλοὺς συστάντος[1182]).

ΟΛ. ΡΜΖ. Ἀγέμαχος Κυζικηνὸς στάδιον[1183]). Πάλην Κλεόστρατος Ῥόδιος, ὃς τραχηλίζων ἀπελάμβανεν[1184]).

α. Ἡ περὶ Θερμοπύλας μάχη, καὶ Ῥωμαίων κατὰ Ἀντιόχου νίκη[1185]).

β. Ἥλιος ἐξέλειψε[1186]).

γ. Ἡ περὶ Μαγνησίαν μάχη, καθ' ἣν Ἀντίοχος ὁ Μέγας ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀσιατικοῦ ἐπισφαλῶς ἔπταισε, περὶ πέντε μυριάδας μαχίμων ἀνδρῶν ἀποβαλών[1187]).

δ. Σκιπίων Ἀσιατικὸς κατὰ Ἀντιόχου ἐθριάμβευσε[1188]).

In Armeniaco tamen textu nota illa ad Olymp. CXLVI, 3. secundum Maii editionem, adeoque ad ann. 4. eiusd. Olymp. secundum Aucher. depressa est. Cf. Polyb. XVIII. cp. 29. et Liv. XXXIII, 30. Add. Eusebius Maii Armeniacus I. cp. 39, 1, p. 181: ***Post hunc Philippus Demetrii regnavit — Tum proelio in Thessalia a Tito duce Romani exercitus debellatus est. A Romanis autem libertatem potestatemque utendi suis legibus acceperunt Thessali itemque reliqui Graeci, qui vectigal Philippo pendebant.***

1181) *Κοΐντος Φλαμινῖνος*] T. Quinctius Flamininus de victo Philippo, Macedonum rege, nec non de oppresso Nabide, Lacedaemoniorum tyranno, triduum triumphat P. Cornelio Scipione II., Tib. Sempronio Longo Coss. a. U. c. 560. a. Chr. 194. Ol. CXLVI, $\frac{2}{3}$. Auctor Livius XXXIV, 52 coll. Eutrop. IV, 1. Vere: Liv. XXXIV, 48. Proinde potius Olymp. CXLVI, 2.

1182) *Ἀρχὴ πολέμου Αἰτωλικοῦ*] Aetoli, qui Philippum a Romanis regno eiici voluerant, consilii expertes sui, simulac Quinctius Graeciam reliquit, legatos ad Antiochum mittunt, rogantes, ut Romanis bellum inferret, spe et Graeci et Italici regni proposita. Morem gerit Antiochus. Bellum a Romanis decernitur contra Aetolos et Antiochum, M'. Acilio Glabrione, P. Cornelio Scipione Coss. a. U. c. 563. a. Chr. 191. Ol. CXLVII, $\frac{1}{2}$. Eutropius IV, 3: ***Transacto bello Macedonico secutum est Syriacum contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione, M'. Acilio Glabrione Coss.*** Polybius XVIII, 18. 19. 20. 22., Livius XXXVI, 12 sqq., Zonaras Annal. IX. cp. 18. p. 449. Veris tempore Livius l. l. cap. 11.: ***Itaque principio veris, quum per Phocidem Chaeroneam, quo convenire omnem undique exercitum iusserat, venisset*** [Antiochus], ***facile animadvertit, nihilo severiore disciplina milites, quam ducem, hibernasse.*** Id. cap. 13.: ***Sub idem tempus M. Baebius et Philippus rex — principio veris coniunctis copiis in Thessaliam descenderunt.*** M. Acilius Consul a. d. V. Non. Mai. Roma proficiscitur. Id. l. l. cap. 3.: ***Ipse ante diem quintum Nonas Maias paludatus Urbe egressus est.***

1183) *Ἀγέμαχος Κυζικηνὸς στάδιον*] Ex testimonio Africani apud Euseb. l. l.

1184) *Πάλην Κλεόστρατος Ῥόδιος*] Ex Africani l. l.: *πάλην Κλεόστρατος Ῥόδιος, ὃς τραχηλίζων ἀπελάμβανεν.* Sic scilicet Scaliger e Suida correxit Eusebii *Κλείτοστος* vel *Κλεῖτος*. Suidas enim s. v. *τραχηλίζων· Κλεόστρατος Ῥόδιος πάλη νικᾷ, ὃς τραχηλίζων ἀπελάμβανε.* Cf. Scal. Add. Nott. in Graec. Euseb. p. 429 a. Sed codex Aucheri I. p. 301. Armeniacus *Κλειστόστρατος* praebet, quam ego formam amplectendam existimo, nisi quod primum sigma alienum videtur. Ac profecto *Κλειτόστρατος* offert Maius p. 155, cui succurrunt Crameri Anecdota Par. II. p. 148.

1185) *Ἡ περὶ Θερμοπύλας*] Accidit pugna iisdem Coss. Testis Livius lib. XXXVI, 15 sqq. Cf. App. de Rebb. Syr. cp. 17., Zonar. lib. IX, 19. p. 451, Oros. IV, 20, Cic. De Senect. 10, 32. Consentit in anno pugnae etiam Eusebius ad Olymp. CXLVII, 1. coll. Sync. p. 284 D. seq.

1186) *Ἥλιος ἐξέλειψε*] Auctor Livius XXXVII, 4: ***Per eos dies, quibus est profectus ad bellum Consul*** [L. Cornelius Scipio a. U. c. 564. a. Chr. 190. Olymp. CXLVII, $\frac{2}{3}$.] ***ludis Apollinaribus, ante diem V. Idus Quinctiles*** [Proinde Olymp. CXLVII, 2.] ***coelo sereno interdiu obstructa lux est, quum luna sub orbem solis subisset.*** Scaliger de Emendat. Tempp. lib. V. p. 387 B: ***Haec eclipsis procul dubio contigit pridie Eid. Mart. Iulianas, anno per. Iulian. 4524. cyclo lunae secundo.*** Vid. eiusd. lib. II. p. 186 B. coll. Ideler. Enchir. Chron. II. p. 92.

1187) *Ἡ περὶ Μαγνησίαν μάχη*] Antiochus a L. Cornelio Scipione Ol. CXLVII, $\frac{2}{3}$. consule, qui ne cognomini fratris cederet, post Asiaticum se vocari voluit [v. Liv. XXXVII, 58] circa Magnesiam, quae ad Sipylum est, superatus quinquaginta milia militum [Id. l. l. 37.] deperdidit. Testes Livius XXXVII, 44 et Appianus Syr. 36. extr. Accidit pugna, appropinquante hieme. Vid. Liv. l. l. 37. coll. 39. Proinde Olymp. CXLVII, 3.

1188) *Σκιπίων Ἀσιατικὸς*] Triumphavit Scipio, auctore Livio XXXVII, 59 extr., anno fere postquam consulatu abiit, mense intercalari prid. Cal. Martias. Atqui Scipionis annus exierat Idibus fere Martiis a. U. c. 565. a. Chr. 189. Olymp. CXLVII, 3. Ergo Olymp. CXLVII, 4. recte eius assignatur triumphus, de quo ipso vid. etiam Plin. H. N. XXXIII, 11, 53.

ΟΛ. ΡΜΗ. Ἀκεσίλαος Μεγαλοπολίτης στάδιον[1189]).

α.

β.

γ.

δ. Ἀννίβας κατὰ τὴν Βιθυνίαν φάρμακον πιὼν ἐτελεύτησε[1190]). *Σκιπίων Ἀφρικανὸς τὸν βίον μετήλλαξε, γεγονὼς ἐτῶν νδ'*[1191]). *Σκιπίων Ἀφρικανὸς ὁ νεώτερος ἐγεννήθη*[1192]).

ΟΛ. ΡΜΘ. Ἱππόστρατος Σελευκεὺς στάδιον[1193]).

α.

β. Εἰς Βονωνίαν Ῥωμαῖοι ἀποίκους ἔστειλαν[1194]).

γ. Κατά τινας Ἀννίβας ἐτελεύ τησε[1195]).

δ.

1189) *Ἀκεσίλαος Μεγαλοπολίτης*] Testis Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42. Verum rectior esse videtur scriptura *Ἀρκεσίλαος*, quam suppeditat codex Armen. ap. Auch. P. I. p. 301.

1190) *Ἀννίβας κατὰ Βιθυνίαν*] Hannibal apud Prusiam, Bithyniae regem, ad quem confugerat, veneno sumto vitam finivit. Cf. Liv. XXXIX, 51, Zonar. IX, 21 extr., Nep. vit. Hannib. cp. 12. Quibus vero Coss. interierit, non convenit. „*Namque*, ut ait Nep. Hann. cp. 13., *Atticus M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coss.* [a. U. c. 571. a. Chr. 183. Ol. CXLIX ½.] *mortuum in annali suo scriptum reliquit. At Polybius L. Aemilio Paullo et Cn. Baebio Tamphilo* [a. U. c. 572. a. Chr. 182. Ol. CXLIX, ⅔.]: *Sulpicius autem P. Cornelio Cethego, M. Baebio Tamphilo* [a. U. c. 573. a. Chr. 181. Ol. CXLIX, ¾.] Cum Attico faciunt Valerius Antias ap. Livium XXXIX, 56: *Hannibalem hoc anno Antias Valerius decessisse auctor est*, Cassiodorus, Orosius IV, 20, Iulius Obsequens cap. 59. Scaliger autem Hannibalis mortem Olymp. CXLVIII, 4. ascripsit, quia eo anno Scipionem defunctum Livius tradit, eodemque cum Scipione anno Hannibalem quoque decessisse nonnulli rerum scriptores affirmant. Vid. not. 1191.

1191) *Σκιπίων Ἀφρικανὸς τὸν βίον μετήλλαξε*] P. Corn. Scipionem P. F. Africanum maiorem eodem anno, quo Hannibalem et Philopoemenem, defunctum esse affirmant nonnulli ap. Livium XXXIX, 50 extr. Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello Coss. a. U. c. 571. a. Chr. 183. Olymp. CXLIX, ½.: *Ab scriptoribus rerum Graecis Latinisque tantum huic viro* [Philopoemeni] *tribuitur, ut a quibusdam eorum, velut ad insignem notam huius anni, memoriae mandatum sit, tres claros imperatores eo anno decessisse, Philopoemenem, Hannibalem, P. Scipionem.* Consentit Orosius IV, 20. Eidem anno Scipionis certe mortem assignant Polybius et Rutilius ap. Liv. l. l. cap. 52., sed quattuor annis priorem M. Aemilio Lepido, C. Flaminio Coss. a. U. c. 567. a. Chr. 187. Olymp. CXLVIII, ½. collocat Valerius Antias ap. eund. lib. XXXVIII, 50—56. Livius ipse et Polybii Rutiliique et Valerii sententiam reiicit lib. XXXIX, 52: *Ego neque his, neque Valerio assentior.* Ponit autem Scipionis exitum inter d. IV. Id. Decembr. a. U. c. 569. a. Chr. 185. et Id. Mart. a. U. c. 570. a. Chr. 184., P. Claudio et M. Sempronio Coss. Proinde Olymp. CXLVIII, 4. Cum Livio consentit Cicero de Senect. VI, 19: *Anno ante me Censorem* [M. Porcius Cato Censor fit Idibus Martiis a. a. Chr. 184. Vid. Liv. XXXIX, 52.] *mortuus est, IX. annis ante meum consulatum, quum Consul iterum, me* [a. a. Chr. 195.] *Consule, creatus esset.* De aetate Scipionis alia traduntur ab aliis. Sufficiat Polybii de ea calculos, quos secutus esse Scaliger videtur, hoc loco significasse. Illo vero teste lib. X, 6, 9, Scipio anno vitae vicesimo septimo [Discrepat Livius XXVI, 18: *quatuor et viginti ferme annos natus.*] fuit, quo tempore imperator in Hispaniam abiit. Atqui missus est in Hispaniam Scipio, Cn. Fulvio, P. Sulpicio Coss. a. Chr. 211. Cf. Liv. l. l. Ergo si secundum eundem Polybium ap. Liv. XXXIX, 52 a. Chr. 183. mortem obiit, quinquaginta quatuor annos vixerit.

1192) *Σκιπίων Ἀφρικανὸς ὁ νεώτερος*] P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus, L. Paulli filius, Africani maioris nepos, teste Livio XLIV, 44, septimum decimum annum egit, quum L. Aemilius Paullus a. U. c. 586. Ol. $\frac{\text{CLII, 4.}}{\text{CLIII, 1.}}$ Consul, fugato Perseo, se victor in castra recepit. Natus igitur fuerit a. U. c. 570. a. Chr. 184. Ol. $\frac{\text{CXLVIII, 4.}}{\text{CXLIX, 1.}}$: quo ipso anno Africanum minorem in lucem editum esse colligi etiam ex Velleio II, 4. potest.

1193) *Ἱππόστρατος Σελευκεύς*] Ex Africano apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42.

1194) *Εἰς Βονωνίαν Ῥωμαῖοι*] Testibus Livio XXXVII, 57 et Velleio I, 15. Bononiam colonia deducta est Cn. Manlio Vulsone, M. Fulvio Servio Nobiliore Coss. a. U. c. 565. a. Chr. 189. Ol. CXLVII, ¾. Commissus igitur hoc loco seu Scaligeri seu typothetae culpa VI. annorum metachronismus est. Vidit errorem Anonymi scilicet sui iam Philippus Cluverus Ital. Antiq. Tom. I. lib. I. cap. 28. p. 283.

1195) *Κατά τινας Ἀννίβας*] Hoc anno mortuus est Hannibal ex Sulpicii vel Polybii calculis apud Nepot. vit. Hann. 13. Cf. not. 1190.

ΟΛ. ΡΝ. *Ὀνησίκριτος Σαλαμίνιος στάδιον*[1196]).

α.

β. *Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως τελευτήσαντος, τὴν βασιλείαν Περσεὺς ὁ υἱὸς διεδέξατο*[1197]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΝΑ. *Θύμηλος Ἀσπένδιος στάδιον*[1198]).

α.

β. *Ἔκλειψις σελήνης ἑβδόμῳ ἔτει Φιλομήτορος*[1199]). *Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής, τοῦ ἀδελφοῦ Σελεύκου ἀποθανόντος, τὴν ἀρχὴν διεδέξατο*[1200]).

γ.

p. 334 a. δ.

ΟΛ. ΡΝΒ. *Δημόκριτος Μεγαρεὺς στάδιον*[1201]).

α. *Ἀρχὴ τοῦ δευτέρου Μακεδονικοῦ πολέμου τοῦ Ῥωμαίοις πρὸς τὸν βασιλέα Περσέα συστάντος*[1202]).

1196) *Ὀνησίκριτος Σαλαμίνιος*] *Ὀνησικρίτου* nomen huius stadionicae exhibent Crameri Anecdd. Paris. II. p. 149, quae ex eodem repetita fonte sunt, e quo sua Casaubonus cum Scaligero communicata hauserat Excerpta. Nihilominus Scaliger in Eusebio p. 42 edidit *Ὀνησίκρατος*, quam lectionem etiam confirmant Armeniaca.

1197) *Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων*] Livius XL, 54: ***Eodem anno*** [Q. Fulvio, L. Manlio Coss. i. e. a. U. c. 575. a. Chr. 179. Olymp. CL, ½.] ***Philippus, rex Macedonum, senio et maerore consumtus post mortem filii, decessit.*** Regnaverat, sec. Dexippum ap. Syncell. p. 267 B. et Porphyrium ab Euseb. laudatum ap. Scal. p. 63, 45. ap. Mai. I. cap. 38. p. 177, annos XLII., qui ab Olymp. CXL, 1. [vel potius Olymp. CXXXIX, 4. med. ipso a. a. Chr. 220. initio: vid. Clint. FF. HH. II. Append. IV. p. 257] computati exeunt in Olymp. CL, 2. Porphyrius l. l.: *ἀπὸ τῆς ρμ' Ὀλυμπιάδος ἄρχειν ἤρξατο καὶ ἐβασίλευσεν ἔτεσιν ὅλοις δύο καὶ μ'. τελευτᾷ δὲ δευτέρῳ ἔτει τῆς ρνϑ'* [leg. *ρν'*. Vid. Aucher. ad Euseb. Arm. Vol. I. p. 334. not. 2.] *Ὀλυμπιάδος, νη' τὰ ὅλα βιοὺς ἔτη.* Successit Perseus, Philippi F. Livius XLV, 9: ***Perseus, Q. Fulvio, L. Manlio consulibus, regnum accepit. Regnavit undecim annos.*** Habuit tamen annum undecimum non expletum, sed inchoatum tantummodo. Porphyrius ap. Scal. p. 63, 46 ap. Mai. 1. l.: *Περσεὺς δὲ υἱὸς τοῦ Φιλίππου, Δημήτριον* [*Δημητρίου* male Scal.] *τὸν ἀδελφὸν ταῖς πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ διαβολαῖς ἀποκτείνας, βασιλεύει ἔτεσι δέκα καὶ μησὶν ὀκτώ.* Minus recte Dexippus ap. Syncell. l. l. annorum numerum, quos regnaverit Perseus, inter X. et IX. suspensum relinquit: *διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Περσεὺς ἔτη ι' ἢ ϑ'* [pro *ἢ ϑ'*, praeeunte in Euseb. p. 58, 56. Scaligero, *ὅϑεν* expresserat Goarus]. Syncellus ipse magis etiam discrepat p. 282 B.: *Μακεδόνων ις' ἐβασίλευσε Περσεὺς ἔτη η' καὶ μῆνας ϑ'.* Perseus enim, ad Pydnam victus, regno spoliatur d. XXII. m. Iun. a. U. c. 586. a. Chr. 168. = Olymp. CLII, 4. mens. extr. [Vid. not. 1206.]. Unde ubi annos X. et menses VIII. retro numeraris, Persei auspicia d. XXII. m. Nov. a. U. c. 575. a. Chr. 179. quarto mens. Olymp. CLII, 2. assignanda reperies. — Fallitur igitur Eusebius Hieronymi in Philippi et Persei regnis per latercula dirigendis, quandoquidem illum quidem ab Olymp. CXL, 3. usque ad Olymp. CL, 4., hunc vero ab Olymp. CLI, 1. usque ad Olymp. CLIII, 2. regnasse scribit. Hieronymum unius adeo anni metachronismo superant Maii Armeniaca.

1198) *Θύμηλος Ἀσπένδιος*] Testis est Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 42. *Θυμηλὸς ὀξυτόνως* edidit Cramerus Anecdd. II. p. 149.

1199) *Ἔκλειψις σελήνης*] Auctore Ptolemaeo *Μεγ. Συντ.* lib. VI. cp. 3. p. 389. Halma, anno septimo Ptolemaei Philometoris, qui est Ol. CLI. secundus, [cf. Scal. ad Euseb. p. 141 b. n. MDCCCXXXIII. Emendat. Tempp. p. 435 et Clint. FF. HH. III. Append. V. p. 386] luna defecit.

1200) *Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής*] Auctor Eusebius Hieronymi, Seleuco Philopatori Antiochum Epiphanem Olymp. CLI, 2. successisse his verbis annotans: ***Syriae Antiochus Epiphanes ann. XI.*** Hieronymus tamen anni prochronismum commisit, uti nunc evincunt Maii Armeniaca, quibus integram Eusebii de successione regni Syriae enarrationem debemus. Ibi igitur haec traduntur lib. I. cap. 40, 14 p. 187: ***Extincti*** [Seleuci] *locum **Antiochus** frater insedit, cognomento **Epiphanes**, rebusque praefuit annis undecim, in tertio nimirum anno centesimae et quinquagesimae primae **Olympiadis** ad primum usque quinquagesimae quartae supra centesimam.* Cf. latercula lib. II. p. 355 ad Olymp. CLI, 3.: ***Antiochus Epiphanes an. XI.*** Annos regni XC. confirmant qui ex Eusebio pendet Syncellus p. 286 A, Gr. Eusebii Eclogarius ap. Scal. p. 62, 42, Sulpicius II, 33, Hieronymus ad Daniel. cap. XI. Solus Appianus Syr. cap. 66. Epiphanem XII. annis regnasse scribit, sed *οὐ πλήρεσιν.* Cf. Clint. FF. HH. III. Append. III. p. 317 seqq.

1201) *Δημόκριτος*] Democritus stadio palmam meruit Ol. CLII. ex Africano apud Euseb. l. l. Nomen eius Democrates exhibet codex Armen. apud Auch. P. I. p. 301.

β. Ἡ πρώτη Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰςβολή[1203]).
γ.
δ.
ΟΛ. ΡΝΓ. Ἀρίστανδρος Λέσβιος στάδιον[1204]).
α. Ἔκλειψις σελήνης[1205]). Ὁ πρὸς Περσέα τῶν Ῥωμαίων πόλεμος τέλος ἔσχε, τοῦ Περσέως ὑπὸ Ῥωμαίων παρατάξει νικηθέντος περὶ Πύδναν τῆς Μακεδονίας, καὶ αἰχμαλώτου ἀχθέντος ὑπὸ Παύλου Αἰμιλίου[1206]).
β. Αἰμίλιος Παῦλος κατὰ Περσέως ἐθριάμβευσε[1207]).

1202) Ἀρχὴ τοῦ δευτέρου] Livius XLII, 29: *P. Licinio, C. Cassio Consulibus* [a. U. c. 583. a. Chr. 171. Olymp. CLII, $\frac{1}{2}$.], *non urbs tantum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges civitatesque, quae in Europa, quaeque in Asia erant, converterant animos in curam Macedonici ac Romani belli.* Ibid. cap. 32.: *Inter consules magis cavillatio, quam magna contentio, de provincia fuit. — P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obvenit.* Magistratus in provincias proficiscuntur Iunii principio. Ibid. cap. 35.: *Quo maturius in provincias magistratus proficiscerentur, latinae Calendis Iuniis fuere.* Ergo recte belli Macedonici secundi, aut si mavis, tertii initium Olymp. CLII, 1. assignavit Scaliger.

1203) Ἡ πρώτη Ἀντιόχου] Antiochus primam in Aegyptum irruptionem fecit P. Licinio, C. Cassio Coss. a. U. c. 583. a. Chr. 171. Ol. CLII, $\frac{1}{2}$. Livius XLII, 29: *Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, et pueritiam regis, et inertiam tutorum spernens; et ambigendo de Coele Syria caussam belli se habiturum existimabat, gesturumque sine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum. — Ptolemaeus propter aetatem alieni etiam tum arbitrii erat, tutores et bellum adversus Antiochum parabant, quo vindicarent Coelen Syriam, et Romanis omnia pollicebantur ad bellum Macedonicum.* Ac profecto Eulaei et Lenaei, tutorum, suasu Ptolemaeus VI. Philometor Coelesyriam, veterem scilicet maiorum suorum possessionem, ab Antiocho illam fraude occupatam, cum per legatos non potuisset, ingenti facto belli apparatu repetere instituit. Vid. Diod. Legat. 18. II. p. 624 Wessel., unde sua profecit Suidas s. v. ἀμφιςβητεῖν, et eiusd. Diod. Excerpt. Vatic. 22. IV. p. 83 seq. Dind. coll. Polyb. XXVIII, 27, qui belli caussam praecipue in Eulaeum eunuchum confert. Proelio deinde Pelusium inter et montem Casium commisso profligantur duces Ptolemaei. Vid. Porphyrius et Callinicus Sutorius ap. Hieronym. in cap. XI. Danielis. Antiochus autem Pelusio, et mox universa Aegypto potitur. Vid. Diodorus Excerpt. de Virt. et Vit. II. p. 579. Wess.: Ὅτι ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος ἐλασσωθέντας τοὺς Αἰγυπτίους ἀποκτεῖναι, παριππεύων ἐβόα μὴ κτείνειν αὐτούς, ἀλλὰ ζῶντας συλλαμβάνειν. ταχὺ δὲ τοὺς καρποὺς ταύτης ἀγχινοίας ἐκομίσατο, καὶ περὶ τὴν τοῦ Πηλουσίου κατάληψιν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν κατάκτησιν τῆς Αἰγύπτου ταύτης τῆς φιλανθρωπίας μέγιστα συμβαλομένης. Hanc victoriam a. U. c. 585. a. Chr. 169. Olymp. CLII, 3. collocat Valesius ad Diod. l. l. Rectius tamen eam biennio ante poni evincit Clintonus FF. HH. III. App. III. p. 318 seq., qui etiam reliquas Antiochi in Aegyptum invasiones, secundam a. Chr. 170., tertiam a. 169., postremam a. 168. susceptam, accurate persequitur.

1204) Ἀρίστανδρος Λέσβιος] Tradit Africanus apud Euseb. l. l.

1205) Ἔκλειψις σελήνης] Haec lunae defectio, quam L. Aemilio Paullo II., C. Licinio Crasso Coss. a. U. c. 586. a. Chr. 168. Ol. $\frac{\text{CLII, 4.}}{\text{CLIII, 1.}}$ pridie Non. Sept. [Liv.] futuram militibus praedixit C. Sulpicius Gallus, interitum Persei praesagire visa est. Vid. Liv. XLIV, 37, Polyb. ap. Suid. s. v. πολλὰ κενά, Plin. N. H. II, 9, Frontin. Strateg. I, 12, 8, Plut. Aemil. Paull. cp. 17., Valer. Max. VIII, 11, 1, Cic. de Rep. I, 15. coll. Scal. Emendat. Tempp. lib. II. p. 186. — Contigit illa defectio secundum disquisitiones astronomorum nostrae aetatis accuratissimas nocte $\frac{21}{22}$. m. Iunii a. a. Chr. 168. Proinde potius vergente anno 4. Olymp. CLII. Vid. Ideler. Enchirid. II. p. 104—106 coll. Clint. FF. HH. III. p. 82.

1206) Ὁ πρὸς Περσέα τῶν Ῥωμαίων πόλεμος] L. Aemilius Paullus II. Coss. a. U. c. 586. a. Chr. 168. Olymp. $\frac{\text{CLII, 4.}}{\text{CLIII, 1.}}$, victo apud Pydnam captoque Perseo, bello Macedonico finem imposuit. Eutropius IV, 7. diem pugnae III. Non. Septembr. definit: *Cum Perseo autem Aemilius Paullus cos. III. Non. Septembris dimicavit.* Sed Livius die, quae noctem eclipsi lunari insignem insecuta est, dimicatum scribit, lib. XLIV, 37 i. e. [v. not. 1205.] d. XXII. m. Iunii a. a. Chr. 168. Recte igitur Porphyrius, ab Eusebio laudatus, ap. Scal. p. 63, 47 seq. pugnam Olymp. CLII, 4. [vergenti] assignat: Ἐπὶ γὰρ τῆς ρνβ' Ὀλυμπιάδος τοῦ τετάρτου ἔτους Λεύκιος Αἰμίλιος πρὸς τοὺς Μακεδόνας [παραταξάμενος] περὶ τὴν Πύδναν εἷλε κατὰ κράτος. Quae eadem ex Armeniacis in Latinum sermonem conversa leguntur ap. Maium I. cap. 38, 11, p. 177. Cf. de proelio Diodorus Fragm. Vatic. 6. III. p. 94. Dind., Dexippus ap. Syncell. p. 267 C. ap. Eus. Scal. p. 59, 3, Syncellus ipse p. 282 B. C., Plutarchus Aem. cap. 18—22, Zonaras IX. cap. 23. Victus rex in Samothraciam profugit, ibique captus est [Vid. Livius XLV, 6, Vell. I, 9, Porphyrius l. l.], ineunte Olymp. CLIII., qua ipsa regnum Macedoniae cessasse Polybius [ab Olymp. CXL, 1. (lib. I, 3.) usque ad interitum regni Macedonici annos LIII. numerans, III, 1 et 4. coll. I, 1], et Excerpta Barbarolatina ap. Scal. Thes. Tempp. p. 77 extr. recte contestantur.

1207) Αἰμίλιος Παῦλος] Aemilius Paullus, quum Q. Aelio Paeto, M. Iunio Penno Coss. a. U. c. 587.

γ.
δ.

ΟΛ. ΡΝΔ. *Λεωνίδας Ῥόδιος τριαστὴς στάδιον*[1208]).
α. Ὁ βασιλεὺς Περσεὺς ἐν τῇ φυλακῇ ἐτελεύτησε[1209]).
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΡΝΕ. *Λεωνίδας Ῥόδιος στάδιον τὸ δεύτερον*[1210]).
α. Αἰμίλιος Παῦλος ἀνὴρ ἀξιολογώτατος ἐτελεύτησε[1211]).
β. Πρῶτον ὡρολόγιον ἐν Ῥώμῃ κατεστάθη[1212]).
γ.
δ. Ἄτταλος, Εὐμένους ἀδελφός, ἐπίτροπος Περγάμου, βασιλεύει ἐπ' ἔτη κα'[1213]).

ΟΛ. ΡΝϚ. *Λεωνίδας Ῥόδιος στάδιον τὸ τρίτον. Τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον*[1214]).
α. Ἀρίσταρχος γραμματικὸς ἐγνωρίζετο[1215]).

---

a. Chr. 167. Ol. CLIII, ½. exercitum in Italiam traiecisset, triumphum, cuius copiam aegre assecutus erat, ex Macedonia et Perseo rege per triduum IIII. III. pridie Cal. Dec. [Proinde Olymp. CLIII, 2.] egit. Vid. Fast. Capit. coll. Liv. XLV, 35, Vell. I, 9, Plut. Aemil. Paul. cp. 32. 33, Eutrop. IV, 8, Cic. pro Murena cp. 14., Dexipp. ap. Syncell. p. 268 C. D. seq. ap. Euseb. Scal. p. 59, 28 seq., Zonar. Ann. IX. pag. 460.

1208) *Λεωνίδας Ῥόδιος τριαστὴς*] Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 43.

1209) *Ὁ βασιλεὺς Περσεὺς*] Perseus, quinquennio postquam victus est, i. e. Ol. CLIV, 1., Albae decessit. Porphyrius ap. Euseb. Scal. p. 63, 48 seqq. Mai. I, 38, 11. p. 171: *Περσεὺς δὲ εἰς τὴν Σαμοθράκην ἔφυγεν· εἶτα ἑκουσίως ἔδωκεν ἑαυτὸν δέσμιον τοῖς πολεμίοις, κἀκεῖθεν εἰς Ἄλβην μετατεθεὶς καὶ τηρούμενος μετὰ πέντε ἔτη τελευτᾷ.* A quo uno anno discrepat Velleius I, 11: ***Post victum captumque Persen, qui quadriennio post in libera custodia Albae decessit, etc.*** Cf. de Perseo eiusque filio Alexandro, Albam in custodiam ductis, Liv. XLV, 42.

1210) *Λεωνίδας Ῥόδιος*] Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 43 tradit.

1211) *Αἰμίλιος Παῦλος*] L. Aemilium Paullum L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego Coss. a. U. c. 594. a. Chr. 160. Ol. $\frac{\text{CLIV, 4.}}{\text{CLV, 1.}}$ mortem obisse, ex titulo Adelphorum P. Terentii apertum est. Idem indicat Livius Epit. lib. XLVI., unde etiam discimus, tanta illum in plurimis et maximis victoriis abstinentia fuisse atque probitate, ut ex auctione bonorum eius vix redactum esset, unde dos uxori ipsius redderetur. Suffragantur Livio Diodorus Excerpt. de Virt. et Vit. II. pag. 585. Wessel. et Auct. de Viris Illustr. cp. 56. Laudant Pauli frugalitatem Cicero de Offic. II, 22 et Valerius Maximus IV, 3. Cf. Polyb. XVIII, 18, 7 de eius continentia laudabilique paupertate. De Aemilii Paulli aetate coniectura ex eo fieri potest, quod, quo anno iterum Consul fuit i. e. a. Chr. 168., sexaginta fere annos habuisse dicitur Livio XLIV, 41, Plutarcho Aemil. cap. 10., Diodoro l. l. p. 580.

1212) *Πρῶτον ὡρολόγιον*] Auctor Plinius Hist. Nat. VII, 60: ***Tunc Scipio Nasica, collega Laenatis, primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicavit anno urbis DXCV. Tamdiu populi Romani indiscreta lux fuit.*** Gesserunt autem a. U. c. 595. a. Chr. 159. Olymp. CLV, ½. consulatum Cn. Cornelius Dolabella, M. Fulvius Nobilior. Consentit cum Plinio Censorinus de Die Nat. cp. 17. Vid. Auct. de Vir. Illustr. cp. 44. coll. Pigh. Annall. ad a. U. c. 594. T. II. p. 415.

1213) *Ἄτταλος Εὐμένους* — in textu Scaligeri legebatur *Εὐμένης Ἀττάλου — ἀδελφός*] Auctor Strabo loco classico lib. XIII. p. 429, 37 seqq.: *ἀπέλιπε* [Eumenes II.] *τῷ υἱῷ τὴν ἀρχὴν Ἀττάλῳ, γεγονότι ἐκ Στρατονίκης τῆς Ἀριαράθου θυγατρὸς τοῦ Καππαδόκων βασιλέως. ἐπίτροπον δὲ κατέστησε καὶ τοῦ παιδὸς νέου τελέως ὄντος, καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον· ἓν δὲ καὶ εἴκοσιν ἔτη βασιλεύσας γέρων οὗτος τελευτᾷ.* Ponit Scaliger Eumenis II. auspicia Olymp. CXLVI, 1. Hinc usque ad Olymp. CLV, 4. anni numerantur XXXIX, quot regno eius attribuit V. D. Succedit Attalus II., qui Philadelphus cognominatus est sec. Lucian. Macrob. cap. 12. — E nostris tamen calculis [v. n. 1082.] Attalus II. iam Olymp. CLV, 3. regnare coepit.

1214) *Λεωνίδας Ῥόδιος τὸ τρίτον*] Sic Scaliger edidit, deceptus scilicet Eusebii graeci scriptura, ubi ad Ol. CLVI. annotatur: *ὁ αὐτὸς (Λεωνίδας) τὸ τρίτον, Ῥόδιος, τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους πάλην ὁμοῦ καὶ παγκράτιον.* Verum hunc locum mutilum esse patet: excidit enim nomen athletae, qui lucta et pancratio vicerit, cuius sola patriae servata est appellatio. Suppeditat Interpres Armeniacus ap. Auch. P. I. p. 301. *Ἀριστόσενος*, pro quo tamen aptius coll. Pausan. V, 21, 5. *Ἀριστόξενος* rescripseris. Vid. Niebuhr. l. l. p. 214. coll. Corsin. F. A. IV. p. 106. Caeterum cf. quae de v. v. *τρίτος ἀφ' Ἡρακλέους* exposuimus ad Ol. CXLII. s. n. 1157.

β.

γ.

δ. Ἀρχὴ τοῦ Ῥωμαίων πρὸς Κελτίβηρας πολέμου[1216]).

ΟΛ. ΡΝΖ. Λεωνίδας Ῥόδιος στάδιον τὸ τέταρτον. μόνος δὲ καὶ πρῶτος ἐπὶ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας στεφάνους Ὀλυμπιακοὺς ἔχει δώδεκα[1217]).

α.

β.

γ.

δ. Κόρινθος ὑπὸ Λευκίου Μουμμίου κατεσκάφη ἔχουσα ἀπὸ κτίσεως ἔτη ϡνβ'[1218]). Ἀρχὴ τοῦ τρίτου Ῥωμαίων πρὸς Καρχηδονίους πολέμου[1219]). Μάρκος Πόρκιος Κάτων ἐτελεύτησε[1220]).

ΟΛ. ΡΝΗ. Ὄρθων Συρακούσιος στάδιον[1221]).

α. Ὁ τρίτος Μακεδονικὸς Ῥωμαίων πρὸς Ἀνδρίσκον τὸν Ψευδοφίλιππον πόλεμος[1222]). Μασσινίσσης βασιλεὺς Νομάδων, ὁ φιλορωμαῖος, ἐτελεύτησε[1223]).

1215) *Ἀρίσταρχος γραμματικὸς*] Tradit Suidas s. v. *Ἀρίσταρχος· Ἀλεξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμόθρᾳξ, πατρὸς Ἀριστάρχου, γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρνς' Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος.* Consentit Hieronymus ad Ol. CLVI, 1.: *Aristarchus grammaticus agnoscitur.* Item Chron. Pasch. auctor p. 180 A.: *ὑπ. Νασίκου καὶ Μαρκέλλου* [P. Corn. Scipione Nasica II. M. Claudio Marcello II. Coss. a. U. c. 599. a. Chr. 155. Olymp. CLVI, ½]. *Ἀρίσταρχος γραμματικὸς ἤκμαζεν.* Ab his auctoribus biennii prochronismo discedunt Maii Armen. ad Olymp. CLV, 3. Cf. Ritschl. in Biblioth. Alexandr.

1216) *Ἀρχὴ τοῦ Ῥωμαίων*] Q. Fulvius Nobilior Cos., qui primus omnium cum collega T. Annio Lusco a. U. c. 601. a. Chr. 153. Ol. CLVI, ¾. Calend. Ianuar. summum magistratum inierat [Cf. Cassiodorus: *Hi primi consules Calendis Ianuariis magistratum inierunt, propter subitum Celtiberiae bellum.*] contra Celtiberos sive Bellos, urbem Segedam incolentes, missus est. Cf. App. Iber. cp. 44 sqq., Polyb. XXXV, 1 sqq., Liv. Epit. lib. XLVII.

1217) *Λεωνίδας Ῥόδιος τὸ τέταρτον. Μόνος δὲ*] Tradit Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 43. Omnes autem illas XII. palmas cursu reportavit. Pausanias VI, 13, 3: *τὰ μέντοι ἐπιφανέστατα ἐς δρόμον Λεωνίδᾳ Ῥοδίῳ ἐστίν. ἐπὶ γὰρ τέσσαρας Ὀλυμπιάδας ἀκμάζων τε τῇ ὠκύτητι ἀντήρκεσε, καὶ γεγόνασιν αὐτῷ δρόμου νῖκαι δύο ἀριθμὸν καὶ δέκα.*

1218) *Κόρινθος ὑπὸ Λευκίου Μουμμίου*] Velleio I, 13 teste, L. Mummius Corinthum post annos DCCCCLII, quam ab Alete, Hippotis filio, condita erat, funditus diruit a. U. c. 608. a. Chr. 146. Olymp. CLVIII, ⅔. Consentit Orosius V, 3. Mummius deinde una cum X. Romanorum legatis res Achaiae intra VI. menses usque ad ver anni a. Chr. 145. componit. Polybius XL, 9. 10. Concidit proinde Corinthus mense Septemb. a. 146. Olymp. CLVIII, 3. ineunt. Quo igitur iure Corinthum Ol. CLVII, 4. eversam pronunciare potuit Scaliger? Equidem non dubito, quin V. D. hoc loco Plinii sententiam indicare voluerit, qui quidem quum lib. XXXIV, 2. Corinthum Ol. CLVI, 3. captam esse dicat, ad hunc ipsum annum suprascriptam Scaligeri notam reiiciendam esse arbitror. Sed ibi pro *Olymp. CLVI.* sine dubitatione: *Corinthus capta est Olymp. CLVIII. anno tertio, nostrae Urbis DCVIII.* legendum est. Minus definite cladis illius tempus expressit Appianus, si quidem Corinthum occupatam et eversam fuisse scribit Punic. p. 135. extr. *ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάδας.* Ac profecto Ol. CLX, 1. Corinthi excidium diserte ascribit Pausanias VII, 17. init. Scaliger Velleii de anno eversae Corinthi sententiam ad Ol. CLVIII, 3., Appiani autem et Pausaniae calculos ad Ol. CLX, 1. indicavit. Cf. Liv. Epit. 52., Polyb. ap. Strab. lib. VIII. p. 262, 50 seq., Zonar. Annal. IX. cap. 31. Caeterum *Μούμμιον* appellat consulem Appianus Iber. 57., *Μόμμιον* Polybius XL, 8, Dio fragm. Vales. 81., Zonaras IX. cp. 31., Appianus Punic. 135. extr., Pausan. VII, 15 seq.

1219) *Ἀρχὴ τοῦ τρίτου Ῥωμαίων*] Tertium bellum contra Carthaginem susceptum est, L. Manlio [sic Eutrop. IV, 10. Marcio: Liv. Epit. lib. XLIX., Appian. Pun. cp. 75., Cic. Brut. cp. 15.] Censorino et M'. Manilio Coss. a. U. c. 605. a. Chr. 149. Ol. CLVII, ¾. Testes Livius Epit. l. l., Eutropius l. l., Florus II, 15, Appianus l. l., Orosius IV, 22, 23.

1220) *Μάρκος Πόρκιος Κάτων*] Iisdem Coss. mortem obiit M. Porcius Cato, quum paucis ante mortem diebus aut mensibus nonaginta circiter annus natus [e Livio XXXIX, 40 et Plut. Cat. Mai. cp. 15. coll. Valer. Max. VIII, 7, 1, quinque et octoginta e Cic. Brut. XX, 8. XXIII, 89 et Plin. N. H. XXIX, 1.] Ser. Sulpicii Galbae, qui nuper in Hispania pro praetore Lusitanos diripuerat, accusandi provinciam suscepisset. Auctores Vell. I, 13: *Ante triennium, quam Carthago deleretur, M. Cato, perpetuus diruendae eius auctor, L. Censorino, M. Manlio Coss. mortem obiit,* Liv. Epit. XLIX., Plut. l. l., Valer. Max. VIII, 1, 2, Plin. l. l. coll. XV, 20.

1221) *Ὄρθων Συρακούσιος*] Testatur Africanus apud Euseb. l. l.

1222) *Ὁ τρίτος Μακεδονικὸς*] Sp. Postumio Albino, L. Calpurnio Pisone Caesonino Coss. a. U. c.

β.

γ. *Καρχηδὼν ἔχουσα ἀπὸ κτίσεως ἔτη ψλζ', ὡς δὲ ἄλλοι χξζ', ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ τοῦ νεωτέρου κατεσκάφη τῆς τοῦ Ἀκράγαντος ἁλώσεως ὕστερον ἔτεσι σξ'* [1224]). *Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, ὥς τισι δοκεῖ, Κόρινθος ὑπὸ Μουμ-*
p. 334 b. *μίου κατεσκάφη* [1225]). *Ἀρχὴ τοῦ κατὰ τὴν Λυσιτανίαν Ῥωμαίων πρὸς Οὐιρίαθον πολέμου* [1226]).

δ. *Λεύκιος Μούμμιος κατὰ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν Κορινθίων ἐθριάμβευσε* [1227]).

ΟΛ. ΡΝΘ. Ἄλκιμος Κυζικηνὸς στάδιον [1228]).

α.

β.

γ. *Κοΐντος Μέτελλος ἐν Ἰβηρίᾳ πόλεις συχνὰς πολιορκίᾳ παρεστήσατο* [1229]).

---

606. a. Chr. 148. Ol. $\frac{\text{CLVII, 4.}}{\text{CLVIII, 1.}}$ Andriscus, qui se Philippum, Persei filium, vocabat, exinde Pseudophilippi nomine notior, clam Roma elapsus et in Macedoniam profugus ad vicinas regiones extendit manus, atque Thessaliam invasit. Eum, caeso cum exercitu P. Iuventio, vicit Q. Caecilius Metellus praetor [Auct. de Virr. Ill. cp. 61., Vell. I, 11. dux: Eutrop. IV, 13. consul: Flor. II, 14, *ἡγεμών·* Paus. VII, 13, 1. *στρατηγός·* Zonar. IX, 28]: unde Macedonici nomen mutuatus est. Auctor Iulius Obsequens cap. 78. — Porphyrius ap. Euseb. Scal. p. 63, 50 Mai. I, 38, 14, p. 178: *Ῥωμαῖοι δὲ Μακεδόνας ἀχαρίστους γενομένους διὰ τὸ συλλαβέσθαι τῷ Ψευδοφιλίππῳ ὑποφόρους ἐποίησαν, ἔτει τετάρτῳ τῆς ρνζ' Ὀλυμπιάδος.* Releganda igitur est nota Scaligeri ad annum qui praecedit. De re ipsa cf. praeter loc. laud. Liv. Epit. L. coll. XLIX. et Oros. IV, 22.

1223) *Μασινίσσης βασιλεὺς*] Masinissa, Numidarum rex, amicus populi Romani, a M'. Manilio proconsule per litteras petiit aegrotus, ut ad se Scipionem Aemilianum, sub eo tunc militantem, mitteret. Missus igitur Scipio regem mortuum adveniens reperit. Attigerat Masinissa ex Eutrop. IV, 11 annum aetatis XCVII. Liv. Epit. L. coll. XLVIII. eum simpliciter nonaginta annis maiorem obisse ait, *ἐνενήκοντα ἐτῶν* Polybius XXXVII, 3 et Lucian. Macrob. cp. 17. Cf. Plut. Moral. p. 791. F, Appian. Punic. cp. 106., Diod. Frgm. lib. XXXII. Ecl. III. p. 523. Defunctus igitur est Sp. Postumio Albino, L. Calpurnio Pisone Caesonino Coss. a. U. c. 606. a. Chr. 148. Ol. $\frac{\text{CLVII, 4.}}{\text{CLVIII, 4.}}$ Auctor Valerius Maximus V, 2, 4. *Μασινίσσης* Scaliger petiit ex Zonar. Ann. IX, 27. *Μασανάσσης* habet Diod. Excerpt. Phot. XXXII, 3. Excerptt. Vat. lib. XXXII, 5, *Μασσανάσσης* id. Diod. Exc. Vat. l. l. et App. Pun. cap. 106. *Μασινίσσας* Dion. Cass. fragm. Vales. 60. Cf. Schweigh. ad Polyb. III, 33, et ad VII, 19.

1224) *Καρχηδὼν ἔχουσα*] Carthago, quum ex Velleio I, 12. DCLXVII., ex Solino cap. 40. DCCXXXVII. annis stetisset, diruta est Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coss. a. U. c. 608 a. Chr. 146. Ol. CLVIII, $\frac{2}{3}$. Cf. Vellei. l. l. Urbem porro Poenorum annis post Agrigentum ab ipsis captum CCLX. deletam esse intelliges, ubi Agrigentum Ol. XCIII, 3. ab Hamilcare excisum ex Diod. XIII. cp. 86. seq. memineris. Carthaginis eversio Corinthi ruinam antecessit. Vid. Vell. I, 13, Oros. V, 3, Diod. Fr. 145, Polyb. XL, 90. Accidit proinde [v. not. 1218.] mense Iulio a. 146. Olymp. CLVIII, 3. ineunt. Consentit Hieronymus ad Olymp. CLVIII, 3., nisi quod annorum numerum, quos Carthago ab originibus suis habuerit, variat: *Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur, habens a conditione sui ann.* ***DCLXVIII.*** *ut vero alii affirmant* ***DCCXLVIII.*** Ab Hieronymo trium annorum prochronismo discedunt Mai. Arm. ad Ol. CLVII, 4. coll. Syncell. p. 293 B., qui tamen offert *ἔτη χμ' ἀπὸ κτίσεως, κατὰ δὲ ἄλλους ψμη'.* Diversas diversorum de anno conditae Carthaginis sententias recenset Scal. Prolegg. Emendat. Tempp. p. XXXVIII. Animadvv. ad Euseb. p. 60 a. 63 b. 145 a. b.

1225) *Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν*] „*Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum funditus eruit.*" Velleius I, 13. Cf. nos ad Ol. CLVII, 4. s. n. 1218.

1226) *Ἀρχὴ τοῦ κατὰ τὴν Λυσιτανίαν*] Dum in Graecia et Africa prosperrime a Romanis pugnatur, res in Hispania non difficiles modo erant, sed etiam magis magisque adversae et durae. Tantum ibi Romanorum praetoribus terrorem Viriathus iniecerat, ut contra eum consulari opus esset et duce et exercitu. Mittitur igitur in Hispaniam Q. Fabius Maximus Aemilianus Cos. a. U. c. 609. a. Chr. 145. Ol. CLVIII, $\frac{3}{4}$. Cf. Liv. Epit. LVII, Flor. II, 17, Appian. Iber. 63 sqq. Iberorum dux *Οὐρίατθος* audit apud Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. p. 597 et App. Iber. 63, *Ὑρίατθος* apud Diod. Excerpt. Phot. XXXII, 5, *Ὑρίαθος* ap. eund. Excerptt. Vat. XXXIII, 3.

1227) *Λεύκιος Μούμμιος κατὰ τῶν Ἀχαιῶν*] L. Mummii triumphum, qui magnorum artificum tabulis statuisque insignis Coss. Q. Fabio Aemiliano, L. Hostilio Mancino a. U. c. 609. a. Chr. 145. Ol. CLVIII, $\frac{3}{4}$. primus de Graecis actus est, memorant Livius Epit. LII. et Appianus Pun. cp. 135. extr. coll. Cic. pro Muren. cap. 14. de Off. II, 22, Plin. N. H. XXXIV, 7. XXXV, 4, Tacit. Ann. XIV, 15. — Eutropius IV, 14 triumphum illum iam anno a. Chr. 146. actum scribit.

1228) *Ἄλκιμος Κυζικηνὸς*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1229) *Κοΐντος Μέτελλος*] Q. Caecilius Metellus Macedonicus a. U. c. 612. a. Chr. 142. Ol. CLIX, $\frac{2}{3}$.,

δ.

ΟΛ. ΡΞ. Διόδωρος Σικυώνιος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι Ἀνώδωκος[1230]).

α. ΑΝΤΙΘΕΟΣ πάλιν[1231]). Κατά τινας Μούμμιος τὴν Κόρινθον καθεῖλε[1232]). Κατὰ τὴν Λυσιτανίαν Οὐιρίαθος ἐδολοφονήθη[1233]).

β.

γ.

δ. Ῥωμαίων μυριάδες τρεῖς περὶ Νουμαντίαν ἀνηρέθησαν[1234]). Μαγκῖνος ὁ ὕπατος αἰσχίστας σπονδὰς πρὸς τοὺς πολεμίους ποιησάμενος ἐπονειδίστως ἀπήλλαξεν[1234]). Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ Περγάμου βασιλεύει ἐπ' ἔτη ε'[1235]).

ΟΛ. ΡΞΑ. Ἀντίπατρος Ἠπειρώτης στάδιον[1236]).

α. Κατὰ τὴν Σικελίαν, ῥαγέντος ὄρους Αἰτναίου, πῦρ ἐξῆλθεν[1237]). Ἡ τῶν Ῥωμαίων βουλὴ τὸν αἰσχρῶς πολεμίοις σπεισάμενον Μαγκῖνον τοῖς Νουμαντίνοις παραδοθῆναι ἐψηφίσατο[1238]).

---

imperio in Hispanio citeriore prorogato, Celtiberis omnes urbes, exceptis Termantia et Numantia, eripuit. Testes Liv. Epit. LIII, App. Iber. 76, Vellei. II, 5, Valer. Max. II, 17, Flor. II, 17, Eutrop. IV, 16.

1230) *Διόδωρος Σικυώνιος*] Fallitur Scaliger, quod Ol. CLX. aut Diodorum Sicyonium aut Anodocum [Cyzicenum] stadio victoriam reportasse affirmat: quum potius Olympiade ista Anodocus quidem stadio secundum Africanum apud Euseb. l. l., Diodorus vero, quem Pausanias VII, 16 extr. Ol. CLX. vicisse tradit non nominato certaminis genere, lucta vel alio certaminis genere, excepto stadio, palmam meruisse putandus sit. An *Ἀνώδωκον* Eusebii ex *Διοδώρου* corruptum dicamus? Cui sententiae probabilitatis speciem addiderit Cod. Armen. scriptura *Ἀνόδωρος* apud Auch. P. I. p. 302. Caeterum quod nostro loco Scaliger edidit *Ἀνώδωκος*, revera exhibent Cram. Anecdott. Par. II. p. 149. In Eusebio tamen nomen victoris aut Scaligeri aut typothetae errore in *Ἀνώδοκος* abiit.

1231) *Ἀντίθεος πάλιν*] Athenis Archon fuit Antitheus Ol. CLX, 1., quum bellum Achaicum conficeretur, teste Pausania VII, 17 init. Scaliger vero, cum Corinthi cladem a Velleio aliisque Ol. CLVIII, 3. ascribi videret, ansam inde arripuit, ut ad hanc Olympiadem annotaret *Ἀντίθεος πάλιν*, perinde quasi semel Ol. CLVIII, 3., iterumque Ol. CLX, 1. Archontis eponymi munere perfunctus esset. Id quod nemini, credo, persuadebit. Cf. Corsin. FF. AA. T. IV. p. 110.

1232) *Κατά τινας Μούμμιος*] Refert Pausaniae VII, 16 extr. et Appiani Iber. cp. 135. extr. calculos. Vide nostra ad Ol. CLVII, 4. s. n. 1218.

1233) *Κατὰ τὴν Λυσιτανίαν Οὐιρίαθος*] Q. Servilius Caepio Consul a. U. c. 614. a. Chr. 140. Ol. $\frac{\text{CLIX, 4.}}{\text{CLX, 1.}}$ Viriathum per proditionem interemit. Auctores Livius Epit. LIV., Velleius II, 1, 3, Eutropius IV, 16, Appianus Iber. 74. Vid. Diod. Excerptt. Phot. lib. XXXII, 5 p. 526. Wess., Valer. Max. IX, 6, 4, Obseq. 82. coll. Fischer. Tabb. Chronol. Rom. p. 133.

1234) *Ῥωμαίων μυριάδες τρεῖς*] C. Hostilius Mancinus a. U. c. 617. a. Chr. 137. Ol. CLX, $\frac{3}{4}$. consul, victus a Numantinis et castris exutus, quum spes servandi exercitus nulla esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. Triginta millia Romanorum a Numantinorum millibus quatuor victa erant. Auctores Livius Epit. LV., Appianus Iber. 80., Eutropius IV, 17, Velleius II, 90, Orosius V, 4. De Mancino vid. Cic. de Off. 14, 30, Vell. II, 1, Valer. Max. I, 6, 7, Flor. II, 18, Obseq. cp. 83., Plut. Tib. Gracch. p. 826.

1235) *Ἄτταλος ὁ Φιλομήτωρ*] Attalus II. Philadelphus, quum anno regni, Ol. CLV, 4. vel potius 3. [vid. not. ad Olymp. CLV, 4.] accepti, vicesimo primo aetate gravis diem extremum obisset, successit ei Olymp. CLX, 4. imo 3. in annos quinque Attalus III. Philometor. Auctor Strabo XIII. p. 429, 48 seqq.: *κατέλιπε δὲ [Ἄτταλος] τὴν ἀρχὴν τῷ ἐπιτροπευθέντι Ἀττάλῳ· βασιλεύσας δὲ οὗτος ἔτη πέντε καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ τελευτᾷ νόσῳ τὸν βίον.* Vid. not. 1242.

1236) *Ἀντίπατρος Ἠπειρώτης*] Africanus ap. Euseb. l. l.

1237) *Κατὰ τὴν Σικελίαν*] Orosius V, 6: *Ser. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisone Coss.* [a. U. c. 619. a. Chr. 135. Ol. CLXI, $\frac{1}{2}$.] *in Sicilia mons Aetna vastos ignes eructavit, ac fudit: qui torrentum modo per prona praecipites, proxima quaeque corripientibus, exussere flammis, longinquiora autem favillis calidis cum vapore gravi late volitantibus torruerunt.* Consulibus istis montem Aetnam maioribus solito ignibus arsisse tradit etiam Iulius Obsequens 85.

1238) *Ἡ τῶν Ῥωμαίων βουλὴ*] P. Furius Philus Consul a. U. c. 618. a. Chr. 136. Olymp. $\frac{\text{CLX, 4.}}{\text{CLXI, 1.}}$ in Hispaniam profectus, C. Hostilium Mancinum Numantinis dedit: a quibus tamen quum non esset receptus, Romam redux tantam miseriam ignominiamque consecutus est, ut omnibus officiis suis perfunctus iudicaretur. Testes Livius Epit. LVI., Florus II, 18, Appianus Iber. cp. 83.

β. *Κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ δουλικὸς πόλεμος*[1239]).

γ.

δ. *Ἐν τῇ Ῥώμῃ Τιβερίου Γράκχου φόνος*[1240]). *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Νουμαντῖνοι, ὑπὸ Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ εἰς πολιορκίαν συγκλεισθέντες, πάντων τῶν πρὸς τροφὴν ἐπιτηδείων ἐκλελοιπότων, τέλος εἰς ἀνθρωποφαγίαν ἐτράπησαν*[1241]). *Ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος τελευτῶν τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῆς αὐτοῦ βασιλείας κληρονόμον ἐν ταῖς διαθήκαις κατέστησε*[1242]).

ΟΛ. ΡΞΒ. *Δάμων Δελφὸς στάδιον*[1243]).

α. *Σκιπίων κατὰ τῶν Νουμαντίνων ἐθριάμβευσε ιδʹ ἔτεσιν ὕστερον τῆς Καρχδονίων πανδήμου καταστροφῆς*[1244]). *Ἀριστόνικός τις, τὴν πρὸς Ἀττάλου ἀγχιστείαν ψευσάμενος, ἑαυτὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα ἀπέδειξεν*[1245]).

β.

γ. *Ἀριστόνικος ὁ Ψευδάτταλος ὑπὸ Περπέρνα ὑπάτου δεσμώτης ἀχθεὶς ἐν τῇ φυ-*

1239) *Κατὰ τὴν Σικελίαν*] Livius Epit. 56: *Bellum servile in Sicilia ortum, quum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fulvio* [a. U. c. 620. a. Chr. 134. Olymp. CLXI, $\frac{2}{3}$.] *Consuli mandatum est. Huius belli initium fuit Eunus servus, natione Syrus: qui contracta agrestium servorum manu, et solutis ergastulis, iusti exercitus numerum implevit. Cleon quoque, alter servus, ad septuaginta millia servorum contraxit: et, copiis iunctis, contra populum Romanum exercitumque eius bellum saepe gesserunt.* Cf. Oros. V, 6, qui septuaginta millia servorum tunc in armis fuisse testatur et ipse, solamque Messanam urbem ab hac contagione immunem mansisse addit, quia servos liberaliter habitos in pace continuerit. Cf. Flor. III, 19 et Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. p. 598 seqq. Wessel. Eusebius belli huius initia ad Olymp. CLXI, 3. annotavit. Ex Eusebio sua hausit Syncellus p. 292 B.: *κατὰ Σικελίαν ὁ δουλικὸς πόλεμος.*

1240) *Ἐν Ῥώμῃ Τιβερίου*] Tib. Sempronius Gracchus, quum legem agrariam ferret contra voluntatem senatus et equestris ordinis, P. Mucio Scaevola, L. Calpurnio Pisone Coss. a. U. c. 621. a. Chr. 133. Ol. CLXI, $\frac{3}{4}$. ab optimatibus oppressus necatusque est. Testes Liv. Epit. LVIII., Oros. V, 9, Appian. Bell. Civil. I, 16, Plut. Ti. Gracch. cap. 9.

1241) *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν*] Velleius II, 4.: *P. Scipio Africanus Aemilianus, qui Carthaginem deleverat, post tot acceptas circa Numantiam clades, creatus iterum Consul* [a. U. c. 620. a. Chr. 134. Ol. CLXI, 2.] *missusque in Hispaniam fortunae virtutique expertae in Africa, respondit* (in Hispania); *et intra annum ac tres menses, quam eo venerat* [i. e. vere a. Chr. 133. Ol. CLXI, 3.] *circumdatam operibus Numantiam excisamque aequavit solo.* Cf. Oros. V, 8. De fame Numantinorum eorumque *ἀνθρωποφαγίᾳ* vid. Liv. Epit. lib. LIX. et Appian. Iber. 96.

1242) *Ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος*] Eutropius IV, 18: *Eodem tempore* [scil. quo Numantia eversa est, i. e. coll. not. 1241. vere a. Chr. 133. Olymp. CLXI, 3., P. Mucio Scaevola, L. Calpurnio Pisone Coss.] *Attalus, rex Asiae, frater Eumenis, mortuus est, haeredemque populum Romanum reliquit. Ita imperio Romano per testamentum Asia accessit.* Cf. Strab. XIII. p. 429 extr., Liv. Epit. LIX., Oros. V, 8, Plin. N. H. XXXIII, 11 coll. Clint. FF. HH. III. Append. VI. p. 409 not. e., Iust. 36, 4, Flor. II, 20, Plut. Gracch. cp. 14. Obsequens cp. 87. igitur trium annorum metachronismo peccat: *App. Claudio M. Perperna Coss.* — [a. U. c. 624. a. Chr. 130. Olymp. CLXII, $\frac{2}{3}$.] *Asia Attali testamento legata Romanis.*

1243) *Δάμων Δελφὸς*] Africanus apud Euseb. l. l. tradit.

1244) *Σκιπίων κατὰ Νουμαντίνων*] Livius Ep. L.: *Captam urbem Scipio Africanus delevit et de ea triumphavit quartodecimo anno post Corthaginem deletam.* Eutropius IV, 19: *P. Scipio Africanus de Numantinis secundum triumphum egit XIV. anno post, quam priorem de Africa egerat.* Cicero Phil. XI, 8: *Africanus anno ante* [ante P. Licinium et L. Valerium Flaccum a. U. c. 623. a. Chr. 131. Ol. CLXII, $\frac{1}{2}$. Coss.] *de Numantinis triumphaverat.* Cf. App. Iber. cp. 98.

1245) *Ἀριστόνικός τις*] Iustinus XXXVI, 4 extr.: *Erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia, citharistae cuiusdam filia, genitus, qui post mortem Attali velut paternum regnum Asiam invasit. Cum multa secunda proelia adversus civitates, quae metu Romanorum tradere se ei nolebant, fecisset iustusque rex iam videretur, Asia Licinio Crasso consuli* [a. U. c. 623. a. Chr. 131. Olymp. CLXII, $\frac{1}{2}$.] *decernitur, qui intentior Attalicae praedae, quam bello, cum extremo anni tempore inordinata acie proelium conseruisset, victus poenas inconsultae avaritiae dedit. In huius locum missus Perperna consul* [a. U. c. 624. a. Chr. 130. Ol. CLXII, $\frac{2}{3}$.] *prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit, Attalicasque gazas hereditarias populi Romani, navibus impositas, Romam deportavit. Quod aegre ferens successor eius M'. Aquillius* [a. U. c. 625. a. Chr. 129. Ol. CLXII, $\frac{3}{4}$.] *consul ad eripiendum Aristonicum Perpernae, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata velocitate contendit. Sed contentionem consulum mors Perpernae diremit. Sic Asia Romanorum facta cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.* Vid. Cic. Phil. XI, 8, Oros. V, 10, Liv. Epit. LIX., Eutrop. IV, 20, Vell. II, 4, Obsequens cp. 87. coll. Strab. XIV. p. 444 seq.

λακῇ βρόχῳ τὸν βίον κατέστρεψε, βουλῆς ψηφισαμένης[1246]). Ἡ Ἀσία τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἐπαρχία ἐγένετο[1246]). Δύο ἥλιοι ἐφαντάσθησαν[1247]). Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς ἐξαίφνης ἐξ ἀφανοῦς αἰτίας ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη νϛ´[1248]).

δ. Ἔκλειψις σελήνης[1249]), καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Καρνεάδης ὁ φιλόσοφος τὸν βίον μετήλλαξε[1249]).

ΟΛ. ΡΞΓ. Τιμόθεος Τραλλιανὸς στάδιον[1250]).

α.

β.

γ.

δ. ΙΑΣΩΝ[1251]). Ῥωμαίων πρὸς Ἀλλόβριγας πόλεμος[1252]). p. 335 a.

ΟΛ. ΡΞΔ. Βοιωτὸς Σικυώνιος στάδιον[1253]).

α. Ῥωμαῖοι τὴν Καρχηδόνα ἀνακτίσαντες ἀποίκους εἰς αὐτὴν ἔστειλαν[1254]). Σω-

---

1246) Ἀριστόνικος ὁ Ψευδάτταλος] Orosius V, 10: *Aristonicus Romae iussu Senatus in carcere strangulatus est.* Cf. not. 1245.

1247) Δύο ἥλιοι] Testis Cicero Nat. Deor. II, 5, 14, C. Sempronio Tuditano, M'. Aquillio Coss. a. U. c. 625. a. Chr. 529. Ol. CLXII, $\frac{3}{4}$. geminos soles visos alterumque solem P. Africanum extinctum esse.

1248) Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς] Velleius II, 4: *Reversus in Urbem* [P. Scipio Africanus Aemilianus excisa Numantia] *intra breve tempus, M'. Aquillio, C. Sempronio* Coss. [a. U. c. 625. a. Chr. 129. Olymp. CLXII, $\frac{3}{4}$.] *abhinc annos CL., post duos consulatus, duosque triumphos, et bis excisos terrores reipublicae mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quaedam elisarum faucium in cervice reperirentur notae . . . . . . Decessit anno ferme LVI.* Africani morti quae caussae esse possint, investigat Appianus Bell. Civ. I, 20. Cf. Cic. Nat. Deor. II, 5, Liv. Epit. LIX, Oros. V, 10, Auct. de Viris Illustr. 58, Dion. Excerptt. Vales. 89. Nuper inquisivit tn hanc rem Gerlachius in commentatione erudita *de morte Africani* 1840.

1249) Ἔκλειψις σελήνης] Testis Diogenes Laertius vit. Carnead. IV, 64 sq. τελευτῶντος δ' αὐτοῦ [τοῦ Καρνεάδου] φασιν ἔκλειψιν γενέσθαι σελήνης, συμπάθειαν, ὡς ἂν εἴποι τις, αἰνιττομένου τοῦ μεθ' ἥλιον καλλίστου τῶν ἄστρων. φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς κοὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. [Consentit Lucianus Macrob. cap. 20. Exaggerat Cicero Acad. IV, 6: *nam nonaginta vixit annos.*] Conf. Suidas s. v. Καρνεάδης, Λίβυς, ἀπὸ Κυρήνης, υἱὸς Φιλοκώμου, φιλόσοφος, ἀφ' οὗπερ ἡ νέα ἤρξατο Ἀκαδημία. Φασὶ δὲ τελευτήσαντος αὐτοῦ τὴν σελήνην ἐκλιπεῖν, καὶ τὸν ἥλιον ἀμυδρὸν γενέσθαι. Vid. Corsin FF. AA. T. IV. p. 114 coll. Scal. Canon. Isag. III. p. 263. Successit Carneadi Clitomachus. Vid. Laërt. IV, 76 et Steph. Byz. s. v. Καρχηδών coll. Eustath. ad Dionys. Perieg. 195. et Cic. Acad. IV, 31.

1250) Τιμόθεος Τραλλιανὸς] Tradit Africanus apud Euseb. l. l.

1251) Ἰάσων] Phlego De Mirabb. cp. X. ἐγεννήθη καὶ ἐπὶ Ῥώμης ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἰάσονος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Πλατίου καὶ Σέξτου Καρμινίου Ὑιαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου. Quem locum corruptum esse nemo non videt. Ac primum quidem pro Πλατίου scribendum esse Πλαυτίου manifestum est. In caeteris verbis corrigendis inter se dissident VV. DD., quorum sententias recenset Corsinus FF. AA. T. IV. p. 115. Cf. etiam Franz. not. ad Phleg. l. l. Nos satis habemus indicasse, quomodo Scaliger locum illum rescribi voluisse videatur. Is vero non dubium est, quin pro καὶ Σέξτου Καρμινίου Ὑιαίου legendum censuerit Ὑψαίου. Certe M. Fulvius Flaccus cum M. Plautio Hypsaeo a. U. c. 629. a. Chr. 129. Ol. CLXIII, $\frac{4}{4}$. consulatum administravit. Ac facit cum Scaligero Corsinus l. l.

1252) Ῥωμαίων πρὸς Ἀλλόβριγας] Teste Livio Epit. LX. M. Fulvius Flaccus Cos. a. U. c. 629. a. Chr. 125. Ol. CLXIII, $\frac{4}{4}$. Massiliensibus contra Salluvios Gallos, qui fines Massiliensium depopulabantur, auxilio missus est. Salluviorum mala gentes asperrimas Allobrogum concitaverunt. Miscuerunt cum his Arverni duce Bituito caussam. Vicit Salluvios C. Sextius Calvinus proconsul Cn. Domitio C. Fannio Coss. a. U. c. 632. a. Chr. 122. Ol. CLXIV, $\frac{2}{4}$. ad aquas, quae ab eo Sextiarum nomen traxerunt, superavit Allobroges ad oppidum Vindalium Cn. Domitius Ahenobarbus proconsul Q. Fabio L. Opimio Coss. a. U. c. 633. a. Chr. 121. Ol. CLXIV, $\frac{3}{4}$., denique Allobroges et Arvernos domuit ad Isaram Q. Fabius Maximus, Paulli nepos, Allobrogicus dictus, Cos. VI. Id. Aug. [Plin. N. H. VII, 50.] a. U. c. 633. Ol. CLXIV, 4. Testes de hoc bello, quod Allobrogicum vocatur, extant Livius Epit. libb. LX. LXI., Obsequens 92, Cassiodorus, Velleius II, 10, Eutropius IV, 22, Orosius V, 13 sqq., Florus III, 2, Strabo V. p. 128, 50.

1253) Βοιωτὸς Σικυώνιος στάδιον] Testatur Africanus ap. Euseb. l. l.

1254) Οἱ Ῥωμαῖοι τὴν Καρχηδόνα] Eutropius IV, 21: *L. Caecilio Metello et Quinctio Flaminino* Coss. [a. U. c. 631. a. Chr. 123. Ol. CLXIV, $\frac{1}{2}$] *Carthago in Africa iussu senatus reparata est, quae nunc manet; annis duobus et viginti post quam a Scipione fuerat eversa. Deducti eo sunt cives Romani.* Consentiunt Velleius I, 15 et Orosius V, 12. Cf. Liv. Ep. lib. LX. et Appian. Pun. 136. extr. E Plut. Vit. Gracch.

σίθεος, Συρακούσιος, ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δὲ Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωϊκῆς Ἀλεξανδρείας, τῶν τῆς Πλειάδος εἷς, ἤκμαζε[1255]).

β.

γ. Λαμπρὰ νίκη Ῥωμαίων κατὰ Ἀρουέρνων καὶ Ἀλλοβρίγων, ἐθνῶν Κελτικῶν[1256]).

δ. Ἐν τῇ Ῥώμῃ Γάϊος Γράκχος δήμαρχος, Τιβερίου δὲ ἀδελφός, ἀνῃρέθη[1257]).

ΟΛ. ΡΞΕ. Ἀκουσίλαος Κυρηναῖος στάδιον[1258]).

α. Κοΐντος Μάρκιος Ῥὴξ ὕπατος ἀποίκους εἰς Ναρβῶνα κατήγαγε[1259]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΞϚ. Χρυσόγονος Νικαεὺς στάδιον[1260]).

α.

β.

γ. Κατὰ Θρακίαν Γάϊος Πόρκιος Κάτων πρὸς Σκορδίσκους πολεμῶν ἐδυστύχησε[1261]).

δ. Κίμβροι καὶ Τεύτονες, τὰς Ἄλπεις ὑπερβάντες, τὸν Ῥωμαίων στρατὸν διέφθειραν[1262]).

ΟΛ. ΡΞΖ. Χρυσόγονος ὁ Νικαεὺς στάδιον τὸ δεύτερον[1263]).

α. Μάρκος Λίουιος τοὺς Σκορδίσκους ἐνίκησε[1264]).

---

discimus, Rubrium tribunum plebis legem tulisse, ut in solum Carthaginis a Scipione dirutae colonia deduceretur, eamque deductam a C. Graccho triumviro nomen Iunoniae (cf. Solin. cp. 40.) accepisse.

1255) *Σωσίθεος Συρακούσιος ἢ Ἀθηναῖος*] Tradit Suidas s. v. *Σωσίθεος, Συρακούσιος, ἢ Ἀθηναῖος, μᾶλλον δὲ Ἀλεξανδρεὺς τῆς Τρωϊκῆς Ἀλεξανδρείας, τῶν τῆς Πλειάδος εἷς . . . . . ἀκμάσας κατὰ τὴν ρξδ' Ὀλυμπιάδα.* Quum tamen eum Suidas *Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ* appellet *ἀνταγωνιστήν*, Homerum autem circa Ol. *ρκδ'* floruisse tradat, eundem numerum etiam Sosistheo restituit Pearsonus, comprobantibus Küster. ad Suid., Naek. Sched. Crit. p. 5, Clint. FF. HH. III. p. 501, Car. Friebel. Satyrogr. fr. a. 1837. 8. p. 119, Welck. Mus. Rhen. Suppl. II, 3 p. 1252.

1256) *Λαμπροτάτη νίκη*] Cf. quae annotavimus ad Ol. CLXIII, 4. s. n. 1252.

1257) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ Γάϊος Γράκχος*] Livius Epit. LXI.: *C. Gracchus, seditioso tribunatu acto, quum Aventinum quoque armata multitudine occupasset, a L. Opimio Consule* [a. U. c. 633. a. Chr. 121. Olymp. CLXIV, $\frac{4}{4}$.], *ex senatus consulto vocato ad arma populo, pulsus et occisus est.* Cf. Cic. Phil. VIII, 4, Plut. C. Gracch. capp. 14—17., Oros. V, 12, Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. p. 604 Wessel. Excerpt. Vatic. p. 115. Mai. 127. Dind., Valer. Max. VI, 8, 4, Plin. N. H. XXXIII, 3, Vell. II, 6, 7. Appian. B. C. I, 24 sqq.

1258) *Ἀκουσίλαος Κυρηναῖος*] Africanus apud Euseb. Scal. l. l. Perperam nomen eius *Ἀκρυσίλαος* exhibet codex Crameri in Anecd. Paris. II. p. 149.

1259) *Κοΐντος Μάρτιος Ῥήξ*] Eutropius IV, 23: *M. Porcio Catone et Q. Marcio Rege Coss. DCXXXIII.* [sec. Varr. a. U. c. 636. a. Chr. 118. Olymp. CLXV, $\frac{2}{4}$.] *anno ab Urbe condita Narbonam in Gallia colonia deducta est.* Consentit Velleius I, 15 et II, 8 coll. Fischer. in Tabb. chronol. Rom. p. 153. Qui tamen fallitur in eo, quod Eusebium Armeniacum coloniam nostram Olymp. CLXV, 4. ascripsisse affirmat. Hieronymi enim ad Olymp. CLXIV, 4. verba sunt: *Narbonam coloniae deductae.* Praeterea Scaligeri supra error in aprico est.

1260) *Χρυσόγονος Νικαεύς*] Testis Africanus ap. Euseb. l. l.

1261) *Κατὰ Θρακίαν Γάϊος Πόρκιος Κάτων*] C. Porcius Cato Cos. a. U. c. 640. a. Chr. 114. Ol. CLXVI, $\frac{2}{4}$., cui Macedonia provincia evenerat, contra Scordiscos, quae Thraciae natio [Liv. Epit. LXIII.] Gallicam originem a Brenni tempore repetebat, infeliciter et ignominiose pugnavit. Auctores Eutropius IV, 24 et Florus III, 4.

1262) *Κίμβροι καὶ Τεύτονες τὰς Ἄλπεις*] Livius Epit. LXIII.: *Cimbri, gens vaga, populabundi in Illyricum venerunt: ab iis Papirius Consul* [a. U. c. 641. a. Chr. 113. Ol. CLXVI, $\frac{3}{4}$.] *cum exercitu fusus est.* Cf. Eutropius IV, 25: *C. Caecilio Metello et Cn. Carbone coss. nuntiatum — Romae est, Cimbros e Gallia in Italiam transisse.* Tacitus Germ. cap. 37.: *Primum Cimbrorum audita sunt arma Caecilio Metello ac Papirio Carbone consulibus.* Obsequens cap. 98.: *C. Caecilio Cn. Carbone coss. — Cimbri Teutonique Alpes transgressi foedam stragem Romanorum sociorumque fecerunt.* Vid. etiam Strab. lib. IV. p. 135, 50 seqq., Flor. III, 3, Eutrop. V, 2, Auct. de Virr. Illustr. 67, Frontin. I, 3, 6, I, 5, 3, II, 2, 8, Oros. V, 16, Vellei, II, 22.

1263) *Χρυσόγονος ὁ Νικαεύς*] Africanus tradit apud Euseb. l. l. Articulum tamen gentili de suo addidit Scaliger, constanter illum ab Africano omissum.

1264) *Μάρκος Λίουιος τοὺς Σκορδίσκους*] Livius Epit. LXIII.: *Livius Drusus Cos.* [a. U. c. 642.

β. Ἀρχὴ τοῦ Ῥωμαίων πρὸς Ἰογόρθαν τῶν Νομάδων βασιλέα πολέμου[1265]).
γ.
δ. Πάλιν οἱ Τεύτονες τοὺς Ῥωμαίους ἐνίκησαν[1266]).

ΟΛ. ΡΞΗ. Νικόμαχος Φιλαδελφεὺς στάδιον[1267]).
α.
β. Μάριος τὸν Ἰογόρθαν καταπολεμήσας, τῆς μητροπόλεως τῶν Νομάδων Κίρτης ἐκυρίευσε[1268]).
γ. Κικέρων ἐγεννήθη. Γνήϊος Πομπήϊος ἐγεννήθη[1269]).
δ. Οἱ ἀνθύπατοι Μάνλιος καὶ Καιπίων Κίμβροις διαπολεμοῦντες κακῶς ἀπαλλάττουσιν[1270]). ὁ ὕπατος Σκαῦρος ὑπὸ Κίμβρων ἡττηθείς, καὶ τὴν δύναμιν ἀπολωλεκώς, τοῖς πολεμίοις ὑποχείριος ἐγένετο[1271]).

ΟΛ. ΡΞΘ. Νικόδημος Λακεδαιμόνιος στάδιον[1272]).
α.
β.
γ. Γάϊος Μάριος Τεύτονας καὶ Ἄμβρωνας ἐπιφανεστάτῃ μάχῃ ἐν τῇ Μασσαλιώτιδι χώρᾳ κατεπολέμησε[1273]).
δ. Κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ ὕπατος Ἀκουΐλλιος τὸν τῶν δραπετῶν στρατηγὸν Ἀθη-

---

a. Chr. 112. Ol. $\frac{\text{CLXVI, 4.}}{\text{CLXVII, 1.}}$] *adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.* Cf. Flor. III, 4.

1265) *Ἀρχὴ τοῦ Ῥωμαίων πρὸς Ἰογόρθαν*] Exarsit bellum illud, quod Romani contra Iugurtham Numidarum regem gesserunt, Coss. P. Scipione Nasica, L. Calpurnio Bestia: quorum hic paratis commeatibus acriter Numidam aggressus est. Auctores Livius Epit. LXIV., Eutropius IV, 26, Sallustius Iug. 28, Florus III, 1, Orosius V, 15. Cf. Obsequens cap. 99.: *P. Scipione, L. Calpurnio Coss. — Iugurthinum bellum exortum.*

1266) *Πάλιν οἱ Τεύτονες*] Livius Epit. LXV.: *M. Iunius Silanus Cos.* [a. U. c. 645. a. Chr. 109. Ol. CLXVII, $\frac{3}{4}$.] *adversus Cimbros infeliciter pugnavit.* Vid. Flor. III, 3. coll. Ascon. Ped. in Cic. Corn. II. p. 80 Or.

1267) *Νικόμαχος Φιλαδελφεὺς*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l.

1268) *Μάριος τὸν Ἰογόρθαν*] C. Marius Cos., collega L. Cassii Longini a. U. c. 647. a. Chr. 107. Ol. CLXVIII, $\frac{1}{2}$. postquam Iugurtham, Bocchi Maurorum regis copiis adiutum, fudit fugavitque, victor Cirtam, Numidarum caput [Strab. XVII, 527, 28], pervenit, teste Sallustio Iug. cp. 102. Cf. Flor. III, 1, Liv. Epit. LXVI, Oros. V, 15.

1269) *Κικέρων ἐγεννήθη. Γν. Πομπήϊος*] Gellius NN. AA. XV, 28: *Q. Caepione et Q. Serrano, quibus* [a. U. c. 648. a. Chr. 106. Olymp. CLXVIII, $\frac{2}{3}$.] *consulibus ante diem tertium Nonas Ianuarias* [proinde Olymp. CLXVIII, 2.] *M. Cicero natus est.* Cicero ad Att. VII, 5: *III. Nonas natali meo.* Cf. Epist. ad Att. XIII, 42. Plutarchus Cic. cap. 2.: *ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων Καλανδῶν.* Errat igitur anni metachronismo Eusebius Hieronymi ad Olymp. CLXVIII, 3.: *Cicero Arpini nascitur, matre Helvia, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere.* — Pompeius natus est iisdem, quibus Cicero, coss. [vid. Vell. II. 53], sed pridie Kalend. Octobres: Plin. N. H. XXXVII, 2. Proinde Ol. CLXVIII, 3., cui ipsi anno Hieronymus natales eius ascripsit: *Cn. Pompeius Magnus oritur.*

1270) *Οἱ ἀνθύπατοι Μάνλιος καὶ Καιπίων*] Livius Epit. LXVII.: *Ab iisdem hostibus (Cimbris) Cn. Manlius Consul* [a. U. c. 649. a. Chr. 105. Ol. CLXVIII, $\frac{3}{4}$.] *et Q. Servilius Caepio Proconsul victi proelio castrisque binis exuti sunt.* Cf. Flor. III, 3, Eutrop. V, 1, Oros. V, 16, Sallust. Iug. capp. 113. 114. Oppressus autem est Caepionis exercitus a Cimbris prid. Non. Octobr., teste Plut. Lucull. cp. 27. extr. Proinde Olymp. CLXVIII, 4. Caeterum Scaliger supra non satis accurate *ἀνθύπατοι* scripsit: fuit enim Caepio solus proconsul, Manlius autem Consul. Rursus Eutropius V, 1. et Velleius II, 12 peccant, Caepionem consulem victum perhibentes. Nec satis accurate Tacitus Germ. 37. Caepionem ante Manlium superatum affert.

1271) *ὁ ὕπατος Σκαῦρος ὑπὸ Κίμβρων*] Livius Epit. LXVII.: *Marcus Aurelius Scaurus, legatus Consulis (Cn. Manlii), a Cimbris fuso exercitu captus est.* Cf. Velleius II, 12, 2 et Oros. V, 16. Fuit M. Scaurus illo tempore non consul, sed legatus Consulis.

1272) *Νικόμηδος*] Testis est Africanus apud Euseb. l. l.

1273) *Γάϊος Μάριος Τεύτονας*] Livius Epit. LXVIII.: *Caius Marius Consul* [IV. a. U. c. 652. a. Chr. 102. Ol. CLXIX, $\frac{2}{3}$.] *summa vi oppugnata a Teutonis et Ambronibus castra defendit. Duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eos hostes delevit, in quibus caesa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta.* Vid. Vellei. II, 12, Flor. III, 3, Oros. V, 16, Eutrop. V, 1, Plut. Mar. cap. 15. 22.

νίωνα καθελών, πέρας τῷ δουλικῷ πολέμῳ ἐπέθηκε[1274]). *Πάλιν Τευτόνων καὶ Κίμβρων μυριάδας Μάριος λαμπροτάτῃ παρατάξει νικήσας διέφθειρε*[1275]).

ΟΛ. ΡΟ. Σιμμίας Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος στάδιον[1276]).

p. 335 b. *α. Ἐν τῇ Ῥώμῃ στάσις ὑπὸ δημάρχου Σατορνίνου ἐκινήθη*[1277]). *Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας ἐγεννήθη*[1278]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΟΑ. Παρμενίσκος Κερκυραῖος στάδιον[1279]).

α.

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΡΟΒ. Εὔδαμος Κῷος στάδιον. Πρωτοφάνης Μάγνης πάλην καὶ παγκράτιον, τέταρτος ἀφ' Ἡρακλέους[1280]).

α.

β. Πόλεμος Ῥωμαίοις πρὸς Ἰταλιώτας καὶ ἀστυγείτονας συνέστη ὁ καλούμενος συμμαχικός[1281]).

1274) *Κατὰ τὴν Σικελίαν*] Diodorus Excerptt. Phot. lib. XXXVI. p. 536 Wess.: *Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διελθόντος ὕπατος ἐν Ῥώμῃ Γάϊος Μάριος ᾑρέθη τὸ πέμπτον καὶ Γάϊος Ἀκύλλιος* [a. U. c. 653. a. Chr. 101. Ol. CLXIX, $\frac{3}{4}$.], *ὧν ὁ Ἀκύλλιος στρατηγὸς κατὰ τῶν ἀποστατῶν σταλεὶς διὰ τῆς ἰδίας ἀνδρείας ἐπιφανεῖ μάχῃ τοὺς ἀποστάτας ἐνίκησε. καὶ πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα τῶν ἀποστατῶν, Ἀθηνίωνα, συμβαλὼν ἡρωϊκὸν ἀγῶνα συνεστήσατο. καὶ τοῦτον μὲν ἀνεῖλεν, αὐτὸς δ' εἰς τὴν κεφαλὴν τρωθεὶς ἐθεραπεύθη.* Cf. Flor. III, 19, 9. Quod autem M. Aquillius Cos. susceperat bellum, id anno insequenti composuit proconsul. *M. Aquillius*, inquit Livius Epit. LXIX., *proconsul in Sicilia bellum servile excitatum confecit.*

1275) *Πάλιν Τευτόνων καὶ Κίμβρων*] Livius Epit. LXVIII.: *Marius absens quintum Consul* [a. U. c. 653. a. Chr. 101. Ol. CLXIX, $\frac{3}{4}$.] *creatus est. Triumphum oblatum, donec et Cimbros vinceret, distulit. Cimbri, repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsederat, et ad flumen Athesim* [Sic etiam Flor. III, 3. Plutarchus autem vit. Mar. cp. 23. Atisionem appellat] *castellum editum insederat, reliqueratque, quum, virtute sua expliciti, fugientem proconsulem exercitumque consecuti in Italiam traiecissent, iunctis eiusdem Catuli et C. Marii exercitibus, proelio victi sunt ab eis: in quo caesa traduntur hostium centum quadraginta millia, capta sexaginta.* Cf. Vell. II, 12 et Oros. V, 16. Pugna accidit III. Kal. Sextil.: Plut. Mar. cap. 26. Proinde Olymp. CLXIX, 4.

1276) *Σιμμίας Σελευκεὺς*] Testatur Africanus apud Eus. l. l. Sed *Simmeus* codex Armen. ap. Auch. P. I. p. 330.

1277) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ στάσις*] Livius Epit. LXIX.: *L. Appuleius Saturninus, adiuvante C. Mario, et per milites occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit; et, quum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, eo, quod in eam non iuraverat, diem dixit.* Incidit autem seditiosus Apuleii Saturnini tribunatus in C. Marii VI., L. Valerii consulatum i. e. a. U. c. 654. a. Chr. 100. Ol. $\frac{\text{CLXIX, 4.}}{\text{CLXX, 1.}}$ Cf. App. Bell. Civil. I, 29 sqq., Cic. Brut. cap. 62. pro Rabir. cap. 7., Vell. II, 12, Valer. Max. III, 2, 18, VIII, 1, 2. 3. 6, 2, Oros. V, 17.

1278) *Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ*] Mortuus est Caesar a. U. c. 710. a. Chr. 44. Idibus Martiis, Olymp. CLXXXIII, 4. [Cf. not. 1375.] vitae anno sexto et quinquagesimo prope expleto [v. Suet. Caes. cap. 88. coll. Plut. Caes. cap. 69. et App. Bell. Civ. II, 149]. Proinde vitam aspexit a. U. c. 654. a. Chr. 100. Olymp. $\frac{\text{CLXIX, 4.}}{\text{CLXX, 1.}}$ Et quidem d. XII. m. Quintilis. Vid. Macrobius Sat. I, 12: *Hoc mense a. d. quartum Idus Quintiles Iulius procreatus est.* Lydus de Mensibus pag. 110 [p. 256. ed. Roether.]: *κατὰ τὴν πρὸ τεσσάρων Εἰδῶν τοῦ μηνὸς τούτου τεχθῆναι.* Porphyr. tamen ad Horat. Ep. I, 5, 9. d. XV. m. Quintilis nominat. Cf. App. Bell. Civ. II, 106. Proinde natalis eius annus est Olymp. CLXX, 1.

1279) *Παρμενίσκος Κερκυραῖος*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1280) *Εὔδαμος Κῷος στάδιον. Πρωτοφάνης Μάγνης*] Haec quoque totidem verbis tradit Africanus apud Euseb. Scal. l. l. Post *Μάγνης* autem verba *ἀπὸ Μαιάνδρου* inserenda esse nunc evincit Interpr. Armen. ap. Mai. p. 150. Idem *Πιστοφάνης* praebet pro *Πρωτοφάνης*. Sed *Πρωτοφάνης*, uti etiam apud Aucherum I. p. 303 legere est, confirmatur a Pausania V, 21, 5. Caeterum de v. *τέταρτον* cf. quae disputavimus ad Ol. CXLII.

1281) *Πόλεμος Ῥωμαίοις πρὸς Ἰταλιώτας*] Eutropius V, 3: *Sexto Iulio Caesare, et M. Marcio Philippo Coss. sexcentesimo quinquagesimo nono anno ab Urbe condita* [sec. Varr. a. U. c. 663. a. Chr. 91.

γ. *Πόλεμος Ῥωμαίων πρὸς Μαρσούς*[1282]). *Ῥουτίλιος ὁ ὕπατος πρὸς Μαρσοὺς πολεμῶν ἀνηρέθη*[1282]).

δ. *Πόρκιος Κάτων Πελίγνους καὶ Οὐεστίνους παρεστήσατο, καὶ κατὰ Ἀσκλαίων ἐθριάμβευσε*[1283]).

ΟΛ. ΡΟΓ. Παρμενίσκος Κερκυραῖος στάδιον τὸ δεύτερον[1284]).

α. *Ὁ ἐμφύλιος πόλεμος Σύλλου πρὸς Μάριον*[1285]). *Ὁ βασιλεὺς Μιθριδάτης πάντας τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαίους ἀφ' ἑνὸς συνθήματος ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀναιρεῖσθαι προσέταξε*[1286]). *Σύλλας εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ δυνάμεως παραγίνεται*[1287]).

β. *Προγραφὴ καὶ φόνος τῶν πολιτῶν ἐν Ῥώμῃ*[1288]). *Ὀκτάουιος ὁ ὕπατος τὸν συνύπατον Κίνναν ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε*[1288]). *Κίννας ὁ ὕπατος τὴν πατρίδα πολεμεῖ*[1288]).

Ol. CLXXII, ½.] *cum prope alia omnia bella cessarent, in Italia gravissimum bellum* **Picentes, Marsi,** *Pelignique moverunt: qui, cum annis numerosis iam populo* **Romano** *obedirent, tum libertatem sibi aequam asserere coeperunt.* Diodorus Excerptt. Phot. lib. XXXVII. p. 538: *Ὁ ἐξ αὐτῶν* [*τῶν Ἰταλιωτῶν*] *πόλεμος πρὸς Ῥωμαίους ἐξεκαύθη, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου* [leg. *Μαρκίου*] *Φιλίππου καὶ Σέξτου Ἰουλίου· Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη* [*δευτέρα* inserit cum Rhodomanno, Scaligero, Wesselingio Dindorfius] *πρὸς ταῖς ἑκατὸν ἑβδομήκοντα.* Appianus Bell. Civil. I, 39: *Ἐκραγείσης δὲ τῆς ἀποστάσεως, ἅπαντα ὅσα τοῖς Ἀσκλαίοις ἔθνη γείτονα ἦν, συνεξέφανε τὴν παρασκευήν, Μαρσοί τε καὶ Πελιγνοὶ καὶ Οὐηστῖνοι καὶ Μαρρουκῖνοι καὶ — Φερενταvοὶ καὶ Ἱρπῖνοι κ. τ. λ.* Cf. Liv. Epit. LXXI. seq., Flor. III, 18, Vellei. II, 15, Oros. V, 18, Diod. Excerpt. Vatic. 112. 114. Mai. p. 124 seqq. Dind., Obsequens cap. 114.

1282) *Πόλεμος Ῥωμαίων πρὸς Μαρσοὺς*] P. Rutilius Lupus, collega L. Iulii Caesaris, adversus Marsos bellum gerens, in proelio cecidit a. U. c. 664. a. Chr. 90. Ol. CLXXII, ². Testes Liv. Epit. LXXIII, Eutrop. V, 3, Oros. V, 18, Vell. II, 16, App. Bell. Civil. I, 43.

1283) *Πόρκιος Κάτων Πελιγνοὺς*] Errat Scaliger in Catone. Neque enim M. Porcius Cato Pelignos et Vestinos in deditionem accepit, aut triumphum de Asculanis egit, sed eius collega Cn. Pompeius. Hic enim a. U. c. 665. a. Chr. 89. Olymp. CLXXII, ¾., paucis prius diebus antequam consulatu sese abdicaret a. d. VI. Kalend. Ian. [proinde Olymp. CLXXII, 4.], de Asculanis triumphavit [vid. Fast. Capitol. coll. Valer. Max. VI, 9, 9, Plin. N. H. VII, 44, Vell. II, 65, Gell. XV, 4, Dio. 43, 51], idemque Vestinos et Pelignos in fidem accepit proconsul [vid. Liv. Epit. LXXVI. coll. Vell. II, 21 et App. Bell. Civ. I, 52]. At alter consul licet Etruscos discusserit et vicerit, in ipso tamen cursu prosperitatis, dum ad Fucinum lacum castra Marsorum oppugnat, et propemodum exploratam in manibus victoriam habet, accepto vulnere mortuus prosternitur hieme anni a. Chr. 89. Olymp. CLXXII, 4. Testes Flor. III, 18, Orosius V, 18, Liv. Epit. lib. LXXV., Appian. Bell. Civil. I, 50, Vellei. II, 16. Caeterum supra in textu pro *Αἰσκλάνων* ex App. Bell. Civ. I, 39 dedimus *Ἀσκλαίων*.

1284) *Παρμενίσκος Κερκυραῖος*] Testis Africanus apud Euseb. l. l.

1285) *Ὁ ἐμφύλιος πόλεμος Σύλλου*] Conf. de hoc L. Cornelii Sullae consulis contra Marium bello, quo primum [a. U. c. 666. a. Chr. 88. Ol. $\frac{\text{CLXXII, 4.}}{\text{CLXXIII, 1.}}$] post Romam conditam in ipsa urbe inter cives pugnatum est, deque eius origine et caussis Liv. Epit. LXXVII, Appian. Bell. Civil. I. cp. 55. sqq., Diod. Excerptt. Phot. p. 541 Wessel., Eutrop. V, 4, Valer. Max. VIII, 6, 2, Oros. V, 19, Vell. II, 19, 20, Flor. III, 21, Plut. Sull. cap. 9. Mar. capp. 14 — 40.

1286) *Ὁ βασιλεὺς Μιθριδάτης*] Auctores sunt de crudelissimo isto Mithridatis edicto, quod L. Cornelio Sulla, Q. Pompeio Rufo Coss. a. U. c. 666. a. Chr. 88. Ol. $\frac{\text{CLXXII, 4.}}{\text{CLXXIII, 1.}}$ publicatum perfectumque est, Appian. Bell. Mithr. cp. 22, Flor. III, 5, Valer. Max. IX, 2, 3, Oros. VI, 2, Vellei. II, 18, 2, Eutrop. V, 5, Cic. pro Lege Manil. III, 7, V, 11, Liv. Epit. LXXVII, Plut. Sull. cp. 24.

1287) *Σύλλας εἰς τὴν Ῥώμην*] L. Cornelius Sulla Cos. quum, priusquam in Asiam abiret, socialis belli relliquias tollendi gratia in Campania paullisper moraretur, de Marii septimum consulatum bellique Mithridatici provinciam affectantis consilio certior factus, cum quattuor legionibus accurrit Romam primusque ingreditur armatus. Fugato deinde Mario, atque designatis in futurum annum Cn. Octavio et L. Cornelio Cinna Coss. contra Mithridatem proficiscitur. Auctores Liv. Epit. LXXVII, Eutrop. V, 4, Oros. V, 19, Appian. Bell. Civ. I, 57 sqq., Valer. Max. VIII, 6, 2, Plut. Sull. cp. 9.

1288) *Προγραφὴ καὶ φόνος*] L. Cornelius Cinna Cos. a. U. c. 667. a. Chr. 87. Ol. CLXXIII, ½. quum novis rebus studeret, et per vim seditiosas leges ferret, orto tumultu a collega Cn. Octavio victus cum suis fugit in Campaniam: ubi quum praeter Claudii exercitum etiam Latinos aliosque populos in potestatem redegisset, Urbem oppugnare conatur. Eam postquam cum parte exercitus ingressus est, primo repellitur, deinde sub ipsis moenibus castris positis in Urbem ut veniret rogatus, multos insignes viros occidi iubet. Testes Liv. Epit. LXXIX., Vell. II, 90, App. Bell. Civil. I, 65 sqq., Plut. Mar. cap. 41. Sull. cap. 10., Diod. Excerptt. de Virt. et Vit. p. 614 Wess. Excerptt. Vatic. p. 124. Mai. p. 135 seq. Dind., Cic. Cat. III, 10, Oros. V, 19, Auct. de Virr. Illustr. cap. 69, Flor. III, 21, 9 — 17, Eutrop. V, 7.

γ. *Σύλλας τὰς Ἀθήνας ἐξεπολιόρκησε μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος*[1289]). *Κρίσπος Σαλούστιος ἱστοριογράφος ἐγεννήθη*[1290]).
δ. *Ἴλιον ὑπὸ Σύλλου ἑάλω ἔτεσι ͵αρʹ ὕστερον τῆς ὑπὸ Ἑλλήνων ἁλώσεως*[1291]).

ΟΛ. ΡΟΔ. . . . .[1292]).
α. *Ἐν Ῥώμῃ τὸ Καπετώλιον ἐνεπρήσθη*[1293]).
β.
γ. *Σύλλας Δικτάτωρ ἀναγορευθεὶς τῇ ἐξουσίᾳ τυραννικῶς κατὰ τῶν πολιτῶν κατεχρήσατο*[1294]).
δ. *Πομπήϊος κατὰ τοῦ Ἰάρβα τοῦ Νομάδων βασιλέως ἐθριάμβευσε, καὶ Μέγας ὑπὸ Σύλλα προσηγορεύθη*[1295]).

1289) *Σύλλας τὰς Ἀθήνας*] Athenas C. Mario VII. L. Cornelio Cinna II. Coss. a. U. c. 668. a. Chr. 86. Ol. CLXXIII, $\frac{2}{3}$. Calendis Martiis [proinde anno potius 2. Olymp. CLXXIII.] a Sulla captas esse, auctor est Livius Epit. LXXXI. Audi Plutarchum, qui Sull. cp. 14. de eadem re disserens *ἑλεῖν δὲ*, inquit, *τὰς Ἀθήνας αὐτός* [ὁ Σύλλας] *φησιν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, Μαρτίαις Καλάνδαις, ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός.* Hieronymus, qui Ol. CLXXIII, 4. Athenas a Sulla vastatas testatur, quid sibi velit non intelligitur, quandoquidem exoratum eum Urbi pepercisse e Plutarchi l. l. constat. Vid. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 150 b. coll. Eutrop. V, 6, Oros. VI, 2, Vell. II, 23, Appian. Bell. Mithr. cp. 30. sq.

1290) *Κρίσπος Σαλλούστιος*] Eusebius Hieronymi ad Olymp. CLXXIII, 3.: *Sallustius Crispus scriptor historicus in Sabinis Amiterni nascitur.* Calendis Octobribus. *Auctor Chron. Pasch.* p. 183 B: *ὑπ. Μαρίου τὸ ζʹ καὶ Κίννα τὸ βʹ* [a. U. c. 668. a. Chr. 86.] *Σαλούστιος ἐγεννήθη Καλάνδαις Ὀκτωβρίαις.*

1291) *Ἴλιον ὑπὸ Σύλλου*] Ilium a C. Flavio Fimbria, qui L. Valerio Flacco, Asiae proconsule, interfecto imperium copiarum nactus erat, Coss. L. Cornelio Cinna III., Cn. Papirio Carbone a. U. c. 669. a. Chr. 85. Ol. CLXXIII, 4. exeunte [*ληγούσης ἄρτι τῆς ρογʹ Ὀλ.*· Appian. Mithrid. 53. extr.] captum et vastatum est. Testes sunt Liv. Epit. LXXXIII, Strab. XIII. p. 408 sq., Appian. l. l. Tangit rem etiam Dio Cass. Excerptt. Peiresc. 131. Add. August. de Civ. Dei III, 7 et Auct. de Virr. Illustr. 70. Iam vero Ol. CLXXIII, 4. annus est Coroebi DCXCII., cui si annos CCCCVIII., quos inter captum a Graecis Ilium et primam Olympiadem intercessisse Eratosthenes ap. Clem. Alex. Strom. I. p. 336 B. auctor est, addideris, MC. annis post primum excidium iterum destructam esse Troiam intelligitur. Appianus l. l.: *καί τινες ἡγοῦνται, τὸ πάθος αὐτῇ τόδε μετὰ Ἀγαμέμνονα χιλίοις καὶ πεντήκοντα ἔτεσι γενέσθαι μάλιστα*· quem numerum uti rotundum esse apparet, ita ex eo ortum arbitramur, quod Appianus inter Iphiti et Coroebi Olympiadem non XXVII, sed XIII. Olympiades intercessisse statuens [cf. not. 1.], inde a Troia capta ad Olympiadum initium annos CCCLIII. praeterlapsos posuit. Nam 692 + 352 = 1044. Caeterum Scaliger licet accuratius *Φιμβρίου* exhibuisset, tamen *ὑπὸ Σύλλου* forsitan ideo scripsit, quod ei res Sullae, qui illo tempore cum Thracibus bellum gessit, si non voluntate, at summis auspiciis gesta visa est.

1292) . . . . . .] Nomen huius stadionicae in Graeco Eusebii textu haustum lacuna est, quam ex codice Armen. P. I. p. 303, probante Niebuhrio p. 214, sic explet Aucherus: *Δημόστρατος Λαρισσαῖος στάδιον.* Eundem interpres Mediolanensis p. 157. Lariensem appellat.

1293) *Ἐν Ῥώμῃ Καπετώλιον*] Capitolium Romae Coss. L. Cornelio Scipione, C. Iunio Norbano [App. Bell. Civ. I, 86, Tacit. Hist. III, 72, Cassiodor., Obseq. c. 118.], a. U. c. 671. a. Chr. 83. Ol. CLXXIV, $\frac{1}{2}$. ante diem pridie Non. Quinct. [Plut. vit. Sull. cap. 27.: proinde inter Olymp. CLXXIV. anni 1. et. 2. confinia] una cum libris Sibyllinis [Dionys. AA. RR. IV. p. 260, 17] exustum est. Conf. Eusebius Hieronymi ad Olymp. CLXXIV, 1.: *Templum tertio apud Delphos incensum, et Romae Capitolium.* Add. Appianus, qui l. l. de caussa incensi Capitolii disserens, *καὶ*, inquit, *τὸ ἔργον τινὲς ἐλογοποίουν Κάρβωνος, ἢ τῶν ὑπάτων, ἢ Σύλλα πέμψαντος, εἶναι· τὸ δ' ἀκριβὲς ἄδηλον ἦν, καὶ οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν ἐγὼ συμβαλεῖν, δι' ἣν ἂν οὕτως ἐγένετο.*

1294) *Σύλλας Δικτάτωρ ἀναγορευθεὶς*] Testis est Livius Epit. LXXXIX., L. Cornelium Sullam C. Mario, Cn. Papirio Carbone III. coss. a. U. c. 672. a. Chr. 82. exeunt. Olymp. CLXXIV, 3. med. [vid. Clint. FF. HH. III. p. 154] dictatorem factum, cum fascibus XXIV, novo prorsus atque insolito more, in publicum processisse, tribunorum plebis potestatem minuisse, iisque ius omne legum ferendarum ademisse. Idem fere etiam enarrat Plutarchus vit. Sull. cp. 33. Appianus vero Bell. Civil. I. cp. 99. Sullam non satis accurate Ol. CLXXV. dictaturam auspicatum esse tradit.

1295) *Πομπήϊος κατὰ τοῦ Ἰάρβα*] Auctore Liv. Epit. LXXXIX., Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium Ahenobarbum, proscriptum Cinnae generum, et Hiarbam regem Numidiae, bellum molientes, victos cecidit, ac quattuor et viginti annos natus [*quartum et vicesimum annum agens*: Eutrop. V, 9. *ἔτος ἄγων ἐκεῖνο τέταρτον καὶ εἰκοστόν.* Plut. Pomp. cap. 12. Neuter accurate satis.] adeo eques Romanus, quod nulli obtigerat, ex Africa triumphavit. Atqui natus est Pompeius, uti supra vidimus, a. U. c. 648. a. Chr. 106. prid. Kal. Octobr. Olymp. CLXVIII, 3. Itaque annum XXIV. expletum habuit eodem die anni U. c. 672. a. Chr. 82. Olymp. CLXXIV, 3., paullo antequam Sulla dictator factus. Vid. not. 1294. Pompeii igi-

ΟΛ. ΡΟΕ. *Ἐπαίνετος Ἀργεῖος παίδων στάδιον. ἄνδρες γὰρ οὐκ ἠγωνίσαντο, Σύλλα πάντας εἰς Ῥώμην μεταπεμψαμένου*[1296]).

α. Τὴν Μιτυληναίων πόλιν Ῥωμαῖοι ἐξεπολιόρκησαν[1297]). *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Σερτώριος τοῖς Ῥωμαίοις ἐπανίσταται*[1298]). *Σύλλας τὴν αὐτοκράτορα ἐξουσίαν δημοσίᾳ ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ἀπείπατο*[1299]).

β. Σύλλας ἐν Κύμῃ τῆς Καμπανίας ἐτελεύτησε[1300]).

γ. Ἀπολλώνιος Μόλων ὁ Ῥόδιος σοφιστὴς ἐγνωρίζετο[1301]). p. 336 a.

---

tur in Africam expeditio inciderit in prius semestre anni insequentis, triumphus autem fere in Septemb. eiusd. anni, proinde in a. U. c. 673. a. Chr. 81. Olymp. CLXXIV, 4. Ergo Hieronymus ad Olymp. CLXXV, 1. annotans: ***Pompeius gloriosissime triumphat***, anni metachronismum commisit, quem iam castigavit Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 150 a. b. Cf. de triumpho praeter l. l. Fast. Capit. et Plut. Pomp. capp. 13—14. Caeterum rex ille Mauritaniae Hiarbas audit Livio, Eutropio, Fast. Capit., *Ἰάρβας* autem Plutarcho et Auct. de Virr. Illustr. 77. Pompeium autem, cum ex Africa Romam reverteretur, Magnum a Sulla nominatum esse, testis est Plut. Sull. cp. 33.

1296) *Ἐπαίνετος Ἀργεῖος — μεταπεμψαμένου*] Haec totidem verbis testatur Africanus ap. Euseb. l. l. ad Ol. CLXXV. Pro *Ἐπαίνετος* minus recte *Ἐπαινετὸς* praebent Crameri Anecdott. II. p. 150. In verborum ordine nonnihil variat codex Arm. ap. Auch. P. I. p. 303, e cuius vestigiis Africani locum sic transposueris: *ἑκατοστὴ ἑβδομηκοστὴ πέμπτη· στάδιον παίδων καὶ ἐνίκα Ἐπαίνετος κτλ.* Paullo aliter rem exponit Appianus, qui Bell. Civil. I. cap. 99.: *Ὀλυμπιάδων οὐσῶν ἐν Ἕλλησιν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε καὶ οὐδένος ἐν Ὀλυμπίᾳ τότε ἀγωνίσματος πλὴν σταδίου δρόμου γινομένου· τοὺς γὰρ ἀθλητὰς καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκέκλητο ἐπὶ δόξῃ τῶν Μιθριδατείων ἔργων ἢ τῶν Ἰταλικῶν.* Atque hunc locum respiciens Cors. F. A. T. IV. p. 119: ***Itaque***, inquit, ***licet Africanus Epaeneto stadii inter pueros victoriam adscripserit, facile tamen hic illam inter viros obtinuit, cum Appiano teste Sulla solum consuetumque stadii cursum in Graecia reliquerit.***

1297) *Τὴν Μιτυληναίων πόλιν*] Mytilenas in Asia, quae sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, M. Thermus praetor expugnavit diruitque. Fecit eo tempore sub Thermo prima in Asia stipendia C. Iulius Caesar, qui in illius urbis expugnatione coronam civicam ab imperatore accepit. Testes sunt Livius Epit. LXXXIX. et Suetonius Caes. cp. 2. Gesta res videtur anno antequam Sulla mortem obiret et P. Servilius Isauricus Ol. CLXXV, 1. a. U. c. 675. a. Chr. 79. cum Appio Claudio consul fieret.

1298) *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Σερτώριος*] Teste Livio Epit. XC. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit, quam Sullanae proscriptionis haereditatem appellat Florus III, 22. Ad hoc bellum compescendum missi sunt a Sulla duo duces Q. Caecilius Metellus et L. Domitius praetor M. Aemilio Lepido, Q. Catulo Coss. a. U. c. 676. a. Chr. 78. Olymp. CLXXV, ⅔. Vid. Eutropius VI, 1 coll. Oros. V, 23, Appian. Bell. Civ. I, 97. Iber. cap. 101. Plut. Sertor. cap. 12. Itaque ipsa tumultus Sertoriani initia anno qui antecessit assignare licuit.

1299) *Σύλλας τὴν αὐτοκράτορα ἐξουσίαν*] Abdicavit se Sulla dictatura Coss. P. Servilio Isaurico, App. Claudio Coss. a. U. c. 675. a. Chr. 79. Ol. CLXXV, ½. Orosius lib. V, 22: *Creatis P. Servilio et Ap. Claudio Consulibus visus est tandem Sulla privatus.* Appianus Bell. Civ. I, 103: *τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ὁ μὲν δῆμος καὶ τότε τὸν Σύλλαν θεραπεύων ᾑρεῖτο ὑπατεύειν· ὁ δὲ οὐκ ἀνασχόμενος, ὑπάτους μὲν αὐτοῖς ἀπέφηνε Σερουΐλιον Ἰσαυρικὸν καὶ Κλαύδιον Πούλχρον· αὐτὸς δὲ τὴν μεγάλην ἀρχήν, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, ἑκὼν ἀπέθετο.* Cf. Plut. vit. Sull. cp. 34.: *οὕτω δὲ ἄρα οὐ ταῖς πράξεσιν, ὡς τοῖς εὐτυχήμασιν, ἐπίστευεν ὁ Σύλλας, ὥστε .... ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, καὶ τὸν δῆμον ἀρχαιρεσιῶν ὑπατικῶν ποιῆσαι κύριον· αὐτὸς δὲ μὴ προσελθεῖν, ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα παρέχων τοῖς βουλομένοις ὑπεύθυνον ὥσπερ ἰδιώτης ἀναστρέφεσθαι.* Vid. eiusdem Comp. Lys. et Sull. cap. 1.

1300) *Σύλλας ἐν Κύμῃ*] Sulla Cumae in Campania, quo se privatus contulerat, mortem obiit, exuberantium pediculorum exercitu direptus, postquam annos LX. vixit, cuius funus pompa plane regia per Italiae urbes Romam deductum, corpusque rogo impositum in campo Martio crematum est, Coss. Q. Lutatio Catulo, M. Aemilio Lepido a. U. c. 676. a. Chr. 78. Ol. CLXXV, ⅔. Testes Livius Epit. XC, Plutarchus Sull. cap. 36. seq., Appianus Bell. Civil. I. cp. 105. seq. coll. Plin. N. H. XXV, 86, VII, 44, Auct. de Virr. Illustr. cap. 75, Valer. Max. IX, 3, 8, Q. Seren. cap. 6., Paus. I, 20 extr. Eusebius Hieronymi Sullam biennio post Olymp. CLXXV, 1. mortuum refert.

1301) *Ἀπολλώνιος Μόλων*] Tradit Plutarchus vit. Cic. cp. 3. seq., Ciceronem praetexta quidem corporis confirmandi cura, at, si verum spectares, Sullae, cuius odium Sexti Roscii Amerini defensione contraxisset, metu in Graeciam profectum eam vitae rationem inisse, ut si nullus ipsi in republica capessenda locus esset, totum se philosophiae studio traderet. Deinde vero, nuncio de Sulla mortuo accepto, amicis quotidie ex Roma sollicitantibus, facultatem dicendi de integro tanquam potentiae civilis comparandae adiumentum instruxisse, Asiaque et Rhodo petita, illic quidem Xenoclem Adramyttenum, Dionysium Magnetem, Menippum Carem [Stratonicensem Cic. Brut. 91.], hic vero Apollonium Molonis filium oratorem et Posidonium philosophum audisse. Cf. Quint. XII, 6, 7. Hic Apollonius Molonis F. etiam simpliciter Apollonius Molo dicebatur. Cf. Suet. Caes. cap. 4. Qui mos Latinorum, addendi per nominativum paterni nomi-

δ. Πομπήϊος μετὰ δυνάμεως κατὰ Σερτωρίου ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀποστέλλεται[1302]).
ΟΛ. ΡΟϚ. Δίων Κυπαρισσεὺς στάδιον[1303]).
α. Ἡ περὶ Σούκρωνα Ῥωμαίων πρὸς Σερτώριον μάχη[1304]).
β.
γ. Λεύκιος Λούκουλλος ὕπατος κατὰ τοῦ βασιλέως Μιθριδάτου πολεμεῖ[1305]).
δ. Πόλεμος Σπαρτάκου τοῦ μονομάχων στρατηγοῦ[1306]). *Λεύκιος Λούκουλλος περὶ Κύζικον τὸ Μιθριδάτου στρατόπεδον λιμῷ καὶ φόνῳ ἠφάνισε*[1307]).
ΟΛ. ΡΟΖ. Ἑκατόμνος Μιλήσιος στάδιον καὶ δίαυλον καὶ ὁπλίτην τρίς, Ὑψικλῆς Σι-

---

nis, praevaluit in iis Graecis, quibus frequentior cum Romanis consuetudo intercesserat, uti observavit K. Lehrs. Quaestt. Epic. p. 23 sq. not. Quid? quod Iosephus adversus Apion. non solum *Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων* [II, 14, 36], sed etiam *Μόλων* dicit [II, 2, 33, 41]. Prorsus eodem modo occurrit *Ἀπίων ὁ Πλειστονείκης* [cf. Gell. VI, 8, Clementis quae feruntur Recognitiones lib. X. p. 151 ed. Lamb. Gruter. Colon. a. 1570., Aristid. p. 253. 256, Plin. N. H. Praef. p. 12 Sill. et XXX, 2, 6]. Alia exempla vid. ap. Sturz. Op. p. 14. Hac igitur lege Scaliger quoque oratorem nostrum Apollonium Molonem simpliciter dixit, eumque eodem tempore inclaruisse vult, quo eius scholis interfuit Cicero. Cf. Cic. Brut. cap. 91. Errat autem Is. Casaubonus ad Suet. l. l., quod inter Apollonium Molonis, qui et *Μαλακὸς* dictus sit, et Molonem discernit, eosque a Quintiliano confusos arguit. Cf. Spalding. ad Quint. III. p. 430.

1302) *Πομπήϊος μετὰ δυνάμεως*] Testis est Appianus Bell. Civil. I. cp. 108.: *Σύλλα δ' ἀποθανόντος καὶ Λεπίδου μετὰ Σύλλαν, στρατὸν ἔχων ἄλλον Ἰταλῶν, ὅσον αὐτῷ Περπέννας ὁ τοῦ Λεπίδου στρατηγὸς ἤγαγεν, ἐπίδοξος ἦν στρατεύσειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν (ὁ Σερτώριος), εἰ μὴ δείσασα ἡ βουλὴ στρατόν τε ἄλλον καὶ στρατηγὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ προτέρῳ Πομπήϊον ἔπεμψεν ἐς Ἰβηρίαν, νέον μὲν ἔτι ὄντα, περιφανῆ δ' ἐξ ὧν ἐπὶ Σύλλα περί τε Λιβύην καὶ ἐν αὐτῇ Ἰταλίᾳ κατείργαστο.* Livius Epit. XCI.: *Cn. Pompeius, quum adhuc eques esset* [cf. Valer. Max. VIII, 15, 8], *cum imperio consulari adversus Sertorium missus est.* Coss. D. Iunio Bruto, M. Aemilio Lepido a. U. c. 677. a. Chr. 77. Olymp. CLXXV, $\frac{2}{4}$. Obsequens cap. 119.: ***M. Aemilio, D. Bruto Coss. Didius Laelius legatus Pompeii — in Hispania adversus*** *Sertorium inter pabulatores occisus.* Cf. Cic. pro Leg. Man. cap. 21., App. Iber. cap. 101., Dio XXXVI, 8, 10, Vell. II, 29, 30, Plin. N. H. VII, 27, Valer. Max. IX, 3, 7, Eutrop. VI, 1, Flor. III, 22, Oros. V, 23, Auct. de Virr. Illustr. cap. 77. — Drumannus tamen Hist. Rom. IV. p. 361 et Clintonus FF. HH. III. p. 158. Pompeium demum anno insequenti in Hispaniam missum esse ponunt. Quos refutat Fischerus Tabb. chronol. Rom. p. 196.

1303) *Δίων Κυπαρισσεὺς*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l. Eundem tamen *Δίκων* appellat Interpres Armeniacus ap. Mai. p. 157. Sed Aucherus I. p. 303 *Δίων* praebet et ipse.

1304) *Ἡ περὶ Σούκρωνα*] Appianus Bell. Civil. I. cp. 110. a Romanis contra Sertorium exeunte Olympiade CLXXV. veris tempore ad Sucronem amnem pugnatum esse vult. Conf. eiusd. lib. cap. 111. init. Consentit Livius Epit. XCI. XCII., qui proelium illud Marci Octavii, C. Scribonii Carionis consulatui a U. c. 678. a. Chr. 76. Ol. $\frac{\text{CLXXV, 4.}}{\text{CLXXVI,1.}}$ assignat idque dubii exitus fuisse affirmat. Idem tradit Plutarchus vit. Pomp. cp. 19., secundum quem utriusque aciei alterum cornu vicit, ita tamen ut inter duces laus penes Sertorium maior fuerit. Cf. Sall. Hist. III. in epist. Pomp. et Obseq. cap. 120. De Sucrone fluvio et oppido vid. Strab. lib. III. p. 109, 47.

1305) *Λεύκιος Λούκουλλος*] Coss. L. Licinio Lucullo, M. Aurelio Cotta a. U. c. 680. a. Chr. 74. Ol. CLXXVI, $\frac{2}{4}$. quum Nicomedes, rex Bithyniae, mortuus testamento populum Romanum haeredem nuncupasset, Mithridates pace rupta Bithyniam et Asiam rursus voluit invadere. Adversus eum uterque consul missus est: ita ut alter Mithridatem persequeretur, alteri classis daretur ad tuendam Bithyniam. Auctores Eutrop. VI, 6, Plut. Lucull. capp. 5—8., Appian. Mithrid. 71 seq., Liv. Epit. XCIII. seq., Cic. pro Muren. cap. 15. pro leg. Manilia cap. 2., Oros. VI, 2, Flor. III, 5. Caeterum *Λούκουλλον* appellant Auctor Chron. Pasch. p. 183 D. et Plutarchus vit. Lucull., sed *Λεύκολλον* scribit Phlegon apud Phot. cod. XCVII. Fluctuant inter utramque formam codices Appiani Mithr. cap. 72. Illyr. cap. 30.

1306) *Πόλεμος Σπαρτάκου τοῦ μονομάχων*] Orosius V, 24 init.: *Anno ab urbe condita DCLXXIX.* [i. e. sec. Varr. a. U. c. 681. a. Chr. 73. Olymp. CLXXVI, $\frac{4}{4}$.], *Lucullo et Cassio Consulibus, gladiatores septuaginta et quatuor* [consentiunt in numero Livius Epit. XC. et Eutropius VI, 7. Appianus tamen Bell. Civ. I, 116 *septuaginta*, Plutarchus vero Crass. cap. 8. *septuaginta octo* appellat.] *Capuae a ludo Cn. Lentuli diffugerunt, qui continuo, ducibus Crixo et Oenomao Gallis, et Spartaco Thrace, Vesuvium montem occupaverunt.* Cf. praeter locos laudatos Flor. III, 20. Appianus l. l. *Σπάρτακον στρατηγόν, Οἰνόμαον καὶ Κρίξον ὑποστρατήγους* appellat. Perperam igitur Eusebius Hieronymi *bellum gladiatorum in Campania* Olymp. CLXXVI, 1. assignat.

1307) *Λεύκιος Λούκουλλος*] Livius Epit. XCV.: *L. Lucullus proconsul* [i. e. a. U. c. 681. a. Chr. 73. Ol. CLXXVI. $\frac{4}{4}$.] *ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit.* Hieme: Sallustius ap. Plut. Lucull. cap. 33. Proinde potius Olymp. CLXXVI, 3. Cf. Appian. Mithrid. 76, Eutrop. VI, 6, Oros. VI, 2, Plut. l. l. cap. 9—11.

κυώνιος δολιχόν, Γάϊος Ῥωμαῖος δολιχόν, Ἀκριτωνυμίδας Κῷος πένταθλον, Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, Ἄπτωτος περίοδον, Ἀτυανᾶς Ἱπποκράτους Ἀτραμυτείου παῖς πύξ, Σφοδρίας Σικυώνιος παγκράτιον, Σωσιγένης Ἀσιανὸς παίδων στάδιον, Ἀπολλοφάνης Κυπαρισσεὺς παίδων πάλην, Σωτήριχος Ἠλεῖος παίδων πύξ, Κάλας Ἠλεῖος παίδων παγκράτιον, Ἑκατόμνος Μιλήσιος ὁπλίτην, Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος τέθριππον, Ἀγήμονος Ἠλείου κέλης, Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρίς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὴ συνωρίς, Κλειτία Ἠλείου πωλικὸς κέλης[1308]).

α. *Σπάρτακος τὸν ὕπατον Γέλλιον παρατάξει ἐνίκησε*[1309]). *Λεύκολλος Ἀμινσὸν ἐπολιόρκει, καὶ Μουρήναν ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν μετὰ δυοῖν ταγμάτων, αὐτὸς μετὰ τριῶν ἄλλων προῆγεν ἐπὶ Καβείρων, ὅπου διεχείμασε, καὶ Ἀδριανὸν ἐπέταξε πολεμῆσαι Μιθριδάτῃ· καὶ πολεμήσας ἐνίκησε*[1310]). *Σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου πολλὰ ταύτης συνέπεσε*[1311]).

1308) *Ἑκατόμνος Μιλήσιος στάδιον*] Egregium hoc Phlegontis testimonium est, a Photio cod. XCVII. p. 146. 147. Hoeschel. p. 83. 84. Bekker. servatum, de quo sic Meierus in Encyclopaed. Artt. et Scientiar. Hal. III, 3 p. 307: — *diese Stelle zeigt uns erstens, wenn meine Vermuthungen richtig sind, zwanzig Kämpfe, die nicht nach dem blossen Zufalle, sondern vermuthlich nach der Ordnung, in der sie damals in Olympia veranstaltet wurden, genannt sein mögen; auffallend ist zweitens, dass der Wettstreit der Herolde und der der Trompeter übergangen sind; endlich ist zu beachten, dass von den neunzehn Namen der Sieger acht Eleern angehören.* Iam videamus singula: *Ἑκατόμνος* lect. vulg. apud Phot., pro qua *Ἑκατόμνως* edidit Bekkerus. Sic etiam Africanus apud Euseb. Scal. *χρον. λογ.* pag. 43 ad Ol. CLXXVII. Praeterea Milesium appellat Phlegon, qui Eleus fuit ex Africano l. l. — Deinde duo *δολιχοῦ* victores afferuntur: *Ὑψικλῆς Μεσσήνιος* et *Γάϊος Ῥωμαῖος*. Quorum hunc inter pueros palmam meruisse statuit Corsinus Dissert. Agon. pag. 125. FF. AA. IV. pag. 120. Quem refutat Krausius Olymp. pag. 290. Meierus vero l. l. *ἵππιον* excidisse putat. Sed *δολιχὸν ἵππιον* nec Pausanias, nec Africanus unquam memorant. Krausius denique l. l. p. 290 seq. et Hypsiclem et Gaium hac Olympiade eodem temporis momento metam attigisse et utrumque simul *ἐπὶ τῷ δολιχῷ* coronatum esse suspicatur. Crederem: modo ullum ostendisset *διπλοῦ στεφανώματος* huiuscemodi exemplum. — *Ἀκριτωνυμίδας* Scaliger e corruptis codicibus scripsit: rectius scribitur *Ἀριστωνυμίδας*. — *Ἄπτωτος περίοδον* non est nomen victoris, uti non Scaligero tantum, sed etiam Corsino Dissert. Agon. p. 123 FF. AA. l. l. visum est, sed, Boeckhio docente, *ἀπτὼς* sive *ἄπτωτος περιόδῳ* epitheton est, honoris caussa agonistis inditum. Cf. Meier. l. l. et Kraus. p. 418 not. 7. Recte igitur locum nostrum sic emendare videtur Boeckhius: *Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, ἄπτωτος περιοδονίκης.* — Pro *Ἀτυανᾶς* dedit *Ἀτυάνας* Bekkerus. Memorat Atyanam hunc Adramyttenum pugilem Olympionicam etiam Cicero pro L. Flacco cp. 13. §. 31., cuius tamen codd. eum Atinem, aut Athenam aut Atynam corrupte appellant. *Ἀδραμυττείου* est lect. vulg., *Ἀδραμυτίου* dedit Bekk. Praeterea in verbis *Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυτίου παῖς πὺξ* Meierum mirum habet, quod alias in huiusmodi catalogis omitti solet, patris nomen, aut certe abundanter adiectum *παῖς* vocabulum. Itaque Atyanae patriam certaminisque, quo vicerit, indicium lacuna haustum fingens reliqua sic rescribit: *Ἱπποκράτης Ἀδραμυττηνὸς πύξ.* Sed Atyanam pugilatu vicisse constat e Ciceronis l. l. Praeterea patris nomen nomini victoris non raro addit Pausanias. Sufficit igitur cum Krausio l. l. p. 408 not. 8. *Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυττηνὸς πὺξ* corrigere. — *Κυπαρισσεὺς* Bekk. mutavit in *Κυπαρισσιεύς*. Quae sequuntur: *Ἑκατόμνος Μιλήσιος ὁπλίτην*, manca ascripsit Scaliger: addit enim Phlegon *οὗτος ἐν τῇ αὐτῇ τὰ τρία ἐστεφανώθη, στάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην.* Aptius fecisset, si cum his etiam omnem Hecatomni mentionem hoc loco omisisset. Satis enim de eo initio dictum est. — In verbis *Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος* articulum, usui et normae reluctantem, deleri vult Meierus l. l. p. 307. Quem tudiscriminis caussa additum puta. Cf. Kraus. l. l. p. 419. n. 12. — Pro *Ἀγήμονος* praebet Bekk. *Ἁγήμονος*, typographi, ut videtur, errore. — Postrema confudit Scaliger, quae sic procedunt apud Phlegontem: *Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρίς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὸν τέθριππον, Κλητία* [sic. Bekk.] *Ἠλείου πωλικὴ συνωρίς, Καλλίππου Πηλίου* [*Ἠλείου* e coni. Meieri p. 307. Hunc penitus omisit Scaliger] *πωλικὸς κέλης.*

1309) *Σπάρτακος τὸν ὕπατον Γέλλιον*] Livius Epit. XCVI.: *Q. Arrius praetor Crixum fugitivorum ducem cum viginti millibus hominum cecidit. Cn. cos. Lentulus male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius Consul* [a. U. c. 682. a. Chr. 72. Olymp. $\frac{\text{CLXXVI, 4.}}{\text{CLXXVII, 1.}}$] *et Q. Arrius praetor acie victi sunt.* Cf. Oros. V, 24, Appian. Bell. Civ. I, 117, Plut. Crass. cp. 9.

1310) *Λεύκολλος Ἀμινσὸν*] Haec ad verbum Phlegon ad Ol. CLXXVII, 1. narrat apud Phot. cod. XCVII.: *Λεύκολλος δὲ Ἀμισὸν* [sic pro vulg. lectione *Ἀμινσόν*, quam expressit Scaliger, edidit Bekkerus. *Ἀμισὸς* habent etiam Plut. Luc. capp. 14. 15. 19. et Appian. Mithrid. cap. 78. 83. Strabo tamen lib. II. p. 47, 42 seq. 48, 49. *Ἀμινσὸς* praebet, sed idem lib. XII, 377, 55. *Ἀμισηνοί.*] *ἐπολιόρκει, καὶ Μουρήναν ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν μετὰ δυοῖν ταγμάτοιν* [sic Bekk.], *αὐτὸς μετὰ τριῶν ἄλλων προῆγεν ἐπὶ Καβείρων, ὅπου διεχείμαζε. καὶ Ἀδριανὸν ἐπέταξε πολεμῆσαι Μιθριδάτῃ· καὶ πολεμήσας*

β. Κράσσος στρατηγὸς τῷ Σπαρτάκου πολέμῳ, τρία ἔτη διαρκέσαντι, τέλος ἐπέθηκε[1312]). *Μιθριδάτης ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττηθείς, καὶ τὰ αὑτοῦ ἀπογνούς, εἰς τὸν Τιγράνην Ἀρμενίας βασιλέα προσέφυγε*[1313]).

γ. Ῥωμαίων ἀπετιμήθησαν μυριάδες ἐνενήκοντα καὶ μία[1314]). *Σινατρούκην τῶν Πάρθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης ὁ ἐπικληθεὶς Θεός*[1315])· *Φαῖδρον τὸν Ἐπικούρειον διεδέξατο Πάτρων*[1316]). *Οὐιργίλιος Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη, εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις*[1317]).

δ. Τιγράνης καὶ Μιθριδάτης ἀθροίσαντες πεζοὺς μὲν τέσσαρας μυριάδας, ἱππέων δὲ τρεῖς, καὶ τὸν Ἰταλικὸν αὐτοὺς τάξαντες τρόπον, ἐπολέμησαν Λευκόλλῳ, καὶ νικᾷ Λεύκολλος[1318]). *καὶ πεντακισχίλιοι μὲν τῶν μετὰ Τιγράνους ἔπεσον, πλείους δὲ τούτων ᾐχμαλωτίσθησαν, χωρὶς τοῦ ἄλλου σύγκλυδος ὄχλου*[1319]).
p. 336 b. *Τὸ Καπετώλιον ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ Πομπηΐου ἀνακτισθὲν καθιερώθη*[1320]). *Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον ὁρμήσας, τρία τάγματα ἔχων, ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, καὶ μάχῃ νικήσας τὸν Λαοσθένη αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη, καὶ τειχήρεις*

ἐνίκησε. Cf. praeter auctt. laud. Sallust. ap. Plut. l. l. cap. 33, Mithrid. Epist. in Sall. Fragm. Hist. lib. IV. p. 986 Cort., Liv. Epit. XCVII, Eutrop. VI, 8.

1311) *Σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου*] Auctor Phlegon l. l.: *καὶ σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου πολλὰ ταύτης συνέπεσε.*

1312) *Κράσσος στρατηγὸς τῷ Σπαρτάκου πολέμῳ*] M. Licinius Crassus praetor [e Liv. Epit. XCVII., proconsul ex Eutrop. VI, 7], victo in Apulia Spartaco, post multas calamitates Italiae, tertio anno [App. Bell. Civ. I, 118 et Eutrop. l. l.] novo illi gladiatorum bello finem imposuit. Quod quidem quum Ol. CLXXVI, $\frac{3}{4}$. exarsisset, hoc Ol. CLXXVII, $\frac{1}{2}$. anno compositum sit necesse est. Cf. praeter locos laudatos Flor. III, 20, Front. II, 4, 7, V, 34, Plut. Crass. cp. 11, Oros. V, 24.

1313) *Μιθριδάτης ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττηθείς*] Mithridates Coss. M. Licinio Crasso, Cn. Pompeio Magno a. U. c. 684. a. Chr. 70. Ol. CLXXVII, $\frac{2}{3}$. desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem Armeniae regem confugit. Testis Livius Epit. XCVII. Cf. Appian. Mithrid. 82, Eutrop. VI, 8, Plut. Lucull. cp. 22.

1314) *Ῥωμαίων ἀπετιμήθησαν*] Testis Phlegon ap. Phot. cod. XCVII.: *καὶ Ῥωμαίων τῷ τρίτῳ αὐτῆς* [scil. *τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος*] *ἔτει ἀπετιμήθησαν μυριάδες ἐνενήκοντα καὶ μία.* At Livius Epit. XCVIII. a Cn. Lentulo et L. Gellio censoribus quinquaginta millia capita censa esse tradit: de qua discrepantia vid. interpr. ad Liv. l. l.

1315) *Σινατρούκην τῶν Πάρθων*] Testatur iisdem, quibus Scaliger, verbis, Phlegon ap. Phot. cod. XCVII. Eundem Appianus Mithrid. 104. *Σιντρίκην*, Lucianus Macrob. *Σινατρόκκην* appellat. Fuit etiam similis nominis Armeniorum rex *Σανοτρούκης* secundum Dionem LXXVII. p. 764 vel *Σανατρούκης* secundum Suidam. Vid. Vaillant. Arsacidarum Imper. Paris. a. 1728. 8. T. I. p. 78 seq.

1316) *Φαῖδρον τὸν Ἐπικούρειον*] Phlegon l. l.: *καὶ Φαῖδρον τὸν Ἐπικούρειον* [vid. Cic. De Finibb. I, 5] *διεδέξατο Πάτρων.*

1317) *Οὐιργίλιος Μάρων ὁ ποιητής*] Phlegon ap. Phot. l. l. sub anno Ol. CLXXVII. tertio: *καὶ Οὐεργίλιος* [*Οὐιργίλιος* lect. vulg., quam secutus est Scaliger] *Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους, εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις.* Consentit Donatus in Vita: *Natus est Cn. Pompeio Magno, et M. Licinio Crasso primum consulibus* [a. U. c. 684. a. Chr. 70. Ol. CLXXVII, $\frac{2}{3}$.] *Id. Octob.* [proinde Ol. CLXXVII, 3.] *in pago, qui Andes dicitur, qui est a Mantua non procul.* Item Hieronymus ad Olymp. CLXXVII, 3.: *Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul a Mantua nascitur, Pompeio et Crasso Coss.* Peccat igitur anni metachronismo Chron. Pasch. p. 184 A. C.: *ὑπ. Ὁρτησίου καὶ Μετέλλου* [a. U. c. 685. a. Chr. 69. Ol. CLXXVII, $\frac{3}{4}$.]. *Βιργίλιος ἐγεννήθη.* Cf. Martial. Epigr. XII, 67.

1318) *Τιγράνης καὶ Μιθριδάτης*] Haec totidem fere verbis enarrat Phlegon l. l. ad Ol. CLXXVII, 4. In numero copiarum Tigranis non convenit inter Plut. Lucull. cp. 26., Appian. Mithrid. cp. 85., Eutrop. VI, 11, quorum alios quisque et a Phlegontis diversos numeros affert. Cf. Liv. Epit. XCVIII.

1319) *καὶ πεντακισχίλιοι μὲν τῶν μετὰ Τιγράνους*] Testis Phlegon l. l.

1320) *Τὸ Καπετώλιον ἐν Ῥώμῃ*] Testis est idem Phlegon: *καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐν Ῥώμῃ Κάτλος καθιέρωσε.* Consentit Cassiodorus: *Q. Metellus et Q. Hortensius* [a. U. c. 685. a. Chr. 69. Olymp. CLXXVII, $\frac{3}{4}$.]. *His coss. a Q. Catulo reparatum dedicatumque Capitolium est.* Conf. Livius Epit. XCVIII.: *Templum Iovis in Capitolio, quod incendio consumtum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est.* Sed quid sibi vult Pompeii supra a Scaligero iniecta mentio? Primo Iovis templo, quod Tarquinius Superbus condidit, Horatius Pulvillus dedicavit, Sullanorum temporum iniuria exusto, secundum excitavit Sulla, nec tamen morte praeventus dedicavit: quem solum honorem felicitati suae defuisse questum confessumque Sullam ferunt. Cf. Tacit. Hist. III, 72, Plin. N. H. VII, 43, Plut. Poplic. p. 104 E. Dedicavit igitur Q. Lutatius Catulus Ol. CLXXVII, 4., eiusque nomen, tradente Tacito, usque ad Vitellium mansit. At Dio lib. XLIII.

κατέστησε τοὺς Κρῆτας[1321]). Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο[1322]). Γάϊος Τριάριος ἐτείχισε τὴν Δῆλον[1323]).

ΟΛ. ΡΟΗ. Διοκλῆς Ὑπαιπηνὸς στάδιον[1324]). Ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Στράτων Ἀλεξανδρεὺς παγκρατίῳ καὶ πάλῃ ἐνίκησε, πέμπτος ἀφ᾽ Ἡρακλέους, ὃς Νεμέᾳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παίδων καὶ ἀγενείων τέσσαρας στεφάνους ἔσχεν[1325]). Τρίτος

---

cp. 14. coll. Martial. V, 10 inter alios honores Caesari decretos et ab eo admissos etiam hunc fuisse narrat, ut deleto Catuli nomine nomen Caesaris Capitolio inscriberetur. Qui quum multo ante primo praeturae suae die Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocasset, rogatione promulgata, ut extincto Catuli nomine curatio ea reliquamque structuram exequendi potestas in alium [Suet. Caes. cp. 15.], et in Pompeium quidem [Dio XXXVII, 44] transferretur: illam quidem actionem tunc impar optimatium conspirationi deponere debuit. Cf. Suet. Caes. l. l.

1321) *Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον*] Auctor Phlego ap. Phot. l. l. ad Olymp. CLXXVII, 4. *Καὶ Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον ὁρμήσας, τρία τάγματα ἔχων, ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, καὶ μάχῃ νικήσας τὸν Λασθένη* [sic pro vulg. lect. *Λαοσθένη*, quam amplexus est Scaliger, edidit Bekkerus, accinentibus codicibus Diod. Excerptt. Legatt. p. 632 Wess. et Dionis XXXVI, 2. Cf. Vell. II, 34 et Flor. III, 7] *αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη, καὶ τειχήρεις κατέστησε τοὺς Κρῆτας.* Consentit Dio Fragm. CLXXVIII, 1: *Κληρουμένων δὲ τῶν ὑπάτων* [Q. Hortensio, Q. Caecilio Metello Coss. a. U. c. 685. a. Chr. 69. Olymp. CLXXVII, $\frac{3}{4}$.], *Ὁρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ὑπό τε τῆς ἐν τῷ ἄστει φιλοχωρίας, καὶ ὑπὸ τῶν δικαστηρίων, ἐν οἷς πλεῖστον τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπων μετά γε τὸν Κικέρωνα ἠδυνήθη, τῷ τε συνάρχοντι τῆς στρατιᾶς ἐθελοντὴς ἐξέστη, καὶ αὐτὸς κατὰ χώραν ἔμεινεν. ὁ δὲ δὴ Μέτελλος ἐστείλατό τε εἰς Κρήτην, καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο μετὰ τοῦτο.* Eusebius tamen Armeniacus belli Cretici initium Olymp. CLXXVII, 3. assignat, a quo biennii metachronismo discedit Hieronymus. Magis etiam a vero aberravit Appianus Bell. Civ. I, 111 enim sic: *Τοῦ δ᾽ ἐπιόντος ἔτους, ἑβδομηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος οὔσης, δύο μὲν ἐκ διαθηκῶν ἔθνη Ῥωμαίοις προςεγίγνετο· Βιθυνία τε, Νικομήδους ἀπολιπόντος· καὶ Κυρήνη, Πτολεμαίου τοῦ Λαγίδου βασιλέως, ὃς ἐπίκλησιν ἦν Ἀπίων. Πόλεμοι δ᾽ ἤκμαζον οὗτός τε ὁ Σερτωρίου περὶ Ἰβηρίαν καὶ ὁ Μιθριδάτου περὶ τὴν ἀνατολήν· καὶ ὁ τῶν λῃστῶν ἐν ὅλῃ τῇ θαλάσσῃ. καὶ περὶ Κρήτην, πρὸς αὐτοὺς Κρῆτας, ἕτερος.* Cf. praeterea Liv. Epit. XCVIII, Eutrop. VI, 9, Valer. VII, 6, 1. extr.

1322) *Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος*] Tradit Phlego ap. Phot. l. l.: *Καὶ Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο.*

1323) *Γάϊος Τριάριος*] Testis idem Phlego l. l.: *Γάϊος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆς πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον.* Fuit autem C. Triarius legatus Luculli. Cf. Liv. Epit. XCVIII. et Appian. Bello Mithrid. cp. 77. 88.

1324) *Διοκλῆς Ὑπαιπηνός*] Tradit Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 43. *Ὑπαιπηνὸς* coniecturae Scaligeri deberi videtur. Certe Crameri Anecd. Par. II. p. 150 praebent *Ὑπεπηνός.*

1325) *ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Στράτων*] Totidem verbis habes apud African. in Euseb. Scal. l. l. ubi *Στρατόνικος Κοράγου Ἀλεξανδρεὺς πάλην καὶ παγκράτιον πέμπτος* [vid. not. 1157.] *ἀφ᾽ Ἡρακλέους, ὃς Νεμέᾳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παίδων καὶ ἀγενείων τέσσαρας στεφάνους ἔσχεν.* Quibus addit Interpres Armen. apud Mai. p. 157: *et gymnica certamina sine equo peragens gratia amicorum vel regum adsecutus est, ut in album referretur, quare nec egisse Olympiadem putabatur.* Sententia paullo obscurior, quam non clariorem reddit versio Aucheri P. I. p. 304: *gymnicis peractis certaminibus sine equitatione, idque per gratias accidit, sive ad reges, sive ad amicos scribere, unde neque usum (vel equitationem) fieri arbitrati sunt.* Redimus ex his tenebris, quas sagaciori illustrandas relinquimus, ad nomen victoris, quem ut pro Stratonico Stratonem nominaret Scaliger auctor ei fuit Pausanias V, 21, 5: *ἔστι γὰρ δὴ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις Στράτωνα Ἀλεξανδρέα Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ ἡμέρας ἀνελέσθαι τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης νίκην.* Dempsit scilicet amanuensis Eusebii *νικος* etymon athletae nomini, Olymp. CCIV. de lucta et pancratio coronati, demptumque addidit nostro. Vid. not. 1373. *Den Namen seines Vaters liest die armenische Uebersetzung statt Κόραγος, Oroagius oder Corobagius: — falsch: denn jenes ist ein macedonischer Name bei Diodor XVII, 100 v. Aeschin. adv. Ctesiph. 52.* Niebuhrius p. 214. Aeliano V. H. IV, 15. *Κόρραγος* audit, de qua liquidae duplicatione vid. not. 394. Idem Interpres Armeniacus illud *ἀγενείων barbatorum* vertit: unde eum aut *α* abundantiae et intensionis signum cepisse aut *γενειατῶν* (iuvenum) legisse suspicatur Aucherus not. 1. Meruit autem hic Strato noster, uti Olympiis et Nemeis, ita etiam in caeteris ludis sacris victorias, de quibus testis Aelianus l. l.: *καὶ Στράτων δὲ ὁ Κορράγου εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. εὖ γὰρ γένους ἥκων, εὖ δὲ καὶ πλούτου οὐκ ἐγυμνάζετο. χαμῶν δὲ τὸν σπλῆνα καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων τὰ μὲν πρῶτα ὅσον ἐς τὸ ὑγιᾶναι, ἐχρῆτο αὐτοῖς. χωρῶν δὲ ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης καὶ ἐν ἔργῳ θέμενος αὐτήν, Ὀλυμπίασι μὲν ἐνίκησε ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον, καὶ τῇ ἑξῆς Ὀλυμπιάδι καὶ ἐν Νεμέᾳ δὲ καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ.* Hic aliquid vitii haerere vidit Perizonius. Meursius Lectt. Att. III, 28. *ἐπὶ τῇ ῥοῇ* pro *καὶ τῇ ἑξῆς* scribi voluit, quam coniecturam et Corsinus FF. AA. T. IV. p. 121, et Krausius Olymp. p. 375 amplexi sunt. Ego vero servata *τῆς ἑξῆς* scriptura deletaque *δὲ* particula Aeliani hanc fuisse sententiam arbitror, ut Stratonem primum quidem [Olym-

ἀπὸ Εὐπώλου Φιλόστρατος τὴν νίκην ἐξωνήσατο, τὸν ἀνταγωνιστὴν Εὔδηλον χρήμασι πείσας[1326]).

α. Ῥωμαῖοι πρὸς Κρῆτας πολεμοῦσι[1327]). *Λούκουλλος τοὺς περὶ Τιγράνην καὶ Μιθριδάτην τὸ δεύτερον νικήσας τὴν Νίσιβιν πολιορκῶν κατὰ κράτος εἷλε*[1328]).

β. Πομπήϊος τῶν πειρατῶν ἐκράτησε[1329]). *Μιθριδάτης τὸν τοῦ Λουκούλλου ὑποστρατηγὸν λαμπρᾷ παρατάξει ἐνίκησεν*[1330]). *Ἡ Κρήτη τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ὑπετάγη*[1331]).

---

piade scilicet CLXXVIII., testibus Olympionicarum catalogis, e quibus et Africanus et Pausanias pendat] in ludis Olympicis, eadem die et lucta et pancratio, deinde proxima [i. e. Ol. CLXXIX.] Olympiade in caeteris ludis victoriam reportasse significaret. Statua Stratoni posita est apud Aegienses, quod mirum in homine Alexandrino. Pausanias VII, 23, 5: *στοὰ δὲ τῆς πόλεως [Αἰγίου] πλησίον ἐποιήθη Στράτωνι ἀθλητῇ, Ὀλυμπίασιν ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης ἀνελομένῳ νίκας.* Straton autem Alexandreus perscriptus est, cur statua apud Aegeates posita est? Cons. Siebelis. ad Pausan. l. l. et Palmer. Exercitatt. p. 414. Memorabile denique est, quod eiusdem nominis fuit, cuius auxilio Brutus ipse sibi mortem conscivit. Velleius II, 70: *Brutus . . . . . impetravit a Stratone Aegeate, familiari suo, ut manum morituro commodaret sibi.* Vid. Liv. Epit. CXXIV. coll. Plut. Brut. cap. 52. et Appian. Bell. Civ. IV, 131.

1326) *Τρίτος ἀπὸ Εὐπώλου*] Tradit Pausanias V, 21, 5: *τὰ δὲ ἐπίλοιπα ἐς τοὺς ἀθλητὰς τούτους οἱ ἐξηγηταὶ λέγουσιν οἱ Ἠλείων, ὀγδόην μὲν ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα εἶναι, λαβεῖν δὲ Εὔδηλον παρὰ Φιλοστράτου χρήματα, τοῦτον δὲ εἶναι τὸν Φιλόστρατον Ῥόδιον.* Fuerant autem ante Philostratum Eupolus Thessalus Ol. XCVII. et Callippus Atheniensis Ol. CXII. largitionibus usi. Cf. Paus. V, 21, 2. 3. De Philostrato quidem controversia erat. Addit enim Paus. l. l.: *τούτῳ τῷ λόγῳ διάφορα ὄντα εὕρισκον τὰ Ἠλείων ἐς τοὺς Ὀλυμπιονίκας γράμματα. ἔστι γὰρ δὴ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις Στράτωνα Ἀλεξανδρέα κτλ.* Ad quem locum vid. Siebelisius.

1327) *Ῥωμαῖοι πρὸς Κρῆτας*] Livius Epit. XCVIII.: *Q. Metellus proconsul* [a. U. c. 686. a. Chr. 68. Olymp. $\frac{\text{CLXXVII, 4.}}{\text{CLXXVIII, 1.}}$], *bello sibi adversus Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit.* Vid. Dio XXXVI, 2. coll. not. nostr. 1321.

1328) *Λούκουλλος τοὺς περὶ Τιγράνην*] Testis Dio XXXV, 4: *Ἐπὶ δὲ δὴ Κυΐντου Μαρκίου· (οὗτος γάρ, καίπερ οὐ μόνος ἀποδειχθείς, μόνος ὑπάτευσεν· ὅ τε γὰρ σὺν αὐτῷ χειροτονηθεὶς Λούκιος Μέτελλος ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους ἀπέθανε, καὶ ὁ — — πρὶν ἐπιβῆναι τῆς ἀρχῆς, μετήλλαξε, καὶ διὰ τοῦτ' οὐδεὶς ἄλλος ἀπεδείχθη) ἐν οὖν τῷ ἔτει τούτῳ* [a. U. c. 686. a. Chr. 68. Olymp. $\frac{\text{CLXXVII, 4.}}{\text{CLXXVIII, 1.}}$] *ὁ Λούκουλλος, μεσοῦντος ἤδη τοῦ θέρους, στρατεύσας — ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησε. — cp. 6. ἐπὶ Νίσιβιν ὥρμησεν. — πρὸς οὖν ταύτην ὁ Λούκουλλος ἐλθὼν ἐν μὲν τῷ θέρει οὐδὲν ἐπέρανε. cp. 7. ὡς δ' ὅ τε χειμὼν* [proinde Olymp. CLXXVIII, 1.] *ἐνέστη, καὶ οἱ βάρβαροι ῥαθυμότερον διῆγον, — εὐθὺς εἷλε — καὶ ἐκεῖ διεχείμασε.* Cf. Plutarchus Lucull. cp. 31. seq.: *ὁ Λούκουλλος — αὖθις ἐπὶ τὸν Τιγράνην ἐβάδιζε θέρους ἀκμάζοντος. — ἐκ τούτου ἐπηρμένος καὶ τεθαρρηκὼς ἄνω προάγειν διενοεῖτο καὶ καταστρέφεσθαι τὸν βάρβαρον. ὥρᾳ δ' ἰσημερίας φθινοπωρινῆς — χειμῶνες ἐπέπεσον βαρεῖς. — ἀπῆγεν αὐτοὺς ὀπίσω καὶ — εἰς τὴν λεγομένην Μυγδονικὴν κατέβαινε χώραν — καὶ ὀλίγῳ χρόνῳ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν* [*Νίσιβιν*]. Orosius VI, 3: [*Lucullus*] *imminente hieme per Armeniam in Mesopotamiam regressus, Nisibin urbem illis locis inclytam expugnavit et cepit.* Eutropius VI, 9: *Inde Nisibin profectus, eam quoque civitatem cum regis fratre cepit.*

1329) *Πομπήϊος τῶν πειρατῶν*] Liv. Epit. XCIX.: *Cn. Pompeius lege ad populum lata* [legem Gabiniam dicit. Vid. Dio. XXXVI, 6 seqq. et Plut. Pomp. cap. 25. coll. App. Mithrid. cap. 94. Liv. Epit. XCIX. Vell. II, 31, Cic. pro Leg. Manil. 17, 52, Ascon. ad Cic. Cornel. p. 71 seqq. Schol. Bob. ad Cic. pro Flacco p. 235] *persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum iis in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros et urbes dedit.* Id quod C. Calpurnio Pisone, M'. Acilio Glabrione Coss. a. U. c. 687. a. Chr. 67. Olymp. CLXXVIII, ½. gestum ait Dio XXXVI, 6—20. De dierum spatio, quo piratas domuerit Pompeius, alii aliter tradunt. Suffragantur Livio Florus III, 6 extr., Plutarchus Pomp. cp. 26. extr., Zonaras Ann. X. cp. 2. p. 476. Die *undequinquagesima* mare a Pompeio pacatum testatur Cicero pro Lege Manil. cp. 12. §. 35. Alii longius temporis spatium bello piratico eum impendisse referunt. *Intra paucos menses* ingenti et felicitate et celeritate confectum ait Eutropius VI, 12. *Eodem anno, quo coeptum sit, finitum* etiam esse auctor extat Dio XXXVI, 20. Cf. App. Mithr. 95. sqq.

1330) *Μιθριδάτης τὸν τοῦ Λουκούλλου*] Dio XXXV, 12: *Τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ ἔτει, ἐπί τε Μανίου Ἀκιλίου καὶ ἐπὶ Γαΐου Πείσωνος ὑπάτων* [a. U. c. 687. a. Chr. 67. Olymp. CLXXVIII, ½.] *ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ πρὸς Γαζιούροις ἀντεκάθητο, προκαλούμενός τε ἅμα αὐτὸν ἐς μάχην, καὶ ἐξοργίζων — καὶ ἄκων ἐξανέστη, καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προσεχώρουντο ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν περιέσχεν καὶ κατειργάσαντο, τοὺς δὲ καὶ ἐς τὸ πεδίον ἐκφυγόντας, ἀγνοίᾳ τοῦ τὸν ποταμὸν ἐς αὐτὸ ἐκτετράφθαι, περιελαύνοντες ἔκτεινον.* Livius Epit. XCVIII.: *C. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridatem parum prospere pugnavit.* Cf. Appian. Mithrid. cap. 88. seq. et Plut. Lucull. cap. 35.

1331) *Ἡ Κρήτη τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ*] Dum Pompeius piratas persequitur, Metellus bellum Creticum

γ. Τοῦ Λουκούλλου εἰς Ῥώμην ἀνακληθέντος Πομπήϊος τοῦ Μιθριδατικοῦ πολέμου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὑπὸ δήμου αἱρεθεὶς στέλλεται[1332]). Πομπηΐου τὸν Μιθριδάτην νυκτερινῇ μάχῃ νικήσαντος ὁ Τιγράνης τὴν μητρόπολιν Ἀρμενίας Ἀρτάξατα ἅμα καὶ ἑαυτὸν τῷ Πομπηΐῳ παραδίδωσι. Πομπήϊος τῷ Τιγράνῃ τῆς μὲν Ἀρμενίας πάσης ἐξεχώρησε, τὴν δὲ Συρίαν τοῖς Ῥωμαίοις ὑποχείριον ἐποίησε[1333]).

δ. Ὁράτιος ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη[1334]).

ΟΛ. ΡΟΘ. Ἀνδρέας Λακεδαιμόνιος στάδιον[1335]).

α.

β. Τὰ περὶ Κατιλίναν καὶ τὸν ὕπατον Κικέρωνα[1336]). Ῥωμαῖοι Βιθυνίαν, Καπ-

---

componit; mox de Creta triumphat, Creticique cognomen assumit. Appianus Hist. Rom. lib. V. Cret. VI, 2: *Οὐ δεξαμένων δὲ ταῦτα Κρητῶν, ἡρέθη στρατηγὸς ἐπ' αὐτοὺς Μέτελλος. καὶ νικᾷ μὲν ὁ Μέτελλος ἐν Κυδωνίᾳ Λασθένη· καὶ φυγόντος ἐς Κνωσσόν, Πανάρης Μετέλλῳ τὴν Κυδωνίαν παρέδωκεν ἐπὶ συνθήκῃ, μηδὲν παθεῖν αὐτούς. Μετέλλου δὲ Κνωσσὸν περικαθημένου, ὁ Λασθένης τὴν οἰκίαν χρημάτων πλήσας κατέφλεξε, καὶ διέφυγεν ἀπὸ τῆς Κνωσσοῦ. καὶ* [cf. Plut. Pompei. cap. 29.] *οἱ Κρῆτες εἰς Πομπήϊον Μάγνον, στρατηγοῦντα τοῦ λῃστικοῦ καὶ Μιθριδατείου πολέμου, πέμψαντες ἔφασαν, ἑαυτοὺς ἐλθόντι ἐπιτρέψειν. ὁ δὲ ἀσχόλως τότε ἔχων, ἐκέλευε τὸν Μέτελλον, ὡς οὐ δέον ἔτι πολεμεῖν τοῖς ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν, ἐξανίστασθαι τῆς νήσου· παραλήψεσθαι γὰρ αὐτὸς αὐτήν, ἐπελθών. ὁ δὲ οὐ φροντίσας ἐπέμεινε τῷ πολέμῳ, μέχρι ἐπηγάγετο αὐτήν, Λασθένει συνθέμενος ὅμοια Πανάρει, καὶ ἐθριάμβευσε* [i. e. quinquennio demum post D. Iunio Silano L. Murena Coss. a. U. c. 692. a. Chr. 62. Olymp. CLXXIX, $\frac{2}{3}$.: Eutropius VI, 16. . I. K. Iun.: Fast. Capit. Proinde Olymp. CLXXIX, 2.]· *καὶ Κρητικὸς ἐκλήθη ὅδε δικαιότερον Ἀντωνίου, τὴν νῆσον ἐξεργασάμενος.* Dio Fragm. Ursin. CLXXVIII, 1: *ἄκοντος Πομπηΐου τῷ Κρητικῷ πολέμῳ τέλος ὁ Μέτελλος ἐπιθείς, θρίαμβόν τε ἀπ' αὐτοῦ κατήγαγε, καὶ Κρητικὸς ἐπεκλήθη.* Cf. eiusd. lib. XXXVI, 2: *ὁ Μέτελλος πᾶσαν τὴν νῆσον ἐχειρώσατο. Κρῆτες μὲν οὖν οὕτως, ἐλεύθεροί τε πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον γενόμενοι, καὶ δεσπότην ὀθνεῖον μηδένα κτησάμενοι, κατεδουλώθησαν· Μέτελλος δὲ τὴν μὲν ἐπίκλησιν ἀπ' αὐτῶν ἔλαβε· τὸν δὲ δὴ Πανάρη, τόν τε Λασθένη (καὶ γὰρ ἐκεῖνον εἷλεν) οὐκ ἠδυνήθη πέμψαι ἐν τοῖς ἐπινικίοις.* Cf. Florus III, 7. Iustinus XXXIX, 5: *Creta Ciliciaque, piratico bello perdomitae, in provinciae formam rediguntur.* Duraverat bellum duos annos expletos inde ab a. Chr. 68. initio usque ad a. 67. fin. i. e. ab Olymp. CLXXVII, 4. med. usque ad Olymp. CLXXVIII, 2. med. Orosius VI, 4: *Eodem tempore* [*quo Pompeius piratas compressit*] *Cretam insulam per biennium Metellus evertit diuturnoque bello domitam in potestatem redegit legesque Minois Romanis legibus permutavit.* Cum tamen Metellus anno demum insequenti post latam a. 66. legem Maniliam [v. Liv. Epit. C.] Cretae leges dederit, Velleius et Eutropius de triennio loquuntur. Velleius II, 34: *Per id tempus a Q. Metello Creta insula in populi Romani potestatem redacta est, quae ducibus Panare et Lasthene XXIV. millibus iuvenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigaverat.* Eutropius VI, 11: *Confecto Macedonico bello, manente Mithridatico, — bellum Creticum ortum est. Ad id missus Caecilius Metellus ingentibus proeliis intra triennium omnem provinciam cepit, adpellatusque est Creticus, atque ex insula triumphavit.*

1332) *Τοῦ Λουκούλλου εἰς Ῥώμην*] M. Aemilio Lepido, L. Volcatio Tullo Coss. a. U. c. 668. a. Chr. 66. Olymp. CLXXVIII, $\frac{2}{3}$. quum L. Lucullus prope VII. annos proconsulari imperio bellum Mithridaticum administrasset, C. Manilius tribunus plebis, ut eius belli cura Cn. Pompeio mandaretur, magna indignatione nobilitatis ad populum tulit. Ea rogatio ut perferretur, Cicero praetor oratione pro lege Manilia habita effecit. Testes Liv. Epit. C, Dio XXXVI, 26. 27, Plut. Pomp. cp. 30., App. Mithrid. 91. extr. 97, Zonar. X, 4, Ascon. in Cic. Corn. p. 65 seqq.

1333) *Πομπηΐου τὸν Μιθριδάτην νυκτερινῇ μάχῃ*] Cn. Pompeius iisdem Coss. Mithridatem nocturno proelio victum coegit Bosporum profugere. Tigranem captis in ipso capite gentis Artaxatis [V. Flor. III, 5. et Dio XXXVI, 35.] in deditionem accepit, eique ademtis Syria, Phoenice, Cilicia regnum Armeniae restituit. Testes Liv. Epit. CI, Dio XXXVI, 28—36, Plut. Pomp. cap. 33. Cf. Oros. VI, 4, Eutrop. VI, 12, App. Mithrid. cap. 104. seq. De Syria provincia vid. not. 1340.

1334) *Ὁράτιος ὁ ποιητὴς*] Suetonius in Vita Horatii Vol. III. p. 52 ed. Wolf.: *Horatius Flaccus Venusinus, — natus est VI. Idus Decembres, L. Cotta et L. Torquato Consulibus,* i. e. a. U. c. 689. a. Chr. 65. Olymp. CLXXVIII, 4. Consentit Hieronymus ad Olymp. CLXXVIII, 4.: *Horatius Flaccus satyricus et lyricus poeta libertino patre Venusi* [cf. Horat. Satir. II, 1, 34 seq.] *nascitur.* Cf. Horat. Od. III, 21, 1: *O nata mecum consule Manlio.* Epod. XIII, 6: *Tu vina Torquato move consule pressa meo.* Epist. I, 20, 27: *Me quater undenos sciat implevisse Decembres.*

1335) *Ἀνδρέας Λακεδαιμόνιος*] Tradit Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 43.

1336) *Τὰ περὶ Κατιλίναν*] M. Tullio Cicerone, C. Antonio Nepote Coss. a. U. c. 691. a. Chr. 63. Ol. CLXXIX, $\frac{1}{2}$. coniuratio Catilinaria erupit, de qua singularem librum conscripsit Sallustius. Cicero a. d. XII. Kal. Novembres senatui coniuratorum consilia aperit: Cic. in Catil. I, 3. Proinde Olymp. CLXXIX, 2.

παδοκίαν, Κιλικίαν, Συρίαν, Φοινικίαν καὶ τὴν μεταξὺ δύο ποταμῶν τῇ αὐτῶν ἀρχῇ ὑπέταξαν[1337]). *Πομπήϊος τὰ Ἱεροσόλυμα ἐκπολιορκήσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τοῖς Ῥωμαίοις ὑπόφορον ἐποίησεν*[1338]). *Ὀκτάβιος ὁ μετὰ ταῦτα ἐπικληθεὶς Αὔγουστος ἐγεννήθη*[1339]).

γ.

Cf. Dio Cass. XXXVII, 24—42, Liv. Epit. CII. CIII., Plut. Cic. capp. 10. 14. sqq., Eutrop. VI, 15, Oros. VI, 6, Flor. IV, 1. Vid. Fischer. Tabb. Chronol. Rom. p. 221 seqq.

1337) *Ῥωμαῖοι Βιθυνίαν, Καππαδοκίαν*] Terrae, ex quibus Pompeius per biduum III. prid. Kal. Octobr. M. Pisone M. Messala Coss. a. U. c. 693. a. Chr. 61. Ol. CLXXIX, 4. [Plin. N. H. VII, 26, XXXVII, 2, Fast. Capit., Vell. II, 40, Plut. Pomp. cap. 45. coll. App. Mithrid. cap. 116. seq., Flor. IV, 2, 8, Val. Max. VIII, 15, 8, Dionis XXXVII, 21, Zonar. X, 5. — Eutropius enim errat, triumphum anno qui praecedit, assignans VI, 16.] — triumphavit, Plutarcho l. l. teste hae fuerunt: Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia, Iudaea, Arabia. Cf. App. Mithrid. cap. 118. Scaliger singulas terras, diversis a Pompeio temporibus subactas, anno Ol. CLXXIX, 2. a. U. c. 691. a. Chr. 63. assignavit, quod Syriam, Phoenicen, Iudaeam, quas postremo perdomuit imperator celeberrimus, illo anno perdomuisse dicitur Orosio VI, 6.

1338) *Πομπήϊος τὰ Ἱεροσόλυμα*] Chronicon Paschale p. 185 A.: *Πομπήϊος ὁ μέγας ἑλὼν τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν συλήσας — Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην τῷ υἱῷ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀλεξάνδρας τῆς Σαλίνας παραδίδωσι, καὶ Ἀντίπατρόν τινα Ἀσκαλωνίτην τῆς Παλαιστίνης ἐπιμελητὴν καθιστᾷ· τό τε πᾶν ἔθνος Ἰουδαίων ὑπόφορον Ῥωμαίοις* [Consentit Ioseph. Bell. Iud. I, 7, 6: *τῇ τε χώρᾳ καὶ τοῖς Ἱεροσυλύμοις ἐπιτάττει φόρον.* Id. Antiqq. Iud. XIV, 4, 4: *ὑποτελῆ φόρον.* Item Hieronymus loco infra laudato. Perperam igitur Ammianus Marcellinus XIV, 8, 12. Palaestinam in provinciae formam redactam tradit.] *καταστήσας πολλοὺς αὐτῶν αἰχμαλώτους εἰς Ῥώμην ἤγαγεν τῇ συγκλήτῳ.* Id quod illius quidem Chronici auctor M. Pisone et M. Messala Coss. a. U. c. 693. a. Chr. 61. Olymp. CLXXIX, ¾. gestum tradens, biennii metachronismum commisit. Occupatus enim est post capta Hierosolyma mons, templo conspicuus, Olymp. CLXXIX, 2. M. Cicerone et C. Antonio Coss. a. U. c. 691. a. Chr. 63. Hieronymus ad Olymp. CLXXIX, 2.: *Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudaeos facit.* Iosephus Antiqq. Iud. XIV, 4, 3: *ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα* [*τρισὶν οὖν μησὶ πολιορκηθέντες.* Id. Bell. Iud. V, 9, 4.] *τῇ τῆς νηστείας ἡμέρᾳ* [Idem affirmat Strabo XVI. p. 525, 3: *κατελάβετο δ', ὥς φασι, τηρήσας τὴν τῆς νηστείας ἡμέραν.* Mense Iudaeorum nono *Kisler*, qui *Decembri* nostri anni respondet, secundum Reimarum ad Dionem p. 1082 et Usherum Annall. p. 599, quibus astipulatur Clintonus FF. HH. III. p. 176]. *Κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος.* Dio XXXVII, cp. 10.: *Κικέρωνος τοῦ Μάρκου μετὰ Γαΐου Ἀντωνίου ὑπατεύσαντος* — cp. 15.: *κἀντεῦθεν* [*ὁ Πομπήϊος*] *ἐπὶ τὴν Συρίαν τὴν Παλαιστίνην — ὥρμησεν. — τὰ δὲ Ἱεροσόλυμα πολιορκῶν πράγματα ἔσχε.* cap. 16.: *τὴν μὲν γὰρ ἄλλην πόλιν — ἀπραγμόνως ἔλαβεν. αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν — οὐκ ἀπόνως εἷλεν· ἐπί τε γὰρ μετεώρου ἦν, καὶ περιβόλῳ ἰδίῳ ὠχύρωτο. καὶ εἴ γε ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ὁμοίως ἠμύνοντο, οὐκ ἂν αὐτὸ ἐχειρώσατο· νῦν δὲ τὰς τοῦ Κρόνου δὴ ὠνομασμένας ἡμέρας διαλείποντες, καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν ἐν αὐταῖς δρῶντες, παρέδωκαν τοῖς Ῥωμαίοις καιρὸν ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ τὸ τεῖχος διασεῖσαι. — καὶ οὕτως ἑάλωσάν τε ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, μηδ' ἀμυνόμενοι, καὶ πάντα τὰ χρήματα διηρπάσθη. ἥ τε βασιλεία τῷ Ὑρκανῷ ἐδόθη, καὶ ὁ Ἀριστόβουλος ἀνηνέχθη.* Orosius VI, 6: *M. Tullio Cicerone, et C. Antonio consulibus, Pompeius — Iudaeos, quibus Aristobulus expulso fratre Hyrcano primus ex sacerdote rex praeerat, atque ad Hierosolymam — Gabinium cum exercitu mittit. Ipse continuo subsecutus, et a patribus urbe susceptus, sed a plebe muro templi repulsus, oppugnationem eius intendit. Id — vix tertio mense expugnavit. — Pompeius muros civitatis everti aequarique solo imperavit, et — Hyrcanum sacerdotio restituit, Aristobulum captivum Romam duxit.* Livius Epit. CII.: *Cn. Pompeius Iudaeos subegit: fanum eorum in Hierosolyma, inviolatum ad id tempus, cepit.* Eutropius VI, 14: *Inde ad Iudaeam transgressus, Hierosolymam, caput gentis, tertio mense cepit.* Cf. Zonar. V, 6. X, 5, Syncell. p. 297 B. — 299 B, Hegesipp. I, 16, 17, App. Syr. cap. 50., Tacit. Hist. V, 9, Flor. III, 5, 29 seq.

1339) *Ὀκτάβιος ὁ μετὰ ταῦτα*] Suetonius Aug. cap. 5.: *Natus est Augustus M. Tullio Cicerone et Antonio consulibus* [a. U. c. 691. a. Chr. 63. Olymp. CLXXIX, ½.], *IX. Kalendas Octobres* proinde Olymp. CLXXIX, 2.] *paullo ante solis exortum.* Eundem annum indicant Velleius II, 36: *Consulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno divus Augustus*; et Plutarchus Cic. cap. 44.: *αὐτῷ γεγονέναι συμβεβήκει Κικέρωνος ὑπατεύοντος.* Diem natalem confirmat Epist. Augusti apud Gell. XV, 7: *IX. Kalendas Octobres — natalem meum.* Ambigunt tamen VV. DD. utrum dies ille Sept. XXIII. anni confusi, an emendati sit intelligendus. Quorum hoc statuit Dodwellus De Cycl. X, 3, illud, praeeunte Scaligero De Emend. Tempp. V, 443, Idelerus Enchirid. Chronol. II. p. 112 seqq., qui proinde d. XXIII. Sept. anni confusi cum d. XXVIII. Nov. anni Iuliani computat. Infringere tamen Ideleri argumenta conatus est Korbius in Praef. in tabull. [Onomast. Tull. I. p. 136 sqq.], qui diem Augusti natalem potius d. V. Decembris 691. = d. VII. Febr. Iul. anni 62. a. Chr. collocat. Vid. Fischer. Tabb. Chronol. Roman. p. 223 seq.

δ. Ἡ Συρία τοῖς Ῥωμαίων νόμοις διοικεῖται καὶ εἰς τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχίας τελεῖ[1340]).

1340) *Ἡ Συρία τοῖς Ῥωμαίων*] Eusebii Eclogarius ap. Scal. p. 65, 29: *ἡ Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα ἔτη σν'.* Ducenti autem et quinquaginta anni ab Olymp. CXVII, 1., quo anno Seleucus Nicator teste Eusebio [Hieronymi II. p. 139, Mai. Arm. I. cap. 40, 4. p. 184.] Syriae regnum auspicatus est, deducti desinunt in Olymp. CLXXIX, 3., ut Syria ab Ol. CLXXIX, 4. Romanis administrari legibus coepta esse dicenda sit. Ac profecto numeri illi a vero proxime absunt. Postremas regni Syriaci vicissitudines accurate describere, difficillimum est, cum ob exiguam auctorum, qui res istas attigerunt, fidem, tum ob magnam eorum de rebus gravissimis inter se discrepantiam. Attamen credimus Porphyrio ap. Eusebium Scal. p. 62, 10. Mai. Arm. I. cap. 40, 23. p. 191. *Antiochum Cyzicenum* Olymp. CLXXI, 1. a. Chr. $\frac{96}{95}$. mortem sibi conscisse tradenti, cum contra *Seleucum*, unum de Antiochi Grypi filiis, Syriae urbes comparato exercitu sibi subigentem, manus iniquo Marte conseruisset. Reliquerat autem Antiochus Grypus praeter Seleucum quattuor filios, *Philippum* et *Antiochum*, qui gemini dicebantur [vid. Porph. Scal. 62, 18. Mai. p. 192], porro *Demetrium Eucuerum* [vid. Ioseph. Antt. Iud. XIII, 13, 3 seq.] et *Antiochum Dionysum* cognominatum [vid. id. XIII, 15, 1.], qui et inter se et cum Antiochi Cyziceni filio, *Antiocho Pio*, [v. App. Syr. cap. 69. et Ioseph. Antiqq. XIII, 13, 4.] de Syriae regno decertabant. Pereunt in his certaminibus primum Seleucus et Antiochus, ab Antiocho Pio uterque debellatus [vid. Porph. ap. Euseb. Scal. p. 62, 16. Mai. p. 192 praetereaque de Antiocho victo Ioseph. XIII, 13, 4], perit Demetrius morbo in Mithridatis Parthorum regis custodia consumtus [vid. Ioseph. Antiqq. XIII, 14, 3.], perit denique etiam Antiochus Dionysus, qui victoriam de Arabibus reportatam morte rependit [vid. Id. XIII, 15, 1.] Sic regni aemulos relictos vides Antiochum Pium et Philippum, quorum uterque Syriae parte occupata ab Olymp. CLXXI, 3. [sic Porph. ap. Euseb. Gr. Scal. l. l., Mai. Arm. l. l. perperam ann. 1. appellant] studiose id egit, ut totam sibi vindicaret. Ex his Philippus suo exutus imperio Olymp. CLXXI, 4. a. Chr. $\frac{93}{92}$. [Hieronym. II. p. 150, Ol. CLXXII, 1. Mai. Armen. II. p. 361, unius anni metachronismo] Aegyptum adit, eiusque offerentibus Alexandrinis regnum affectavit, donec a Gabinio Proconsule a. Chr. 57. Olymp. CLXXX, $\frac{3}{4}$. captus spem comparandae dominationis deposuit. [Porph. ap. Euseb. Scal. p. 62, 30. Mai. p. 193]. In hoc Philippo simul desisse Seleucidas annotat Eusebius Hieronymi: *Olymp. CLXXI, 4. Philippi anno 2. Hucusque Syria possessa per reges in Romanam ditionem cessit.* Idem, pro solenni suo in temporibus Seleucidarum digerendis metachronismo, anno inferius collocat Eusebius Armeniacus: *Olymp. CLXXII, 1.: Syriae regnum hucusque protractum desivit.* Hieronymi ordinem ipse confirmat in Regum tabulis Maii Eusebius II. p. 260: *Hi capto initio ab Olympiade CXVII, desiverunt Olympiade CLXXI.* Antiochum vero Pium, qui iam solus reliquus est, eiecit mutuis ille fratrum et consanguineorum odiis inimicitiisque opportune usus rex Armeniorum, Tigranes. Eiectus autem ad Parthos confugit. De Antiocho Pio a Tigrane pulso testis solus quidem, sed iterum iterumque Appianus Syr. cap. 69.: [*Σέλευκον*] *διεδέξατο Ἀντίοχος ὁ υἱὸς τοῦ Κυζικηνοῦ, ὃν ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ Σελεύκου τοῦ ἀνεψιοῦ, οἱ μὲν Σύροι νομίζουσι περισωθῆναι δι' εὐσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο Εὐσεβῆ παρωνόμασαν — τοιγάρτοι αὐτόν, θεοῦ μετιόντος, ἐξήλασε τῆς ἀρχῆς Τιγράνης.* Ibid. cap. 48.: *βασιλεὺς Ἀρμενίας Τιγράνης, ὁ Τιγράνους, — τοῖς Σελευκίδαις ἐπεστράτευεν, οὐκ ἐθέλουσιν ὑπακούειν. οὐχ ὑποστάντος δ' αὐτὸν Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς, ὁ Τιγράνης ἦρχε Συρίας τῆς μετ' Εὐφράτην, ὅσα γένη Σύρων μέχρι Αἰγύπτου.* Id. Mithrid. cap. 105.: *καὶ μεθίει* [*Πομπήϊος*] *Συρίαν, — εἶχε γὰρ δὴ καὶ τήνδε καὶ Κιλικίας τινὰ ὁ Τιγράνης, Ἀντίοχον ἐκβαλὼν τὸν Εὐσεβῆ προςαγορευθέντα.* Cf. Iustin. XL, 1. De Antiochi ad Parthos fuga vid. Porphyrius ap. Euseb. Gr. p. 62, 24: *καὶ ἡττηθεὶς Ἀντίοχος εἰς Πάρθους ἀπέφυγε*, coll. Mai. Arm. p. 192. Idem vero quod addit: *καὶ ὕστερον Πομπηΐῳ ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ καταχθησόμενος εἰς τὴν Συρίαν* [v. Mai. Arm. p. 192 seq.], hallucinatur manifesto, de Antiocho Pio praedicans, quod de filio eius, Antiocho Asiatico, praedicandum esse statim ex Appiano Syr. cap. 49. docebimus. Hieronymum in eodem errore versari consentaneum est, ad Ol. CLXXI, 3.: *Antiochus in Parthos fugiens Gabinio se deinceps tradidit.* Sed mirum prorsus peccatum est Eusebii Armeniaci II. p. 361: *Olymp. CLXXI, 3. Cyziceni anno 18*^{vo}*: Antiochus ad Parthos profugit; deinceps se Pompeio commendavit.* Nihilominus repetit Syncellus p. 292 C.: *Ἀντίοχος ὁ Κυζίκιος φυγὼν εἰς Πάρθους Πομπηΐῳ προὔδωκεν ἑαυτόν.* Uterque igitur avo tribuit, quae inter filium et nepotem dispertienda erant. Parthos enim petiit Antiochus Pius, Pompeii autem auxilium imploravit Antiochus Asiaticus, Pii F. Cyziceni N. Quid vero Iosepho faciamus, cuius ex narratione Antiochus Pius tantum abest ut Parthorum tutelae se commendarit, ut contra eos fortiter pugnans ceciderit? Ille enim sic scribit Antiqq. Iud. XIII, 13, 4: *Ἀντιόχου δὲ τοῦ Κυζικηνοῦ παιδὸς βασιλεύοντος Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου ἀδελφὸς ἐκφέρει πόλεμον πρὸς αὐτόν, καὶ νικηθεὶς ἀπόλλυται μετὰ τῆς στρατιᾶς· μετὰ δ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Φίλιππος ἐπιθέμενος διάδημα μέρους τινὸς τῆς Συρίας ἐβασίλευσε. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάθουρος τὸν τέταρτον αὐτοῦ ἀδελφὸν μεταπεμψάμενος κατέστησεν ἐν Δαμασκῷ βασιλέα. τούτοις δὲ τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς καρτερῶς ἀνθιστάμενος Ἀντίοχος ταχέως ἀπέθανεν· Λαοδίκῃ γὰρ ἐλθὼν σύμμαχος τῇ τῶν Γαλαθηνῶν βασιλίσσῃ Πάρθους πολεμούσῃ μαχόμενος ἀνδρείως ἔπεσε.* Vaillantio in *Historia Regum Syriae fol. Hagae Com. a.* 1732. p. 218 admodum correptus Iosephi locus aut ipse penitus errare videtur. Cui nos quoque astipulamur. Certe penitus singularis est historici illius sententia, cui donec aliunde aliquid fulcri accedat expectandum est. Origo autem huius quoque tantae discrepantiae ex confusis diversis Antiochis repeti debet. Iam ad Tigranis occupationem redire licebit. Hoc igitur re-

ΟΛ. ΡΠ. Ἀνδρόμαχος Ἀμβρακιώτης στάδιον[1341]).

α. ΗΡΩΔΗΣ[1342]). *Αἱ πρῶται πράξεις πολέμου τοῦ Κελτοῖς πρὸς Ῥωμαί-*

---

gnante Syria tranquillissimo otio perfructa est, donec victo a. Chr. 69. Olymp. CLXXVIII, 4. Tigrane eam invasit Lucullus. Vid. Dio XXXV, 3, Plut. Lucull. cp. 27. sqq., Appian. Mithrid. 85 sq., Liv. Epit. XCVIII. Regnaverat Tigranes annos XIV, secundum Appianum Syr. cap. 48.: *ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα.* Et redit idem numerus cap. 70.: *τὰ τεσσαρεςκαίδεκα.* Qui anni ab a. a. Chr. 69. retro supputati ordiuntur ab a. a. Chr. 83. Olymp. CLXXIV, $\frac{1}{2}$., quo proinde anno regno excidisse putandus erit Antiochus Pius, cum per X. fere annos solus Syriae imperitasset. Alius est Iustini calculus, qui lib. XL, cap. 1. iterumque 2. Tigranem per annos XVIII. Syriae regno potitum dicit. Computavit is fortasse etiam annorum intervallum, a Luculli victoria usque ad res Syriae a Pompeio compositas praeterlapsum. [Vid. Clint. FF. HH. III. Append. III. p. 340] idque Tigranis regno addidit. Sed hoc quidem imprudenter. Vix enim abiit Lucullus, Mithridatem altius persecuturus, cum *Antiochus*, Antiochi Pii F., cognomento [App. Syr. cp. 70.] *Asiaticus* [Iustinus XL, 2. male ipsum Antiochum Pium redivivum repraesentat: ***Tigrane a Lucullo victo, rex Syriae Antiochus Cyziceni filius ab eodem Lucullo appellabatur. Sed quod Lucullus dederat, postea ademit Pompeius.***] regnum patrium recuperat, Syris non invitis, nec renuente Lucullo. Appianus Syr. cap. 49.: *Λευκόλλου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ Μιθριδάτην διώκοντος, εἰς τὸν Τιγράνην ὑποφεύγοντα — παραδὺς ἐς τὴν Συρίαν Ἀντίοχος ὁ Ἀντιόχου τοῦ Εὐσεβοῦς ἦρχε τῶν Σύρων ἑκόντων, καὶ αὐτῷ Λεύκολλος μὲν ὁ Τιγράνη πρῶτός τε πολεμήσας καὶ τῆς ἐπικτήτου γῆς αὐτὸν ἐξελάσας οὐκ ἐφθόνησεν ἀρχῆς πατρῴας.* Sed invidit Pompeius, Luculli in bello Mithridatico successor, qui, ut idem Appianus l. l. enarrat, *Τιγράνη μὲν Ἀρμενίας συνεχώρησεν ἄρχειν, Ἀντίοχον δὲ ἐξέβαλε τῆς Σύρων ἀρχῆς.* Hoc autem ipsum Pompeii facinus Appianus in Mithrid. cp. 106. post capta Hierosolyma collocat, proinde [vid. not. 1338.] in a. a. Chr. 62. Olymp. CLXXIX, $\frac{2}{3}$.: *ἐπολέμησε δὲ καὶ Ἄραψι τοῖς Ναβαταίοις — καὶ Ἰουδαίοις — ἕως εἷλεν Ἱεροσόλυμα τὴν ἱερωτάτην αὐτοῖς πόλιν* [Dec. a. a. Chr. 63.]· *καὶ Κιλικίας δὲ ὅσα οὔπω Ῥωμαίοις ὑπήκουε, καὶ τὴν ἄλλην Συρίαν — ἐπιὼν ἀμαχεὶ Ῥωμαίοις καθίστατο* [a. Chr. 62.]· *ἔγκλημα μὲν οὐδὲν ἔχων ἐς Ἀντίοχον τὸν Εὐσεβοῦς, παρόντα καὶ δεόμενον ὑπὲρ ἀρχῆς πατρῴας, ἡγούμενος δὲ Τιγράνη τὸν κρατήσαντα τοῦ Ἀντιοχουνῆς γῆς ἀπελάσας, Ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τόδε προσεκτῆσθαι.* Sed idem alio loco Syr. cap. 49. seq. hunc ordinem invertit: *Τιγράνη μὲν Ἀρμενίας συνεχώρησεν ἄρχειν, Ἀντίοχον δὲ ἐξέβαλε τῆς Σύρων ἀρχῆς, οὐδὲν ἐς Ῥωμαίους ἁμαρτόντα. — οὕτω μὲν δὴ Κιλικίας τε καὶ Συρίας — ἀμαχεὶ Ῥωμαῖοι κατέσχον· ἓν δὲ γένος ἔτι τὸ Ἰουδαίων ἐνιστάμενον ὁ Πομπήϊος ἐξεῖλε κατὰ κράτος — καὶ τὴν μεγίστην πόλιν Ἱεροσόλυμα καὶ ἁγιωτάτην αὐτοῖς κατέσκαψεν.* Hac ratione res etiam digerit Plutarchus Pomp. capp. 38. 39.: *αὐτὸν δέ τις ἔρως καὶ ζῆλος εἶχε Συρίαν ἀναλαβεῖν καὶ διὰ τῆς Ἀραβίας εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἐλάσαι θάλασσαν. — χειρωσάμενος δὲ δι' Ἀφρανίου τοὺς περὶ Ἀμανὸν Ἄραβας, καὶ καταβὰς αὐτὸς εἰς Συρίαν* [a. Chr. 64.], *ταύτην μέν, ὡς οὐκ ἔχουσαν γνησίους βασιλεῖς, ἐπαρχίαν ἀπέφηνε καὶ κτῆμα τοῦ δήμου Ῥωμαίων· τὴν δὲ Ἰουδαίαν κατεστρέψατο* [a. Chr. 63.] *καὶ συνέλαβεν Ἀριστόβουλον τὸν βασιλέα.* Pompeius a. a. Chr. 66. expeditionem auspicatus Afranium cum imperio relinquit Armeniae custodem. Plut. Pomp. cap. 34.: *καταλιπὼν φρουρὸν Ἀρμενίας Ἀφράνιον.* Anno a. Chr. 65. Afranius in Syria et Gordyene occupatus est. Dio XXXVII, 5: *ἐς τὴν χώραν* [*τὴν Γορδυηνὴν*] *τὸν Ἀφράνιον παραχρῆμα ἔστειλε, καὶ κατασχὼν αὐτὴν ἀμαχεὶ τῷ Τιγράνῃ ἔδωκε. καὶ ὁ μὲν Ἀφράνιος διὰ τῆς Μεσοποταμίας ἐς τὴν Συρίαν παρὰ τὰ συγκείμενα πρὸς τὸν Πάρθον κομιζόμενος ἐπλανήθη καὶ πολλὰ ὑπό τε τοῦ χειμῶνος* [a. Chr. $\frac{65}{64}$.] *καὶ ὑπὸ τῆς σπάνεως τῶν τροφῶν ἐκακώθη.* Plut. Pomp. cap. 36.: *τὸν Πάρθον ἐς τὴν Γορδυηνὴν ἐμβεβηκότα — πέμψας μετ' Ἀφρανίου δύναμιν ἐξήλασε.* Hoc anno ***Damascus*** in potestatem Romanorum venit et ***Scaurus*** quaestor Syriam administrat. Ioseph. Antiqq. XIV, 2, 3: *πέμπει Σκαῦρον εἰς Συρίαν Πομπήϊος, αὐτὸς ὢν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ πολεμῶν ἔτι Τιγράνῃ. ὁ δὲ ἀφικόμενος εἰς Δαμασκὸν Λόλλιον μὲν καὶ Μέτελλον νεωστὶ τὴν πόλιν ᾑρηκότας εὑρὼν αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἠπείγετο.* Cf. eiusd. Bell. Iud. I, 6, 2. Occupata igitur est Syria Pompeii copiis a. Chr. 65. Olymp. CLXXVIII, $\frac{3}{4}$., quo simul anno terminatur Antiochi Asiatici annus, quem *ἐν ταῖς ἀσχολίαις ταῖς Πομπηΐου* regnasse dicit Appianus Syr. cap. 70. Idem tamen antea tres iam annos, ab Appiano neglectos, inde ab a. a. Chr. 69 — 66. regnaverat, non impediente Lucullo. Anno a. Chr. 64. Olymp. $\frac{\text{CLXXVIII, 4.}}{\text{CLXXIX, 1.}}$ Pompeius ipse in Syria versatur. Dio XXXVII, 6: *Λεύκιός τε Καῖσαρ καὶ Γάϊος Φίγουλος ὑπάτευον. — τοῦ τε Τιγράνου τὸν Πομπήϊον ἐν Συρίᾳ ὄντα ἐπικαλεσαμένου κτλ.*, ibique [a. Chr. $\frac{64}{63}$. Ol. CLXXIX, 1.] hiemat. Id. cp. 7.: *Πομπήϊος δὲ ἔν τε τῇ Ἀσπίδι καὶ τότε ἐχείμασε.* Syriae igitur provinciae res, dum Pompeius in regionibus istis praesens adfuit, paullatim descriptae ordinataeque fuerint, partim ante capta Hierosolyma, partim post eorum occupationem, inde ab a. a. Chr. 64—62. Cf. de Syria provincia Velleius II, 37 extr.: *Syria aliaeque, quas occupaverat, provinciae ereptae* [sc. Tigrani, qui tamen Syriam certe dudum amiserat, cum Pompeii potestati se committeret], ***et aliae restitutae populo Romano, aliae tum primum in eius potestatem redactae ut Syria, quae tum primum facta est stipendiaria.*** Id. cap. 38. extr. recensum nationum, in provinciae formulam redactarum, sic claudit: ***Et Syria Pontusque Cn. Pompeii virtutis monumenta sunt.*** Proficiscens ex Asia Pompeius vere a. a. Chr. 62. Olymp. CLXXIX, 2. ***Scaurum*** Syriae praeficit. Appian. Syr. cap. 51.: *Συρίας δ' εὐθὺς ὁ Πομπήϊος Σκαῦρον τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἑαυτῷ γενόμενον ταμίαν ἔταξεν ἡγεῖσθαι καὶ ἡ βουλὴ Φίλιππον ἐπὶ Σκαύρῳ τὸν Μάρκιον καὶ Μαρκελλῖνον Λέντλον ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ. — ἀλλὰ τῶνδε μὲν ἑκατέρῳ διετὴς ἐτρίφθη χρόνος.* Hos procon-

ους συστάντος, Ἰουλίου Καίσαρος στρατηγοῦντος[1343]). Διόδωρος ὁ Σικελιώτης τῆς ἱστορικῆς βιβλιοθήκης συγγραφεὺς παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον ἱστορίας χάριν[1344]).

β. p. 337 a.

γ. Κικέρων εἰς τὴν Ἑλλάδα φεύγει[1345]).

δ. Γαβίνιος Ἀλέξανδρον τὸν Ἰουδαίων βασιλέα μάχῃ ἐνίκησε[1346]). Πτολεμαῖος ὁ

---

sules secuti sunt, quorum primus fuit *Gabinius* Appian. ibid. *πρῶτος ἐκ τῶνδε ἐπέμφθη Γαβίνιος μετὰ στρατιᾶς. Philippus* igitur et *Lentulus* biennium uterque Syriam gubernant, et intervallum implent a. a. Chr. 61—58. Olymp. CLXXIX, ¾. — CLXXX, ⅔. usque ad *Gabinii* adventum. — Perduravit igitur Syriae regnum inde ab Olymp. CXVII, 1. a. Chr. 312. usque ad Olymp. CLXXIX, 2. a. Chr. 62. annos 249., quem ego numerum pro 239. Porphyrio ap. Euseb. Scal. 62, 51. reddendum censeo: *Συνάγεται οὖν ὁ τῆς βασιλείας τῆς ὑπὸ Μακεδόνων χρόνος — ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἔτη σμθ'* [*ΣΜΘ'* pro *ΣΛΘ'*]. Quod fragmentum in Eusebii Armeniacis ap. Mai. p. 194 deest. A Porphyrio non multum recedit alius locus Excerptorum Scaligeri, in ipso ille huius notae limine laudatus, quo Syriae regnum annos 250. stetisse affirmatur. Sed exaggerat Appianus Syr. cap. 70.: *Ἡ δὲ ἀρχὴ τῶν Σελευκιδῶν ἐς ἑβδομήκοντα ἐπὶ διακοσίους ἐνιαυτοὺς διήκετο· καὶ εἴ τις ἐπισκοποίη τὸν ἐς Ῥωμαίους χρόνον ἐξ Ἀλεξάνδρου, προσθετέον ἐπὶ τοῖς διακοσίοις ἑβδομήκοντα ἔτεσι, τὰ Τιγράνου τεσσαρεςκαίδεκα.* Quos numeros labem contraxisse patet. *Pro ἑβδομήκοντα utrinque forsan legendum τριάκοντα·* Schw. Ego malim *τεσσαράκοντα.* Nam ab anno Alexandri M. emortuali, a. Chr. 324. deducti anni 240. excurrunt in a. a. Chr. 83., quo Tigranes occupavit Syriam, anni autem 254. in a. a. Chr. 69., quo Tigranem superavit Lucullus. — Cf. de Seleucidarum imperio Clintoni FF. HH. T. III. Append. III. p. 308—346.

1341) *Ἀνδρόμαχος Ἀμβρακιώτης*] Auctor Africanus ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 43. Crameri Anecd. Par. II. p. 150 male *Ἀμιρακιώτης.*

1342) *Ἡρώδης*] Herodes Olymp. CLXXX, 1. Athenis Archon fuit ex Diodoro I, 4. Clintonus tamen FF. HH. T. III. p. 183. Herodis praeturam Olymp. CLXXIX, 3. collocare mavult. Cf. not. 1343.

1343) *αἱ πρῶται πράξεις*] Diodorus I, 4: *ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς εἴκοσι καὶ τρισὶ βίβλοις τὰς λοιπὰς ἁπάσας κατετάξαμεν* [sc. *πράξεις*] *μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτούς, καθ' ὃν ἡγούμενος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις προςαγορευθεὶς θεὸς κατεπολέμησε μὲν τὰ πλεῖστα καὶ μαχιμώτατα τῶν Κελτῶν ἔθνη, προεβίβασε δὲ τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ῥώμης μέχρι τῶν Βρεττανικῶν νήσων. τούτου δ' αἱ πρῶται πράξεις ἀπετελέσθησαν Ὀλυμπιάδος τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἡρώδου.* Cf. Phot. cod. LXX. Commisit autem Diodorus in principio belli Gallici assignando prochronismum biennii, Caesaris in Gallia imperium cum eiusdem in Lusitania imperio confundens. Caesar enim Lusitanos quidem subegit Coss. L. Afranio Q. Caecilio Metello a. U. c. 694. a. Chr. 60. Olymp. $\frac{\text{CLXXIX, 4.}}{\text{CLXXX, 1.}}$ [Vid. Dio XXXVII, 52—58, Liv. Epit. CIII., App. Bell. Civ. II. 9, Plut. Caes. cap. 11., Suet. Caes. cap. 18.], sed Galliae provinciam auspicatus est Coss. L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio a. U. c. 696. a. Chr. 58. Olymp. CLXXX, 2. [Vid. Caes. Bell. Gall. I, 6—7. Dion. XXXVIII, 31—33. Liv. Epit. CIII. Plutarch. Caes. cap. 18., Oros. VI, 7.]. Itaque Clintonus FF. HH. III. ad a. Chr. 59. p. 183 in Diodori loco *κατὰ τρίτον ἔτος* pro *κατὰ τὸ πρῶτον* corrigere vult. Cf. etiam Scal. Animadv. ad Euseb. p. 154 b., Cors. FF. AA. T. IV. p. 123, Wessel. ad. Diod. l. l.

1344) *Διόδωρος ὁ Σικελιώτης*] Diodorus I. cap. 44.: *Ὑπ' ἀνθρώπων δὲ τὴν χώραν* [*Αἴγυπτον*] *βεβασιλεῦσθαί φασιν ἀπὸ Μοίριδος ἔτη βραχὺ λείποντα τῶν πεντακιςχιλίων μέχρι τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ἡμεῖς μὲν παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, ἐβασίλευε δὲ Πτολεμαῖος ὁ νέος Διόνυσος χρηματίζων.* Ibid. cp. 46.: *εἰς δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου διαμεῖναί φασιν* [*οἱ ἱερεῖς τάφους βασιλικοὺς*] *ἑπτακαίδεκα μόνον, ὧν πολλὰ κατέφθαρτο καθ' οὓς χρόνους παρεβάλομεν ἡμεῖς εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος.*

1345) *Κικέρων εἰς τὴν Ἑλλάδα φεύγει*] M. Cicero, patria extorris actus Graeciam petiit Coss. A. Gabinio, L. Calpurnio Pisone a. U. c. 696. a. Chr. 58. Ol. CLXXX, ⅔. Cassiodorus: ***L. Piso** et **A. Gabinius**. His coss. Clodii rogatione Cicero in exilium est profectus.* Livius Epit. CIII.: ***M. Cicero**, lege a **P. Clodio** tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exilium missus est.* Cf. Dio XXXVIII, 13—18, Appian. Bell. Civ. II, 15, Plut. Cic. cpp. 31. 32. Cicero *Romam relinquit* antequam Caesar in Galliam proficiscitur, proinde [vid. Caes. Bell. Gall. I. 6.] ante d. V. Kal. April. a. Chr. 58. Olymp. CLXXX, 2. Plut. Caes. cp. 18., Cic. pro Sext. cp. 18., Dio XXXVIII, 17. Venit *Brundisium* XIV. Kal. Maias: Ep. ad Att. III, 7, *Thessalonicam* X. Kal. Iunias: Ep. ad Att. III, 8. *Dyrrhachium* VI. Kal. Decembr. Ol. CLXXX, 3.: Ep. ad Att. III, 22. Cf. Cic. pro Plancio c. 40. Eusebius Hieronymi igitur ad Olymp. CLXXIX, 4. annotans: *Cicero in exilio annum fuit, honorifice susceptus a Plancio.* triennii prochronismum admisit.

1346) *Γαβίνιος Ἀλέξανδρον*] Alexander, Aristobuli filius, Pompeii manibus elapsus, quum repetita Iudaea adeo Hierosolymis accederet ab A. Gabinio, [vid. not. 1350.], proconsule i. e. a. U. c. 697. a. Chr. 57. Olymp. CLXXX, ¾. proelio decertare coactus acieque victus fugit Alexandriam. Auctor Iosephus Bell. Iudaic. I, 8, 3. Antt. Iud. XIV, 5, 2. 6, 1. Conf. Syncellus p. 299 C. D.: *Ἀλέξανδρος, υἱὸς Ἀριστοβούλου πρεσβύτερος, διαδρὰς τὸν Πομπήϊον, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἔρχεται, καὶ πρὸς βραχὺ κρατήσας πολ-*

αὐλητὴς τῆς Αἰγύπτου βασιλείας ἐξωσθεὶς εἰς Ῥώμην παραγίνεται[1347]). *Κικέρων ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακαλεῖται*[1348]).

ΟΑ. ΡΠΑ. Λάμαχος Ταυρομενίτης στάδιον[1349]).

α. Ἀριστόβουλος ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς μετὰ Ἀντιγόνου τοῦ υἱοῦ τῆς Ῥώμης λάθρα ἐξελθών, καὶ πρὸς Γαβίνιον ἐν Παλαιστίνῃ παραταξάμενος, καὶ ἡττηθεὶς εἰς Ῥώμην δεσμώτης μετὰ τοῦ παιδὸς ἀναπέμπεται[1350]). *Ἐν Ταρρακίνῃ*

λῶν Ἰουδαίων καὶ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Γαβινίου καὶ Ἀντωνίου πολεμηθεὶς ἐκβάλλεται. Vid. Ibid. p. 300 B. D.

1347) *Πτολεμαῖος ὁ αὐλητής*] ***Ptolemaeus Auletes*** [v. Strab. XVII. p. 547, 40.], qui et *Dionysus* [v. Porph. ap. Euseb. Scal. p. 60, 45. Mai. I. cap. 22, 6. p. 120 et Clem. Alex. Strom. I. p. 331 D.] cognominatus est, Ptolemaei Soteris [v. Porph. ap. Scal. p. 60, 17. Mai. p. 117] sive Lathyri [v. Strab. l. l., Clem. l. l.] filius [v. Porph. ap. Scal. p. 60, 45. Mai. p. 120] illegitimus [v. Trog. Prol. XXIX. et Paus. I, 9, 3.], regno excidit. Livius Epit. CIV.: ***Ptolemaeus**, Aegypti rex, ob iniurias, quas patiebantur, a suis regno pulsus, **Romam venit**.* Iniuriae ipsae quae fuerint exponit Dio XXXIX, 12: *ἐπειδὴ γὰρ πολλά τισι τῶν Ῥωμαίων χρήματα, τὰ μὲν οἴκοθεν, τὰ δὲ καὶ δανεισάμενος [Πτολεμαῖος], ὅπως τήν τε ἀρχὴν βεβαιώσηται, καὶ φίλος καὶ σύμμαχος ὀνομασθῇ, κατηναλώκει, καὶ αὐτὰ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων βιαίως ἠργυρολόγει καὶ διά τε τοῦτο ἐχαλεπαίνετο, καὶ ὅτι τὴν Κύπρον* [Cyprum scilicet iuniori Ptolemaei huius Auletae fratri (v. Trog. Prol. lib. XL.), Ptolemaeo, ereptam Cato in provinciae formam redegerat, a. U. c. 696. a. Chr. 58. Olymp. CLXXX, $\frac{2}{3}$. V. Dio XXXVIII, 30. coll. Liv. Epit. CIV., Plut. Cat. Min. cap. 34. seqq. Pomp. cap. 48., Plin. N. H. XXXIV, 8. Add. Valer. Max. IX, 4. extrem.] *ἐπαιτῆσαι παρὰ τῶν Ῥωμαίων, ἢ καὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀπειπεῖν κελευόντων αὐτῶν, οὐκ ἐθέλησε· — διέδρα τε ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθών, κατηγόρησέ τε αὐτῶν, ὡς καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβεβληκότων.* Ptolemaeus Romam proficiscitur, quo tempore Cato expeditionem contra Cyprum facturus Rhodi morabatur. Plutarchus Cat. Min. cap. 35.: *Κανίδιόν τινα τῶν φίλων προπέμψας ἐς Κύπρον ἔπειθε τὸν Πτολεμαῖον ἄνευ μάχης εἴκειν. — αὐτὸς δὲ διέτριβεν ἐν Ῥόδῳ. — ἐν δὲ τούτῳ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς ὑπ' ὀργῆς τινος καὶ διαφορᾶς πρὸς τοὺς πολίτας ἀπολελοιπὼς μὲν Ἀλεξάνδρειαν εἰς τὴν Ῥώμην πλέων, ὡς Πομπηΐου καὶ Καίσαρος αὖθις αὐτὸν μετὰ δυνάμεως καταξόντων, ἐντυχεῖν τῷ Κάτωνι βουληθεὶς προςέπεμψεν.* — Scaliger igitur in assignanda Ptolemaei fuga anni metachronismo peccavit. De eo in regnum restituto vid. not. 1353.

1348) *Κικέρων — ἀνακαλεῖται*] Cicero in patriam redit Coss. P. Cornelio Lentulo et Q. Caecilio Metello [a. U. c. 697. a. Chr. 57. Olymp. CLXXX, $\frac{3}{4}$.]. Cassiodorus: ***P. Lentulus et Q. Metellus.** His coss. propter civiles dissensiones per senatus consultum de exilio Cicero revocatus.* Plutarchus Cic. cap. 33.: *τῶν περὶ Λέντλον ὑπατευόντων.* Legem de restituendo Cicerone tulerat P. Lentulus. Cic. in Pison. cp. 15. Cf. Id. pro Sest. cap. 33. p. red. in sen. cap. 3—4. ad Quir. cap. 5—6. pro domo cap. 27. Legem Corneliam adiuverant Pompeius imprimis et Milo. Livius Epit. CIV.: ***M. Cicero**, Pompeio inter alios orante, et T. Annio Milone tribuno plebis agente, ingenti gaudio senatus ac totius Italiae, **ab exilio reductus est**.* Cicero Epist. ad Att. IV, 1: *Pridie Nonas Sextiles Dyrrhachio sum profectus ipso illo die, quo lex est lata de nobis. **Brundisium veni Nonis Sextilibus.*** [Proinde Olymp. CLXXX, 4.] ***Ibi mihi Tulliola mea fuit praesto**, natali suo ipso die* [cf. pro Sest. cap. 63.]. *Ante diem VI. Idus Sextiles cognovi cum Brundisii essem — legem comitiis centuriatis esse perlatam. — **In senatu Non. Septembr.** senatui gratias egimus.* Conf. Dio XXXIX, 8—11. et Plut. Pomp. cap. 49. Rediit in Urbem *sexto decimo* exilii mense. Plutarchus Cic. cap. 33.: *κατῄει δὲ Κικέρων ἑκκαιδεκάτῳ μηνὶ μετὰ τὴν φυγήν.* Appianus Bell. Civ. II, 16: *Κικέρων μὲν δὴ — κατῄει ἑκκαιδεκάτῳ μάλιστα μηνὶ τῆς ἐξελάσεως.* Chronicon Paschale p. 185 C.: *Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἀπὸ ἐξορίας μετεκλήθη διὰ μηνῶν ς'.* Roma exul agitur a. d. V. Kal. April. [v. not. 1345.] a. a. Chr. 58. reversurusque Brundisium appellit Non. Sextil. a. a. Chr. 57. Incidit igitur reditus eius potius in *septimum decimum* exilii mensem.

1349) *Λάμαχος Ταυρομενίτης*] Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 43.

1350) *Ἀριστόβουλος ὁ τῶν Ἰουδαίων*] Elapsus e custodia Romaque profugus Aristobulus dum una cum filio Antigono Alexandrium, quod nuper erat eversum, reficere instituit, misit adversus eum A. Gabinius milites ducibus Sisenna, Antonio, Servilio: qui ne urbs ab eo occuparetur, prohiberent, ipsumque comprehenderent. Horum metu Aristobulus Machaeruntem effugit, quo munito oppido, utut afflictis rebus, bonas tamen spes aluit. At postquam duos dies obsidionem sustinuit, multis vulneribus acceptis una cum filio captus adque Gabinium ductus, et ab eo iterum Romam in vinculis missus est, vir, Iosepho iudice, praeclarus et magni animi. Auctor Iosephus Antiqq. Iud. XIV, 6, 1. Bell. Iud. I, 8, 6, a quo sua sumpsit Hegesippus I, 20. Gesta res est ex eodem Iosepho, non multo postquam A. Gabinius Alexandrum acie fudit, proinde [cf. n. 1346] a. U. c. 698. a. Chr. 56. Olymp. $\frac{\text{CLXXX, 4.}}{\text{CLXXXI, 1.}}$ Conf. Syncellus pag. 299 D. seq.: *κἀκ τούτου τὸ λοιπὸν ἐδόκουν ἀριστοκρατικῶς ζῆν, εἰ μὴ φυγὼν ἐκ Ῥώμης ἦλθεν Ἀριστόβουλος σὺν Ἀντιγόνῳ νεωτέρῳ παιδί· καὶ πάλιν ἀρχὴ γέγονεν αὐτῷ θορύβων καὶ Ἰουδαίους πολλοὺς προςλαβόμενος, καὶ τὸ φρούριον ἀνατειχίζειν τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπειγόμενος. τάχιστα δὲ συλληφθεὶς ἐπὶ μάχῃ φεύ-*

τῆς Ἰταλίας παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐννάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως ἡμέρᾳ τὸν προσαγορεύσαντα ἀντιπροσηγόρευσεν. ἱστορεῖ Φλέγων[1351]).

β. Ἰούλιος Καῖσαρ τὸν Ῥῆνον γεφυρώσας εἰς τοὺς Γερμανοὺς διέβη[1352]). *Πτολεμαῖος ὁ αὐλητὴς ὑπὸ Γαβινίου εἰς τὴν βασιλείαν ἀποκαθίσταται*[1353]).

γ. Κράσσος κατὰ τὴν Συρίαν τὰ ἱερὰ ἐσύλησε[1354]). *Κράσσος ὑπὸ Παρθυαίων πανστρατιᾷ ἡττηθεὶς ἀνῃρέθη*[1356]).

δ.

γων σὺν τῷ υἱῷ Γαβινίου, στείλαντος ἐπ' αὐτὸν Σίσενναν καὶ Ἀντώνιον καὶ Σερουιανὸν ἐν δυνάμει Ῥωμαϊκῇ, δεσμώτης αὖθις εἰς Ῥώμην ἀναπέμπεται. Vid. Dio XXXIX, 56.

1351) *Ἐν Ταρρακίνῃ τῆς Ἰταλίας*] Refert e Phlegonte Steph. Byz. s. v. *Ταρραχίνη· πόλις Ἰταλίας. Φλέγων Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐννάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως ἡμέρᾳ τὸν προσαγορεύσαντα ἀντιπροσαγορεῦσαι, ἐφ' οἷς τοὺς μάντεις προαγορεῦσαι ὄλεθρον.*

1352) *Ἰούλιος Καῖσαρ τὸν Ῥῆνον*] Caesar Bell. Gall. IV, 1: *Ea quae secuta est hieme, qui fuit annus Cn. Pompeio M. Crasso Coss. Usipetes Germani et item Tenchtheri — flumen Rhenum transierunt.* Dio XXXIX, 47: *χειμαζόντων τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ φιλίᾳ, Τεγκτηροί τε καὶ Οὐισιπέται Κελτικὰ γένη — τόν τε Ῥῆνον διέβησαν καὶ ἐς τὴν τῶν Τριουήρων ἐνέβαλον.* Caesar Rhenum transit. Dio l. l. cap. 50.: *ὁ οὖν Καῖσαρ τόν τε Ῥῆνον πρῶτος τότε Ῥωμαίων διέβη — τοῦ τε Πομπηΐου καὶ τοῦ Κράσσου ὑπατευόντων.* Bell. Gall. IV, 16: *Germanico bello confecto, multis de causis Caesar statuit, sibi Rhenum esse transeundum;* cap. 18.: *Diebus decem — omni opere effecto exercitus transducitur.* Proinde verno tempore anni a. Chr. 55. Olymp. CLXXXI, 1. Recte Hieronymus ad Olymp. CLXXXI, 1.: *Caesar Rhenum transiens Germanos vastat.* Scaliger una cum Maii Armeniacis anni metachronismum commisit. Syncellus p. 301 A. *ὁ αὐτὸς τὸν Ῥῆνον διαβὰς Γερμανοὺς καὶ Γάλλους ἐχειρώσατο*, qui errat profecto in Gallis, quibus nullus ultra Rhenum locus. Vid. Scalig. Animadvv. ad Eus. p. 155 b. Caeterum vid. Dio XXXIX, 47—49, Liv. Epit. CV., Plut. Caes. capp. 22. 23., Suet. Caes. capp. 24. 25., Flor. III, 10, 14—15, Oros. VI, 9, Zonar. X, 6.

1353) *Πτολεμαῖος ὁ αὐλητὴς*] Ptolemaeus Auletes cum Romae votorum suorum [cf. not. 1347.] compos fieri C. Catone plebis tribuno adversante non potuisset [v. Cic. ad Fam. I, 1. coll. eiusd. Ep. ad Fam. I, 7, 3. ad Q. Fr. II, 3, 1. II, 6, 5.], de rebus suis desperans Ephesum se recipit a. U. c. 698. a. Chr. 56. Olymp. $\frac{\text{CLXXX, 4.}}{\text{CLXXXI, 1.}}$ Dio XXXIX. cap. 15.: *ἀπεψηφίσαντο πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ ἐγνωσμένα, Γαΐῳ Κάτωνι πεισθέντες δημάρχῳ.* cp. 16.: *ταῦτα μὲν ἐπί τε Λουκίου Φιλίππου καὶ ἐπὶ Γναίου Μαρκελλίνου ὑπάτων ἐγένετο· καὶ αὐτὰ ὁ Πτολεμαῖος μαθών, τήν τε κάθοδον ἀπέγνω, καὶ ἐς Ἔφεσον ἐλθών, παρὰ τῇ θεᾷ διῃτᾶτο.* Postremo tamen A. Gabinius, proconsul Syriae, eum in regnum restituit a. U. c. 699. a. Chr. 55. Olymp. CLXXXI, ½. Redux rex Berenicen filiam — quae, exule patre, primo quidem cum Tryhaena sorore [v. Porph. ap. Euseb. Scal. 60, 48. ap. Mai. 120.], deinde sola regnaverat, assumpto in regni societatem Seleuco Cybiosacte, et post eius caedem Archelao, qui se Mithridatis Eupatoris filium simulabat, verum autem Archelai filius erat eius, qui quondam contra Sullam bellum gesserat [v. Dio XXXIX, 57. et Strab. XVII. p. 547 extr.] — hanc igitur filiam una cum Archelao occidit. Dio XXXIX, 55: *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον* [tempus dicit Caesaris in Britanniam expeditionis, *τοῦ τε Πομπηΐου καὶ Κράσσου ὑπατευόντων·* cap. 50.] *καὶ ὁ Πτολεμαῖος, καίτοι τῶν Ῥωμαίων τήν τε ἐπικουρίαν ἀπεψηφισμένων καὶ πρὸς τὰς δωροδοκίας τὰς ἀπ' αὐτοῦ γενομένας δεινῶς ἔτι καὶ τότε διακειμένων, κατήχθη καὶ τὴν βασιλείαν ἐκομίσατο. ἔπραξαν δὲ τοῦτο ὅ τε Πομπήϊος, καὶ ὁ Γαουίνιος* cp. 58. *νικήσας οὖν αὐτοὺς ὁ Γαουΐνιος καὶ ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Ἀρχέλαον φονεύσας, ἐγκρατής τε τῆς Αἰγύπτου πάσης παραχρῆμα ἐγένετο, καὶ τῷ Πτολεμαίῳ αὐτὴν παρέδωκε. καὶ ὁ μὲν τήν τε θυγατέρα, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πρώτους καὶ πλουσιωτάτους, ἅτε καὶ χρημάτων πολλῶν δεόμενος, ἀπέκτεινε.* Strabo XVII. p. 548, 7: *καταχθεὶς δὲ ὑπὸ Γαβινίου Πτολεμαῖος, τόν τε Ἀρχέλαον ἀναιρεῖ καὶ τὴν θυγατέρα.* Plutarchus Anton. cp. 3.: *Γαβίνιον ἐπὶ μυρίοις ταλάντοις Πτολεμαίου πείθοντος εἰς Αἴγυπτον ἅμα συνεμβαλεῖν αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν κτλ.* Appianus Syr. cap. 51.: *καὶ κατήγαγε μὲν τὸν Πτολεμαῖον ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὁ Γαβίνιος, Ἀλεξανδρεῦσι πολεμήσας.* Livius Epit. CV.: *A. Gabinius proconsul Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, eiecto Archelao, quem sibi regem adsciverunt.* Cum fama de restituto Ptolemaeo ante d. IV. Kal. Mai. a. a. Chr. 55. in Italiam perlata sit [hoc enim tempore Cicero ad Att. IV, 10 scripsit: *Puteolis magnus est rumor, Ptolemaeum esse in regno*]: ipsam eius restitutionem accidisse consentaneum est eodem anno ineunte, proinde Ol. CLXXXI, 1.

1354) *Κράσσος κατὰ τὴν Συρίαν*] M. Licinius Crassus Syriam provinciam sortitus [Liv. Epit. CV., Plut. Crass. cap. 17, App. Bell. Civil. II, 18] quum pacatam videret, auri, quo Parthos abundare intelligebat, sitiens, licet neque ulla belli caussa esset, neque senatus auctor extitisset, arma illis inferre constituit. Quare Thalymeno satrapa ad Ichnias victo Mesopotamiam diripuit, Syriaque repetita quum pecuniae magis coacervandae, quam exercitui in hibernis exercendo intentus esset, civitatum vectigalia templorumque donaria computavit. Fuit Crassus etiam, qui Hierosolymis auream trabem, Eleazaro dante, ex templo tolleret, sacrumque eius thesaurum laesa iurisiurandi fide detraheret. Auctor Iosephus Antiqq. Iud. XVI, 7. init. Bell. Iud. I, 8, 18. Crassus consul Romam relinquit post d. XVII. Kal. Decemb. a. a. Chr. 55. Ol.

ΟΛ. ΡΠΒ. Ἀνθεστίων Ἀργεῖος στάδιον[1356]. Μαρίων Μαρίωνος Ἀλεξανδρεὺς πάλην καὶ παγκράτιον ἕκτος ἀφ᾽ Ἡρακλέους[1357].

α.

β.

γ. Πάρθοι τῆς πάσης Συρίας ὑπὸ Κασσίου ἐξεβλήθησαν[1358].

δ. Πόλεμος ἐμφύλιος Καίσαρος καὶ Πομπηΐου[1359].

ΟΛ. ΡΠΓ. Θεόδωρος Μεσσήνιος στάδιον[1360]. Ἰούλιος Καῖσαρ ἐμονάρχησε Ῥωμαίων[1361].

α. Ἡ κατὰ τὴν Φαρσαλίαν Πομπηΐου ἧττα[1362]. Καῖσαρ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι πολεμεῖ[1363]. Ἐντεῦθεν ἀριθμοῦνται τῆς Καίσαρος αὐταρχίας χρόνοι καὶ ὁ τῶν Ἀντιοχέων χρηματισμὸς ἄρχεται[1364].

CLXXXI, 2. Cicero Ep. Att. IV, 13: *Nos in Tusculanum venisse a. d. XVII. Kal. Decemb.* [a. Chr. 55.] *video te scire. — Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim aequalem eius L. Paullum iterum consulem.* Cf. App. Bell. Civ. II, 18. Bellum gerit contra Parthos a. a. Chr. 54. Olymp. CLXXXI, $\frac{2}{3}$. Cassiodorus: *Cn. Domitio Ap. Claudio Coss. M. Crassus ad Parthos profectus cum Euphratem transiret cet.* Hiemat in Syria a. a. Chr. $\frac{54}{53}$. Olymp. CLXXXI, 3. Plutarchus Crass. cap. 17.: *ἀνεχώρησεν αὐτὸς ἐν Συρίᾳ διαχειμάσων.* Cf. Dio XL, 12—16, Hegesipp. I, 21, Plut. Crass. cap. 17. Vellei. II, 46, Flor. III, 11. —

1355) *Κράσσος ὑπὸ Παρθυαίων*] M. Licinius Crassus bello Parthis illato quum ad Carras malis auspiciis ominibusque dimicasset, a Surena Orodis regis duce victus, una cum toto fere exercitu interiit. V. Idus Iunias [Ovid. Fast. VI, 465.] Coss. Cn. Domitio, M. Valerio Messala a. U. c. 701. a. Chr. 53. Proinde vergente anno 3. Olymp. CLXXXI. Auctor Dio Cassius XL, 16—27. Cf. Liv. Epit. CVI., Ioseph. Antiqq. Iud. XIV, 7, 3. Bell. Iud. I, 8, 8. Plut. Crass. capp. 24—31. Oros. VI, 13, Eutrop. VI, 18, Valer. Max. I, 6, 11. Peccat igitur anni prochronismo Hieronymus: *Olymp. CLXXXI, 2. Crassus consul cum filio suo apud Carras captus.*

1356) *Ἀνθεστίων Ἀργεῖος*] Africanus ap. Euseb. Scal. p. 43. *Αὐτεσίων Ἀργεῖος* exhibet, coniectura ut videtur, Scaligeri. Nam in codice est *Ἀνθεστίων*, uti nomen victoris non Scaliger solum et hoc loco et in Olympionicarum Catalogo p. 343 extr. scripsit, sed etiam in Anecd. Par. II. p. 150 edidit Cramerus. Anthestion audit etiam in Maii Armeniacis.

1357) *Μαρίων Μαρίωνος Ἀλεξανδρεὺς*] Totidem verbis tradit Africanus ap. Eus. *χρον. λογ.* p. 43. Meminit Marionis etiam Pausanias V, 21, 5, cuius tamen e ratione quintus fuit ab Hercule. Cf. nostra ad Ol. CXLII. s. n. 1157.

1358) *Πάρθοι τῆς πάσης Συρίας*] C. Cassius, quaestor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit, belloque huic, quarto ex quo a Crasso susceptum erat anno, finem imposuit i. e. M. Claudio Marcello, Serv. Sulpicio Rufo Coss. a. U. c. 703. a. Chr. 51. Ol. CLXXXII, $\frac{1}{2}$. Errat igitur uno anno Scaliger. Auctor Dio XL, 28 seqq. Ibid. cap. 30.: *ὁ πόλεμος οὗτος — τῷ τετάρτῳ ἔτει ἀφ᾽ οὗ ἤρξαντο ἐπί τε Μάρκου Μαρκέλλου καὶ ἐπὶ Σουλπικίου Ῥούφου ὑπάτων ἐπαύσατο.* Cf. Eutrop. VI, 18, Vellei. II, 46 extr., Sext. Ruf. de Vict. et Prov. p. R. cp. 17., Ioseph. Bell. Iud. I, 8, 9. Antiqq. Iud. XIV, 7, 3, Liv. Epit. CVIII.

1359) *Πόλεμος ἐμφύλιος Καίσαρος*] Bellum inter C. I. Caesarem et Cn. Pompeium M. exarsit Coss. L. Cornelio Lentulo, C. Claudio Marcello a. U. c. 705. a. Chr. 49. Ol. CLXXXII, $\frac{3}{4}$. Auctor Dio XLI, 1. init. Cf. Appian. Bell. Civ. II, 34, Vellei. II, 48, Eutrop. VI, 19, Oros. VI, 15, Flor. IV, 2, Liv. Epit. CIX, Plut. Caes. cap. 31. Eusebius Hieronymi ad Olymp. CLXXXII, 3.: *Principium belli civilis Caesaris et Pompeii.* Idem in Maii Armeniacis usque ad Olymp. CLXXXIII, 2. depressum est. Ex Eusebio hausit Syncellus p. 301 B. De primordiis dissensionis inter Caesarem et Pompeium vid. id. Dio XL, 58—66 et Appianus Bell. Civ. II, 26—31.

1360) *Θεόδωρος Μεσσήνιος*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l.

1361) *Ἰούλιος Καῖσαρ ἐμονάρχησε Ῥωμαίων*] Addit ibidem Africanus: *Ἰούλιος Καῖσαρ ἐμονάρχησε Ῥωμαίων.*

1362) *Ἡ κατὰ τὴν Φαρσαλίαν*] Pugnatum est apud *Pharsalum* Coss. C. Iulio Caesare II., P. Servilio Isaurico a. U. c. 706. a. Chr. 48. V. Id. Sextil. [v. Vetus Calendar. ad calcem Fast. Verrian. p. 112] Ol. CLXXXIII, 1.: Testis Dio XLI, 52—63. Cf. Plut. Pomp. capp. 67—73. Caes. capp. 44—48., App. Bell. Civil. II, 75—82, Liv. Epit. CXI., Suet. Caes. cp. 35., Vell. II, 52, 2, Caes. Bell. Civ. III, 90—100, Eutrop. VI, 20 seq., Flor. VI, 2.

1363) *Καῖσαρ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι*] Fugatus ad Pharsalum Pompeius Alexandriam petiit, ut a rege Aegypti, cui tutor a senatu propter iuvenilem eius aetatem datus fuerat, acciperet auxilia: qui tamen fortunam magis quam amicitiam secutus, auctoribus Theodoto et Pothino, Pompeium, antequam in terram exiret, in navicula per Achillam interficiendum curavit. Hieronymus ad Olymp. CLXXXIII, 1.: *Pompeius proelio victus et fugiens a spadonibus Alexandrini regis occiditur.* Fatum explevit annos natus XLVII. sec. Vellei.

β. Φαρνάκης ὁ Πόντου βασιλεὺς ὑπὸ Καίσαρος ἡττήθη[1365]). Κλεοπάτρα ἦλθεν εἰς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρός, καὶ εἰς τοῦ Καίσαρος ἐςῳκίσθη[1366]). Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καῖσαρ ΓΝ. Πομπήϊον τὸν νεώτερον περὶ τὴν πόλιν Μοῦνδαν ἐνίκησε[1367]).

γ. Ἕως ὧδε ἡ Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου ἱστορικὴ βιβλιοθήκη περιέχουσα χρόνον ἐτῶν ͵αρλη′ ἐν βιβλίοις μ′[1368]). Ὁ κατὰ τὴν Λιβύην Καίσαρος πόλεμος πρὸς Σκιπίωνα καὶ Ἰούβαν[1369]). Καῖσαρ τέτταρας λαμπροὺς θριάμβους κατήγαγε[1370]). Καῖσαρ τὸν ἐνιαυτὸν κατωρθώσατο[1371]).

II, 53, XLVIII. sec. Dionem XLII, 5 et Appian. Bell. Civ. II, 86, XLIX. sec. Plut. Pomp. cap. 79. et Zonaram X. p. 487 C. Caesar post tertium diem insecutus Alexandriam venit. Ipsi quoque Ptolemaeus insidias parare voluit, qua de caussa regi bellum illatum est. Victus in Nilo periit, inventumque est corpus eius cum lorica aurea. Caesar Alexandria potitus regnum Cleopatrae dedit, Ptolemaei sorori. Auctores Eutrop. VI, 22, Liv. Epit. CXII., Oros. VI, 15, 16. Cf. Dio XLII, 1 — 16. 34 — 44. App. Bell. Civ. II, 83 — 86. 88 sqq., Plut. Pomp. cap. 79, Caes. Bell. Civ. III, 108, Suet. Caes. cp. 35.

1364) *Ἐντεῦθεν ἀριθμοῦνται τῆς Καίσαρος*] Eusebius Hieronymi ad Olymp. CLXXXIII, 1.: *Caius Iulius Caesar primus apud Romanos singulare arripuit imperium: a quo Caesares Romanorum principes appellati. Ab hoc loco Antiocheni sua tempora computant.* Syncellus p. 305 C.: *Οἱ Ἀντιοχεῖς ἔνθεν* [i. e. *ἀπὸ πρώτου ἔτους τοῦ Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος* Olymp. CLXXXIII, 1.] *ἀριθμοῦσι τοὺς αὐτῶν χρόνους.* Vid. de hac Antiochenorum aera, quae a primo anno Caesaris imperii singularis, ab a. U. c. 705. a. Chr. 49. orditur, Malelae Hist. Chronol. P. I. p. 278 seqq. coll. Scaligeri Animadvv. ad Euseb. n. MDCCCCLXIX. p. 156 b. seq. Canon. Isagog. lib. III. p. 301 et inprimis Ideleri Enchirid. Chronol. T. I. p. 460 seqq. p. 467.

1365) *Φαρνάκης ὁ Πόντου βασιλεὺς*] Caesar composito bello Alexandrino Pharnacem, Mithridatis Magni filium, qui Pompeium copiis adiuverat, rebellantem in Ponto atque multas populi Romani provincias occupantem, ipso Caesare dictatore II. et M. Antonio Mag. Equit. a. U. c. 707. a. Chr. 47. IV. Non. Sextil. [v. Vetus Calend. ad calcem Fast. Verrian. p. 112]. Olymp. CLXXXIII, 2. acie vicit, victumque ad mortem coegit. Auctores Dio XLII, 45 — 48, Eutrop. VI, 22, Oros. VI, 16, App. Bell. Civ. II, 91, Suet. Caes. cp. 35., Vellei. II, 55, 2.

1366) *Κλεοπάτρα ἦλθεν*] Testis est Dio lib. XLIII. cp. 27.: *ἦλθέ τε γὰρ* [*ἡ Κλεοπάτρα*] *ἐς τὸ ἄστυ* [*τὴν Ῥώμην*] *μετὰ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐςῳκίσθη.* Scaliger rem ei anno assignavit, quo Caesarem devicto Pharnace in Urbem redisse resque urbanas constituisse certum est. [Cf. Dio XLII, 49—55 et App. Bell. Civ. II, 92.] i. e. Ol. CLXXXIII, 2. a. U. c. 707. At Hieronymus Cleopatram Olymp. CLXXXIII, 4. regio comitatu urbem ingressam esse dicit. Conferatur de utroque illo testimonio Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 157 b. sq. n. MDCCCCLXXII., qui omnino negat, Cleopatram unquam Romae fuisse, nec Dioni fidem habens ille, et Hieronymi verba ex Eutropii loco perperam intellecto fluxisse asserens. Is enim quum scribat, Cleopatram nactam a Caesare Ptolemaei regnum postea regio comitatu Urbem ingressam esse, urbem non Romam, sed Alexandriam intelligi debere, e Steph. Byz. s. v. *Ἀλεξάνδρεια* et ex interprete Eutropii, Iornande, colligit Vir Doctus. Verum errat. Cleopatram enim venisse Romam, praeter Dionem et Hieronymum affirmat etiam locuples testis Suetonius Caes. cap. 52. ad quem locum Casaubonus [Vol. III. p. 180 ed. Wolf. Lips. 1802.] Scaligeri errorem *γεροντικὸν ἀνδρὸς δαιμονίου καὶ πάνυ εὐξύγγνωστον ἁμάρτημα* appellat.

1367) *Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καῖσαρ*] Anni prochronismus. Vicit enim Cn. Pompeium M. F. apud *Mundam* urbem Caesar Consul IV. et Dictator IV. non Ol. CLXXXIII, 2., sed Ol. CLXXXIII, 3. a. U. c. 709. a. Chr. 45. ipsis Liberalibus XVI. Kal. April. [v. Ovid. Fast. III, 713, Hirt. Bell. Hisp. cap. 31, Vetus Calend. ad calc. Fast. Verrian. p. 107, Plutarch. Caes. cap. 56.] Auctores Dio lib. XLIII, 28 — 45, Hirtius c. 28 — 31, Plutarchus Caes. cap. 56., Livius Epit. CXV., Eutropius VI, 24, Velleius II, 55, 2, Appianus Bell. Civ. II, 104 seq.

1368) *Ἕως ὧδε Διόδωρος*] Diodorus I, 5 ab excidio Ilii ad finem bibliothecae suae annos intercedere ait MCXXXVIII., de quibus si CCCCVIII, quot annos ab eversa Troia ad primam usque Olympiadem ipse numerat, detraxeris, supererunt anni DCCXXX. ut secundum hunc calculum opus illud, quod primitus in libr. XL. descriptum temporum iniuria ex parte tantum reliquum est, ad Ol. CLXXXIII, 2. continuatum fuisse videatur. Quo ipso anno finem historiae suae imposuisse etiam disertius ipse paullo ante significavit, ubi ab Olympiadum initio ad exitum libri sui numerat annos DCCXXX. Verumenimvero hunc ipsum Coroebi annum DCCXXX., qui secundus est Ol. CLXXXIII., cap. 4. contendit cum Ol. CLXXX. Quid, quod eidem belli Gallici initia assignat? Haec sane insignis est hallucinatio. Cf. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 156 n. MDCCCCLXVII., Voss. de Hist. Graec. lib. II. cp. 2. p. 211. Westerm. Clint. FF. HH. III. p. 183.

1369) *Ὁ κατὰ τὴν Λιβύην Καίσαρος*] Anni metachronismus. C. Iulius Caesar Cos. III. et dictator III. a. U. c. 708. a. Chr. 46. VIII. Id. April. [v. Fast. Verrian. in mense Aprili, et Ovid. Fast. IV, 377. coll. 357.] Ol. CLXXXIII, 2. *P. Scipionem* et *Iubam* ad Thapsum in Africa superavit, teste Cassio Dione XLIII, 1 — 8. Cf. Hist. Bell. Afric. capp. 81 — 86., Plut. Cat. Min. cap. 58. Caes. cap. 53., Oros. VI, 16, Liv. Epit. CXIV, Vellei. II, 54, 2, Eutrop. VI, 23, Appian. Bell. Civil. II, 94. 95.

δ. *Καῖσαρ τὴν Ἰβηρίαν παραστησάμενος τέλος τοῖς ἐμφυλίοις ἐπέθηκε*[1372]).
ΟΛ. ΡΠΔ. *Θεόδωρος Μεσσήνιος στάδιον τὸ δεύτερον*[1373]).
α. *Καῖσαρ τὴν Κόρινθον, ὑπὸ Μουμμίου ἀνάστατον γενομένην, καὶ τὴν Καρχη-*
p. 337 b. *δόνα ἐσῴκισε*[1374]). *Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου καὶ τῶν συνωμοτῶν ἀναιρεῖται*[1375]).
γ. *Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἀναιρεῖται*[1376]).
δ. *Ἡ ἐν Φιλίπποις μάχη*[1377]). *Βροῦτος καὶ Κάσσιος ὑπὸ Ὀκταουίου ἡττηθέντες αὐτοχειρίᾳ ἑαυτοὺς διεχρήσαντο*[1377]). *Ἐν Τάρσῳ τῆς Κιλικίας Ἀντώνιος ἔρωτι Κλεοπάτρης ἁλίσκεται*[1378]).

1370) *Καῖσαρ τέτταρας λαμπρούς*] Caesar ex Africa redux eodem hoc anno 46. a. Chr. Sextili vergente [Vid. Hist. Bell. Afric. cap. 98. coll. Dion. XLIII, 14.] Olymp. CLXXXIII, 3. quatuor triumphos duxit, ex Gallia, ex Aegypto, ex Ponto [de Pharnace], ex Africa [de Iuba]. Auctor Dio Cassius XLIII, 19. Cf. Liv. Epit. CXV., Appian. Bell. Civil. II, 101, Plut. Caes. cap. 55.

1371) *Καῖσαρ τὸν ἐνιαυτὸν κατωρθώσατο*] Tradit Dio Cassius XLIII, 26. Caesarem hoc tempore annum emendasse. Locos, qui correctam hanc a Caesare temporum rationem spectant, diligenter congessit Idelerus Enchirid. Chronol. II. p. 119 not. 1. Sunt autem praeter Dion. l. l. hi: Plut. Caes. cp. 59., Appian. Bell. Civil. II. extr., Ovid. Fastt. III, 155 sqq., Suet. Caes. cp. 40., Plin. H. N. XVIII, 57, Censorin. cp. 20., Macrob. Saturn. I, 14, Ammian. Marcellin. XXVI, 1. Cf. eiusdem de anno I. Caesaris subtilem et eruditam disputationem l. l. p. 117 — 134.

1372) *Καῖσαρ τὴν Ἰβηρίαν*] Caesar IV. Cos. a. U. c. 709. a. Chr. 45. Ol. CLXXXIII, $\frac{3}{4}$., victo ad Mundam urbem Pompeio, bellis civilibus finem imposuit. Auctores Eutropius VI, 25 et Dio XLIII, 28—45. Unde Romam mense Octobri [Vell. II, 56] vel adeo Septembri [Cic. Ep. Att. XIII, 45. 46.] Olymp. CLXXXIII, 4. reversus consulatum, quem ferme ad finem anni, M. Aemilio Lepido equitum magistro, solus tenuerat, Q. Fabio et C. Trebonio tradidit. Horum vero alteri, pridie Cal. Ianuar. defuncto, Caesar utpote magistratus ex sua voluntate et capere et largiri solitus, C. Caninium suffecit, qui reliquas anni horas usque ad Calendas Ianuarias fasces teneret. Cf. Dio XLIII, 46 et Eutrop. l. l.

1373) *Θεόδωρος Μεσσήνιος*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1374) *Καῖσαρ τὴν Κόρινθον*] C. Iulius Caesar V. et dictator et consul assumto in Consulatu M. Antonio collega adscitoque M. Aemilio Lepido magistro equitum a. U. c. 710. a. Chr. 44. Ol. $\frac{\text{CLXXXIII, 4.}}{\text{CLXXXIV, 1.}}$ *Corinthum* et *Carthaginem* colonias deduxit. V. Dio XLIII, 50, App. Punic. cp. 136., Solin. cp. 40. Plut. Caes. 57, Strabo XVII. pag. 836, Paus. II, 1, 2. De Carthagine priore tempore restaurata conf. not. ad Ol. CLXIV, 1. n. 1254.

1375) *Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου*] Hoc anno *Idibus Martiis* [v. Suet. Caes. cap. 81., Plut. Caes. cap. 63. Brut. capp. 14. 35. 40, Vell. II, 56, Cassiod., Hieronym. ad Olymp. CLXXXIV, 1., Appian. Bell. Civ. II, 149, Ovid. Fast. III, 697, Valer. Max. VIII, 11, 2, Cicero Ep. Att. XIV, 4, 6, 12, 13, 14, 18, 22. XV, 4. Ep. Fam. IX, 14. X, 28. XI, 7. XII, 4. Phil. I, 1. XIII, 10.] Iulius Caesar a Bruto ceterisque coniuratis in ipsa Pompeii curia viginti tribus vulneribus confossus est. Proinde Olymp. CLXXXIII, 4. Vid. Dio XLIV, 19 — 22, Liv. Epit. CXVI., Eutrop. VI, 25, Appian. Bell. Civ. II, 111 — 154. Plut. vit. Caes. cp. 60 — 69. Brut. cap. 14 — 17. Cic. cap. 42., Suet. Caes. cap. 80 — 82., Vellei. II, 56, 3, Oros. VI, 17. Hieronymus igitur ud Olymp. CLXXXIV, 1. annotans: *Idibus Martiis C. Iulius Caesar in curia occiditur*, anni metachronismum commisit. Eundem etiam Scaliger admisit errorem. Periit Caesar *sexto et quinquagesimo aetatis anno*: Suet. Caes. cap. 88., *ἔτος ἄγων ἕκτον καὶ πεντήκοντα*· App. Bell. Civ. II, 149, *τὰ μὲν πάντα γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ*. Plut. Caes. cap. 69.

1376) *Κικέρων ὁ ῥήτωρ*] Hieronymus, ad Ol. CLXXXIV, 2.: *Cicero in Formiano suo ab Herennio et Popillio occiditur, LXIV.* [Cf. Plut. Cic. cap. 48: *ἔτος ἐκεῖνο γεγονὼς ἑξηκοστὸν καὶ τέταρτον.* Livius ap. Senec. Suas. 7: *Vixit tres et sexaginta annos.* Cassiodorus: *annorum LXIII.*] *aetatis suae anno.* Tempus recte assignatum. Defunctus est enim M. Tullius Cicero Hirtio et Pansa Coss. a. U. c. 711. a. Chr. 43. ante d. VII. Idus Decembres, uti Tiro libertus eius memoriae prodidit ap. Auct. Dial. de causis corrupt. eloquent. cp. 17. Vid. de eius morte Liv. Epit. CXX, Plut. Cic. cap. 48, Vellei. II, 66, 2, Appian. Bell. Civ. IV, 20. coll. 6, Eutrop. VII, 2.

1377) *Ἡ ἐν Φιλίπποις μάχη. Βροῦτος καὶ Κάσσιος*] Livius Epit. CXXIV.: *C. Caesar et Antonius apud Philippos vario eventu adversus Brutum et Cassium pugnaverunt, ita ut dextra utriusque cornua vincerent, et castra quoque utrimque ab iis, qui vicerant, expugnarentur. Sed inaequalem fortunam partium mors Cassii fecit: qui quum in eo cornu fuisset, quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde proelio victus M. Brutus et ipse vitam finivit, exorato Stratone* [Aegeate cf. ad Olymp. CLXXVIII. s. n. 1331.] *fugae comite, ut sibi gladium adigeret.* Obsequens cap. 130.: *M. Lepido Munatio Planco Coss. — Cassius et Brutus interierunt*, i. e. a. U. c. 712. a. Chr. 42. Olymp. CLXXXIV, $\frac{2}{3}$. Cf. Dio XLVII, 35 – 49, Appian. Bell. Civ. IV, 88 — 138, Plut. Brut. capp. 38 — 53. Anton. cap. 22, Vell. II, 70, Oros. VI, 18, Valer. Max. IX, 9, 2, Zonar. X. p. 506, Eutrop. VII, 3.

1378) *Ἐν Τάρσῳ τῆς Κιλικίας*] M. Antonius quum post victoriam Philippensem Graeciam petisset, eique L. Censorinum praefecisset, in Asiam transgreditur, ibique dum Caesar Romae seditionibus et bellis

δ. Ὀκτάβιος Περουσίαν πόλιν ἐκπολιορκήσας κατέκαυσε[1379]). Πάρθοι εἰς τὴν Συρίαν εἰςβάλλοντες πάντα πυρπολοῦσι[1380]).

ΟΛ. ΡΠΕ. Ἀρίστων Θούριος στάδιον[1381]).

α. Ἡρώδης Ἀντιπάτρου Ἰδουμαίου υἱὸς τοὺς ἐν Ὀλυμπίασιν ἀγῶνας καταλυομένους ἀπορίᾳ χρημάτων ὁρῶν, καὶ τὸ μόνον λείψανον τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος ὑπορρέον, οὐ μόνον ἀγωνοθέτης ἧς ἐπέτυχε πενταετηρίδος εἰς Ῥώμην παραπλέων ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς πόρους χρημάτων ὑπέδειξεν, ὡς μηδέποτε ἀγωνοθετοῦσαν τὴν μνήμην αὐτοῦ ἐπιλιπεῖν ἐν Ῥώμῃ[1382]). Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων ἀνηγορεύθη[1383]). Φουλβία Ἀντωνίου γαμετὴ ἐν Σικυῶνι ἐτελεύτησε[1384]). Νόμος ὁ λεγόμενος Φαλκίδιος ὑπὸ τοῦ Πουβλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη, ὥστε τινὰ τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οἱ οὐσίας, ἄν γέ που βαρύνηται, λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι[1385]).

β.

---

fatigatur, otio ipse ac pace diffluit. Postquam enim Cleopatram Tarsum, Ciliciae urbem, venire iussit, ad dicendam causam, quod Cassio ferretur multum ad bellum subministrasse opis et subsidii, consuetudinis eius illecebris captus, vitam degit mollem, effeminatam, luxuriosam. Auctor Plutarchus Anton. cap. 23. seqq. Cf. Plin. V, 27, Ios. Anteqq. Iud. XIV, 13, 1, Dio XLVIII, 24, App. Bell. Civ. V, 8.

1379) *Ὀκτάβιος Περουσίαν πόλιν*] Testis Dio lib. XLVIII, 15 init. *ἐκείνης δ' οὖν (τῆς Περουσίας) ἐπί τε Γναίου Καλουΐνου δεύτερον καὶ ἐπ' Ἀσινίου Πωλίωνος ὑπάτων ἁλούσης, καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὰ μὲν βίᾳ τὰ δὲ ἐθελοντὴ τῷ Καίσαρι προςεχώρησε.* Tenuerunt fasces Cn. Domitius Calvinus II., C. Asinius Pollio a. U. c. 714. a. Chr. 40. Ol. $\frac{\text{CLXXXIV, 4.}}{\text{CLXXXV, 1.}}$, quorum primis imperii temporibus Perusia ab Octaviano capta et excisa est. Cf. Dio lib. XLVIII. cp. 14. Vid. Vellei. II, 74, 4, Liv. Epit. CXXVI., Eutrop. VII, 3. App. Bell. Civil. V, 32—37, Suet. Aug. cap. 14.

1380) *Πάρθοι εἰς τὴν Συρίαν εἰςβάλλοντες*] Quum Antonius in Aegypto luxuria et otio difflueret, Parthi, ducibus Labieno et Pacoro, bellum Romanis inferunt, ac Phoenicen, Syriam, Palaestinam diripiunt obtinentque Coss. Domitio et Asinio, a. U. c. 714. a. Chr. 40. Olymp. $\frac{\text{CLXXXIV, 4.}}{\text{CLXXXV, 1.}}$ Auctor Dio XLVIII, 24 sqq. Cf. Ios. Antiqq. Iud. XIV, 13, 3, App. Bell. Civ. V, 10, 65, Eutrop. VII, 5, Liv. Epit. CXXVII.

1381) *Ἀρίστων Θούριος*] Tradit Africanus apud Euseb. l. l.

1382) *Ἡρώδης Ἀντιπάτρου Ἰδουμαίου υἱός*] Testis Iosephus Bell. Iud. I, 21, 12: *τὸ δὲ Ἠλείοις χαρισθὲν οὐ μόνον κοινὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλλ' ὅλης τῆς οἰκουμένης δῶρον, εἰς ἣν ἡ δόξα τῶν ἐν Ὀλυμπίασιν ἀγώνων διικνεῖται. τούτους γὰρ δὴ καταλυομένους ἀπορίᾳ χρημάτων ὁρῶν καὶ τὸ μόνον λείψανον τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος ὑπορρέον, οὐ μόνον ἀγωνοθέτης ἧς ἐπέτυχε πενταετηρίδος εἰς Ῥώμην παραπλέων ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς πόρους χρημάτων ὑπέδειξεν, ὡς μηδέποτε ἀγωνοθετοῦσαν τὴν μνήμην αὐτοῦ ἐπιλιπεῖν.* Cf. eiusd. Antiqq. Iud. XVI, 5, 3. Quum autem, ut statim videbimus, Herodes Olymp. CLXXXV, 1. Romam petierit, ibique Rex Iudaeae a Senatu constitutus sit, recte rem illam huic Olympiadi intulit Scaliger. Cf. Meierum in Encyclop. Artt. et Scient. III, 3. p. 288.

1383) *Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου*] Tradit Africanus apud Euseb. Scal. *χρον. λογ.* p. 74, 13. 20 seqq.: *ἦν Ὀλυμπιὰς ρπε' . . . . . . Ἡρώδου δὲ πρὸς Ἀντώνιον ἐλθόντος, τρία ἔτη τὸν Ἀντίγονον ἐξεπολιόρκησαν, καὶ ζῶντα ἀπεκόμισαν Ἀντωνίῳ. Ἀντώνιος δὲ Ἡρώδην μὲν καὶ αὐτὸς ἀνηγόρευσεν βασιλέα, προςέθηκε δὲ αὐτῷ πόλεις Ἵππον, Γάδαρα, Γάζαν, Ἰόππην, Ἀνθηδόνα, καὶ τῆς Ἀραβίας τόν τε Τράχωνα, καὶ τὴν Αὐρανῖτιν, καὶ Σαχίαν, καὶ Γαυλάνην, πρὸς δὲ καὶ τῆς Συρίας ἐπιτροπήν. Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ Ὀκταβίου τοῦ Σεβαστοῦ βασιλεὺς Ἰουδαίων ἀνηγορεύθη.* Sic etiam Iosephus Antiqq. Iud. XIV, 14, 4. 5. Herodem Coss. Cn. Domitio Calvino II., C. Asinio Pollione a. U. c. 714. a. Chr. 40. Ol. $\frac{\text{CLXXXIV, 4.}}{\text{CLXXXV, 1.}}$ Iudaeorum regem a Senatu nuncupatum esse testatur. Cf. Zonar. lib. V, 10. p. 231. et Appian. Bell. Civ. V, 75.

1384) *Φουλβία Ἀντωνίου γαμετή*] Testis Dio lib. XLVIII, 28.: *ἡ Φουλουΐα ἐν Σικυῶνι, ἐν ᾗ ἦν, ἐτελεύτησε·* id quod Coss. Cn. Domitio Calvino II., C. Asinio Pollione a. U. c. 714. a. Chr. 40. Olymp. $\frac{\text{CLXXXIV, 4.}}{\text{CLXXXV, 1.}}$ factum vult. Cf. App. Bell. Civ. V, 55, 59.

1385) *Νόμος ὁ λεγόμενος*] Auctor idem Dio lib. XLVIII, 33. Coss. modo laudatis *καὶ ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος ὠνομασμένος (πλείστην καὶ νῦν ἔτι ἰσχὺν ἐς τὰς τῶν κλήρων διαδοχάς, ὥστε τινὰ τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οἱ οὐσίας, ἄν γέ πῃ βαρύνηται, λαβόντα τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων) ὑπὸ τοῦ Πουπλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη.* Cf. Ulp. tit. XXIV. §. 32.: *Lex Falcidia iubet non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud haeredem maneat.* Cf. Bach. Hist. iurisprud. Rom. lib. VI. edit. Stockmann. p. 188 et Adam. Enchirid. Antiqq. Rom. vertit Meyer. T. I. p. 361.

γ. *Οὐεντίδιος Πάκορον τὸν Πάρθων βασιλέα ἐνίκησε*[1386].
δ. *Ἡρώδης καὶ Σόσσιος τὰ Ἱεροσόλυμα πολιορκίᾳ παρεστήσαντο*[1387].
ΟΛ. ΡΠϚ. Σκάμανδρος Ἀλεξανδρεὺς στάδιον[1388].
α. *Ἀντώνιος πρὸς Πάρθους πολεμῶν ἠτύχησε*[1389].
β.
γ.
δ. *Ἀντώνιος Ἀρμενίας βασιλέα Ἀρταυάσδην αἰχμαλωτίσας τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν ἐκυρίευσε*[1390].
ΟΛ. ΡΠΖ. Σώπατρος Ἀργεῖος στάδιον[1391].
α. *Ὀκτάβιος Καῖσαρ τοὺς Δαλμάτας κατεπολέμησε*[1392]. *Ἀντώνιος φανερῶς τὸν Ὀκτάβιον πολεμεῖ*[1393]. *Κατὰ τὴν Ἰουδαίαν σεισμοῦ γενομένου μυρίους διαφθαρῆναι συνέβη*[1394].
β. *Ἐμφύλιος πόλεμος κατελύθη ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος μεσούσης τῆς ρπζ' Ὀλυμπιάδος, Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας κατὰ τὸ Ἄκτιον ναυμαχίᾳ καταπολε-*

1386) *Οὐεντίδιος Πάκορον τὸν Πάρθων*] Anni metachronismus. P. Ventidius Bassus L. Marcio Censorino, C. Calvisio Sabino Coss. a. U. c. 715. a. Chr. 39. Ol. CLXXXV, $\frac{1}{2}$. T. Labienum vicit. Dio lib. XLVIII, 39—42, Liv. Epit. CXXVII, Plut. Anton. cap. 33. Hiemat Athenis a. Chr. $\frac{39}{38}$. Olymp. CLXXXV, 2. V. App. Bell. Civ. V, 76 et Dio XLVIII, 39. Deinde Coss. Ap. Claudio, C. Norbano a. U. c. 716. a. Chr. 38. V. Id. Iun. [V. Oros. VI, 18. coll. Ovid. Fast. VI, 465.] Olymp. CLXXXV, 2. verg. etiam Pacorum, Parthorum regem, superatum occidit, et Parthos trans Euphratem compulit. Auctores Dio lib. XLIX, 19—21, Plut. Ant. cap. 34. seq., Liv. Epit. CXXVIII., Eutrop. VII, 5, Vellei. II, 78, Pseudo-Appian. Parth. III. p. 73 (ed. Schweigh.).

1387) *Ἡρώδης καὶ Σόσσιος*] Hierosolyma ab Herode et Sossio oppugnata captaque sunt M. Agrippa, L. Caninio Gallo Coss. a. U. c. 717. a. Chr. 38. Ol. CLXXXV, $\frac{3}{4}$. Auctor Iosephus Antiqq. Iud. XIV, 16, 4. Rem anno antecedenti assignat Dio lib. XLIX, 22. Sed huic de obsidione inchoata sermo, de finita Iosepho. Cf. Petav. Doctr. Tempp. X, 67 et Noris. Cenotaph. Pisan. p. 145. Confirmat sua, Iosephum secutus, Scaliger de Emendat. Tempp. V. p. 450. Caeterum vid. Plut. Anton. cp. 34. et Liv. Epit. CXXVIII.

1388) *Σκάμανδρος Ἀλεξανδρεὺς*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l. ubi tamen ex Interpr. Armen. addendum est *τῆς Τρῳάδος*. Cf. Nieb. p. 214.

1389) *Ἀντώνιος πρὸς Πάρθους*] Antonius a Parthis superatus est Coss. L. Gellio, Cocceio Nerva a. U. c. 718. a. Chr. 36. Hieme: v. Plut. Anton. cp. 40. 51. et Dio XLIX, 31. Proinde Ol. CLXXXVI, 1. Testis Dio XLIX, 22—33. Cf. Liv. Epit. CXXX., Vellei. II, 82, Eutrop. VII, 6.

1390) *Ἀντώνιος Ἀρμενίας βασιλέα Ἀρταυάσδην*] Biennii metachronismus. Antonius postquam consulatum secundum, quem cum L. Scribonio a. U. c. 720. a. Chr. 34. Ol.CLXXXVI, $\frac{2}{3}$. inierat, eadem, qua iniit, die deposuit, substituto in ipsius locum L. Sempronio Atratino, veris tempore i. e. Ol. CLXXXVI, 2. Artavasdem, Armeniae regem, comprehensum, argenteis catenis vinxit, gazisque eius potitur. Testis Dio XLIX, 39. Cf. Vellei. II, 82, 3, et Liv. Epit. CXXXI. Pseudo-Appiano in Parthic. III. p. 100 rex Armeniae *Ἀρταβάζης* audit.

1391) *Σώπατρος Ἀργεῖος στάδιον*] Testes Africanus apud Euseb. Scal. l. l.: *Ἑκατοστὴ ὀγδοηκοστὴ ἑβδόμη. Σώπατρος Ἀργεῖος στάδιον. Ἑκατοστὴ ὀγδοηκοστὴ ὀγδόη.* [Deficit victor.] Lacunam explent Armeniaca, accinentibus Crameri Anecdotis II. p. 150: *Ἀρίστων Θώδιος* vel potius *Θούριος τὸ δεύτερον*, ita tamen, ut, mutato ordine, hunc stadionicam Olymp. CLXXXVII., Sopatrum autem Argivum Ol. CLXXXVIII. assignent.

1392) *Ὀκτάβιος Καῖσαρ*] Biennii metachronismus. Octavianus, postquam Dalmatas rebellantes L. Scribonio Libone, L. Sempronio Atratino Coss. a. U. c. 720. a. Chr. 34. Ol. CLXXXVI, $\frac{2}{3}$. repressit [v. Liv. Epit. CXXXII, Dio XLIX, 38, Suet. Aug. cap. 20, Appian. Illyr. capp. 25—27.], anno insequenti ex manubiis belli Dalmatici porticum et bibliothecam extruxit. Auctor Dio XLIX, 38. 43 extr. Cf. Vellei. II, 90.

1393) *Ἀντώνιος φανερῶς*] Bellum inter Caesarem et Antonium Cn. Domitio Ahenobarbo, C. Sosio Coss. a. U. c. 722. a. Chr. 32. Ol. $\frac{\text{CLXXXVI, 4.}}{\text{CLXXXVII,1.}}$ coortum esse, testatur Dio L, 1—14. Cf. Eutrop. VII, 7. Vellei. II, 82, 4, Liv. Epit. CXXXII, Suet. Aug. cap. 17.

1394) *Κατὰ τὴν Ἰουδαίαν σεισμοῦ*] Testis Iosephus Antiqq. Iud. XIV, 5, 2: *Ἐν τούτῳ καὶ τῆς ἐν Ἀκτίῳ μάχης συνεσταμένης* [Hanc ipse Iosephus paullo ante cap. 5, 1. in Olymp. CLXXXVII. contulit, cuius Scaliger pro more suo *primum* intellexit annum, cum tamen vel ex addito Herodis anno perspicuum sit, scriptorem *secundum* intelligi voluisse.] *Καίσαρι πρὸς Ἀντώνιον ἑβδόμου ὄντος Ἡρώδου τῆς βασιλείας ἔτους* [computat hoc loco annos Herodis ab Ol. CLXXXV, 4., quo is cum Sossio Hierosolyma occupavit] *σεισθεῖσα ἡ γῆ τῶν Ἰουδαίων, ὡς οὐκ ἄλλοτ' ἐδόκει, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ κτηνῶν πολλὴν φθορὰν ἐποίησεν, ἐφθάρησαν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ ταῖς πεπτωκυίαις οἰκίαις περὶ μυρίους.*

μηθέντων[1395]). Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς ὁ συγγραφεὺς κατέπλευσεν εἰς τὴν Ἰταλίαν[1396]).

γ. Ἀντώνιος ἑαυτὸν ἀπέσφαξε[1397]).

δ. Ὀκτάβιος Καῖσαρ κατὰ τῆς Αἰγύπτου ἐθριάμβευσε[1398]).

ΟΛ. ΡΠΗ. . . . .[1399]).

α. Ὀκτάβιος Καντάβρους πολεμεῖ[1400]).

β. Ὀκτάβιος ὑπὸ τῆς συγκλήτου Αὔγουστος προσηγορεύθη[1401]).

γ. Κράσσος τὴν Θρᾳκίαν Ῥωμαίοις ὑπετάξατο[1402]). p. 338 a.

δ.

ΟΛ. ΡΠΘ. Ἀσκληπιάδης Σιδώνιος στάδιον[1403]).

α. Ἐν Ῥώμῃ τὸ δίπυλον Ἰάνου ἐκλείσθη[1404]).

1395) *Ἐμφύλιος πόλεμος κατελύθη*] Auctor Dionysius AA. RR. I. p. 6, 32: *Ἐγὼ καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, ἑβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος μεσούσης, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον ἐτῶν δύο καὶ εἴκοσι μέχρι τοῦ παρόντος γενόμενον ἐν Ῥώμῃ διατρίψας διάλεκτόν τε τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκμαθὼν καὶ γραμμάτων ἐπιχωρίων λαβὼν ἐπιστήμην ἐν παντὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ συντείνοντα πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην διετέλουν πραγματευόμενος.* Cf. Phot. cod. LXXXIII. Pugnatum autem est ad *Actium* C. Iulio Caesare III., M. Valerio Messala Coss. a. U. c. 723. a. Chr. 31. d. II. m. Septemb. [v. Dio LI, 1 et Zonaras X. p. 526 D.] Ol. CLXXXVII, 2. Cf. Dio L, 10, 14 sqq., Inscript. ap. Gruter. p. 453, Liv. Epit. CXXXIII., Eutrop. VII, 7, 8, Vellei. II, 85, Oros. VI, 19.

1396) *Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς*] Ipse testis Dionysius l. l. s. n. 1395. Caeterum de Dionysii Halicarnassensis *Vita et scriptis* singularis extat dissertatio Bussii. Berol. 1841. 4.

1397) *Ἀντώνιος ἑαυτὸν ἀπέσφαξε*] Auctor Vetus Eruditus ap. Clementem Alexandr. Strom. I. p. 336 C. D.: *ἐντεῦθεν (ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς) ἐπὶ τὴν Αὐγούστου νίκην, ὅτε Ἀντώνιος ἀπέσφαξε ἑαυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἔτη διακόσια ἐννενήκοντα τέσσαρα. ὑπάτευεν Αὔγουστος τὸ τέταρτον* scil. cum M. Licinio Crasso a. U. c. 724. a. Chr. 30. Diem Antonii fatalem indicat Orosius VI, 19 Kal. Sextil. Proinde obiit Ol. CLXXXVII, 3. Cf. de Antonii nece Dion. Cass. lib. LI, 9—14, Liv. Epit. CXXXIII, Eutrop. VII, 7, Vellei. II, 87, Plut. Ant. cap. 76. sq., Flor. III, 11, Horat. Carmn. I, 37, 16 sqq. Aetatem Antonii indicat Plutarchus Anton. cp. 86.: *Ἀντώνιον δ᾽ οἱ μὲν ἕξ, οἱ δὲ τρισὶ τὰ πεντήκοντα ὑπερβαλεῖν φασιν.* Quocum convenit Zonarae X. p. 530 D.

1398) *Ὀκτάβιος Καῖσαρ κατὰ τῆς Αἰγύπτου*] Caesar cos. V. a. U. c. 724. a. Chr. 29 mense Sextili [v. Macrob. Saturn. I, 12. Nam secum ipse pugnat Orosius, triplicem triumphum illum d. VIII. Idus Ianuarias collocans VI, 20. coll. 19.] Ol. CLXXXVII, 4. ex Aegypto Romam reversus tres triumphos egit prima die de Pannoniis, Dalmatis, Iapydis, nonnullisque Galliae et Germaniae populis, secunda de victoria Actiaca, tertia de subacta Aegypto. Vid. Dion. LI, 21 coll. Vellei. II, 89, Liv. Epit. CXXXIII., Suet. Octav. cp. 22.

1399) . . . .] Hac demum Olympiade Sopater Argivus stadio Olympia vicit. Vid. not. 1391.

1400) *Ὀκτάβιος Καντάβρους πολεμεῖ*] C. Caesar, teste Orosio VI, 21, in Hispaniam contra Cantabros profectus est, sese VI. et M. Agrippa II. Coss. a. U. c. 726. a. Chr. 28. Ol. $\frac{\text{CLXXXVII, 4.}}{\text{CLXXXVIII, 1.}}$ Cf. Suet. Aug. 20 et Flor. IV, 12. 46. Discedit ab Orosii calculis Dio XLIII, 25, qui Octavianum Augustum contra Cantabros et Astures profectum, quum morbo contracto Tarracone decubuisset, per C. Antistium Cantabros vicisse ait Caesare IX. et M. Iunio Silano Coss. a. U. c. 729. a. Chr. 25. Ol. CLXXXVIII, $\frac{3}{4}$. Ac facit cum Dione Cassiodorus: *C. Aug. Caesar VIII. et M. Silanus. His coss. Cantabros, Germanos, Salassos, Caesar perdomuit.* Vid. Scalig. Animadvv. ad Eus. p. 167 b. n. MDCCCCXCII. et Frankii Fast. Horatian. Berol. 1839. 8. pp. 158. 181. coll. Epist. C. Lachmanni p. 210.

1401) *Ὀκτάβιος ὑπὸ τῆς συγκλήτου*] Anni metachronismus. C. Octavianus Caesar, tradente Censorino cp. 22., *d. XVII.* [*d. XIII.* ex Ovid. Fast. I, 587. *d. XVI.* secundum Fastos Verrianos] Ianuarii e sententia L. Munatii Planci a senatu caeterisque civibus *Augustus* appellatus est, sese VII. et M. Agrippa III. Coss. a. U. c. 727. a. Chr. 27. Ol. CLXXXVIII, 1. Suffragatur Censorino Dio Cassius LIII, 16. Cf. Suet. August. 7, Vell. II, 91, Liv. Epit. CXXXIV, Cassiodorus.

1402) *Κράσσος τὴν Θρᾳκίαν*] M. Crassus, auctore Dione LI, 23, bellum contra Thraces suscepit C. Caesare V. et Sex. Apuleio Coss. a. U. c. 725. a. Chr. 29. Ol. CLXXXVII, $\frac{3}{4}$. Triumphavit ex Thracia circiter triennio post. Cf. Dio LI, 25 et Liv. Epit. lib. CXXXV. Ergo a. U. c. 728. a. Chr. 26. Olymp. CLXXXVIII, $\frac{2}{3}$. Fasti tamen Capitolini triumphum illum iam biennio ante actum referunt: *M. Licinius Crassus Procos. ex Traecia et Geteis an. DCCXXV.* [726 Varr. a. Chr. 28.] *IV. Non. Iul.* [proinde inter ipsa Olymp. CLXXXVII. et CLXXXVIII. confinia].

1403) *Ἀσκληπιάδης Σιδώνιος*] Testis et Africanus ap. Euseb. Scal. l. l. Pro **Σιδώνιος** codex Armen. praebet **Σικώνιος**, quod in *Σικυώνιος* deflectit Niebuhrius p. 214.

1404) *Ἐν Ῥώμῃ τὸ δίπυλον*] Anni metachronismus. Iani templum, postquam ab Augusto prima [p. U.

β.
γ. *Καῖσαρ τὰς σημαίας, ἃς Κράσσος ὑπὸ τῶν Πάρθων ἦν ἀφηρημένος, ἀνέλαβε*[1405]).
δ.

ΟΛ. ΡϞ. *Αὐφίδιος Πατρεὺς στάδιον*[1406]).
α.
β. *Βιργίλιος ἐτελεύτησε*[1407]).
γ.
δ. *Αὔγουστος τὰ σεκουλάρια πέμπτα ἐπέτειλε*[1408]).

ΟΛ. ΡϞΑ. *Διόδοτος Τυανεὺς στάδιον*[1409]).
α.
β.
γ.
δ.

ΟΛ. ΡϞΒ. *Διοφάνης Αἰολεὺς στάδιον*[1410]). *Σώσανδρος καὶ Δαμονίκος, πατέρες πυκτῶν, ἐξυβρίσαντες εἰς τὸν ἀγῶνα καὶ ὑπὲρ νίκης τῶν παίδων ἐπὶ χρημάτων συνθέμενοι, ἐζημιώθησαν. ἀπὸ ταύτης [τῆς] ζημίας ἀγάλματα ἐποιήθη*[1411]).
α. *Καισάρεια Στράτωνος ὑπὸ Ἡρώδου ἐτελειώθη καὶ πενταετηρικὸς ἀγὼν ἐν αὐτῇ κατεστάθη*[1412]).

---

c. tertia] vice clausum est ipso V. et L. Apuleio Coss. a. U. c. 725. a. Chr. 29. Ol. CLXXXVII, $\frac{3}{4}$. [v. Dio LI, 20, Liv. I, 19, Oros. VI, 20, Vell. II, 38.] patuerat inde annos quinque, quibus bellum Cantabricum tractum est: quo finito iterum per Caesarem opertum est a. U. c. 729. a. Chr. 25. Ol. CLXXXVIII, $\frac{3}{4}$., neque vero, uti Scaliger vult, Olymp. CLXXXIX, 1. Vid. Dio LIII, 26 et Oros. VI, 21. Etiam tertio Augustus Iani portas clausisse dicitur Suetonio Aug. cp. 22.: *Ianum — ter clausit*, et disertius Orosio VI, 22: *U. C. DCCLII. Caesar Augustus — Iani portas tertio ipse tunc clausit.* De quo loco Clintonus FF. HH. III. p. 234. 236: *Although erring in the date. We have no evidence to schew when Ianus was shut the third time.* Cf. Casaub. ad Suet. l. l. ed. Wolf. Tom. III. p. 278 seqq. et Frankii Fast. Horat. p. 227.

1405) *Καῖσαρ τὰς σημαίας*] Anni prochronismus. Augustus quum in Asia, quam M. Apuleio, P. Silio Coss. a. U. c. 734. a. Chr. 20. veris tempore Ol. CLXXXIX, 4. petierat, moraretur, signa et captivos Crasso ereptos dante Phraate Parthorum rege per Tiberium [v. Suet. Tib. cap. 9.] recepit. Auctor Dio LIV, 8, ubi tamen *τὰ σημεῖα* scriptum est. Cf. Eutrop. VII, 9, Flor. IV, 12. 83, Oros. VI, 21, Vellei. II, 91, Suet. Aug. 22, Livii Ep. CXXXIX. ibique interpretes. Add. Cassiodorus: *M. Appuleius et P. Silius. His coss. aquilas et signa Crassiana de Parthis Caesar recepit.* Cf. Masson. Vit. Horat. p. 218 et Kirchner. Quaestt. Horat. Numb. 1834. §. 62. item Interprr. ad Prop. II, 10. III, 4, 9. III, 5. ult. IV, 6, 79, ad Ovid. Trist. II, 1, 228. Fast. VI, 467, ad Horat. Epist. I, 18, 56 Carmin. IV, 15, 7. 8.

1406) *Αὐφίδιος Πατρεὺς*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1407) *Βιργίλιος ἐτελεύτησε*] Testatur Hieronymus: *Olymp. CXC, 2.: Virgilius Brundisii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinna Coss. Ossa eius Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictaverat:*

Mantua me genuit, Calabri rapuere. Tenet nunc
Parthenope. Cecini pascua, rura, duces.

Obiit diem supremum X. Kal. Octobr. Vid. Donat. in Vita.

1408) *Αὔγουστος τὰ Σεκουλάρια*] Auctor Dio lib. LIV, 18, C. Furnio, C. Iunio Silano Coss. a. U. c. 737. a. Chr. 17. Ol. CXC, $\frac{3}{4}$. *τά τε σαικουλάρια τὰ πέμπτα ἐπετέλεσεν* [ὁ *Αὔγουστος*]. Cf. Zosim. II, 4, Censor. cp. 17. Inscriptio ap. Noris. ad Cen. Pisan. p. 305. Vid. Onufr. Panvin. De Ludd. Saecular. Tem. IX. Thes. Graevian. p. 1071 et Scalig. Emendat. Tempp. lib. V. p. 486.

1409) *Διόδοτος Τυανεὺς*] Tradit Africanus apud Euseb. l. l.

1410) *Διοφάνης Αἰολεὺς*] Testis idem ibid.

1411) *Σώσανδρος καὶ Δαμόνικος πατέρες πυκτῶν*] Pausanias V, 21, 7: *λέγεται δέ, ὡς Δαμόνικος τολμήσειεν Ἠλεῖος δευτέρᾳ πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα Ὀλυμπιάδι· συνεστηκέναι μὲν γὰρ παλαίοντας ἐπὶ τῷ στεφάνῳ τόν τε τοῦ Δαμονίκου παῖδα Πολύκτορα καὶ Σώσανδρον γένος Σμυρναῖον, ὁμώνυμον τῷ πατρί, Δαμόνικον δέ, ἅτε περισσῶς ἐπιθυμοῦντα γενέσθαι τῷ παιδὶ τὴν νίκην, δοῦναι τοῦ Σωσάνδρου τῷ παιδὶ χρήματα. ὡς δὲ ἐγεγόνει τὰ πράγματα ἔκπυστα, ἐπιβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι ζημίαν. ἐπιβάλλουσι δὲ οὐ τοῖς παισίν, ἀλλὰ ἐς τοὺς πατέρας ἔτρεψαν τὴν ὀργήν. οὗτοι γὰρ δὴ καὶ ἠδίκουν. ἀπὸ ταύτης τῆς ζημίας ἀγάλματα ἐποιήθη.* Scaliger igitur *πατέρες παλαιστῶν*, non *πυκτῶν* scribere debebat, nec Corsinus FF. AA. IV. p. 143. Polyctorem puerorum pugilem recte appellavit. Cf. de signis ex Sosandri Smyrnaei et Polyctoris Elei multa Iovi dedicatis eiusd. Paus. lib. VI, 23, 3.

β. Κλαύδιος ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας ἐγεννήθη[1413]).
γ.
δ. Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχαιολογίας πραγματείαν ἐνεστήσατο[1414]).

ΟΛ. ΡϤΓ. Ἀρτεμίδωρος Θυατείριος στάδιον[1415]).
α.
β. Ἰουλία ἡ Αὐγούστου θυγάτηρ ἀσελγαίνουσα εἰς Πανδαταρίαν την πρὸς τῇ Καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη[1416]).
γ. Ἡρώδου τοῦ Ἰουδαίων βασιλέως τελευτήσαντος, Ἀρχέλαος Ἱεροσολύμων ἐθνάρχης ὑπὸ Αὐγούστου καθίσταται[1417]).
δ.

ΟΛ. ΡϤΔ. Δαμάρατος Ἐφέσιος στάδιον[1418]).

1412) *Καισάρεια Στράτωνος*] Herodes quum in ora maritima locum, urbi condendae aptissimum, quae olim *Stratonis turris* audiebat, animadvertisset, eius aedificia dilapsa magnifice excitare portuque locum exornare conatur. Urbi perfectae *Caesareae* nomen indidit. Auctor Iosephus Antiqq. Iud. lib. XV, 9, 6. Idem lib. XVI, cp. 5. init. haec addit: *Περὶ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον συντέλειαν ἔλαβεν ἡ Καισάρεια Σεβαστή, ἣν ᾠκοδόμει, δεκάτῳ μὲν ἔτει πρὸς τέλος ἐλθούσης αὐτῷ τῆς ὅλης παρασκευῆς, ἐκπεσούσης δὲ τῆς προθεσμίας εἰς ὄγδοον καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς ἀρχῆς, ἐπ' Ὀλυμπιάδος δευτέρας καὶ ἐνενηκοστῆς πρὸς ταῖς ἑκατόν. ἦν οὖν εὐθὺς πρὸς τῇ καθιερώσει μεῖζων ἑορτὴ καὶ παρασκευαὶ συντελεστάται. κατηγγέλκει μὲν γὰρ ἀγῶνα μουσικῆς καὶ γυμνικῶν ἀθλημάτων. παρεσκευάκει δὲ πολὺ πλῆθος μονομάχων καὶ θηρίων, ἵππων τε δρόμον καὶ τὰ πολυτελέστερα τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ παρ' ἄλλοις τισὶν ἐπιτηδευμάτων. ἀνετίθει δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα Καίσαρι κατὰ πενταετηρίδα παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν.*

1413) *Κλαύδιος ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας*] Anni prochronismus. Claudius, tradente Suetonio Claud. cp. 2., Iulio Antonio, Fabio Africano Coss. a. U. c. 744. a. Chr. 10. Kalendis Augustis, Lugduni, in lucem editus est. Proinde Olymp. CXCII, 3.

1414) *Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς*] Dionysius ipse in Praefat. Antiqq. Rom. lib. I. p. 6 profitetur se, quum in Italia inde ab Ol. CLXXXVII, 2. annos XXII. commoratus esset, Romanorum et lingua et antiquitatibus accurate cognitis, libros suos *Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς* exorsum esse. Ergo scribere coepit Ol. CXCII, 4.

1415) *Ἀρτεμίδωρος Θυατείριος*] Totidem verbis refert Africanus apud Euseb. l. l.

1416) *Ἰουλία ἡ Αὐγούστου θυγάτηρ*] Scaliger, quum non vidisset apud Dionem inter cp. 9. et cp. 10. lib. LV. res triennio gestas excidisse, hoc Iuliae exilium, quod vere Ol. CXCIV, $\frac{1}{2}$. a. U. c. 752. a. Chr. 2. Augusto XIII. Plautio Silone [Gallo Caninio: Vellei. II, 100, 2.] Coss. ascribi debet [cf. Lips. ad Vell. II. not. 181. et ad Tacit. lib. I. n. 26.], ad Coss. C. Antistium et D. Laelium Balbum a. U. c. 748. a. Chr. 6. Ol. CXCIII, $\frac{2}{3}$. retulit, quorum anno sane, quae cp. 9. a Dione Cassio enarrantur, assignanda sunt. Errat cum Scaligero Casaubonus ad Suet. Aug. cp. 65. de Iuliae exilio Dionem allegans in anno DCCXLVIII. [DCCLVIII., qui numerus in editione Wolfii p. 392. Tom. II. exaratus est, haud dubie errore typographi nititur]. Prius quam debebat Iuliae exilium ponit etiam Hieronymus: *Olymp. CXCIII,* 4. *Augustus filiam suam Iuliam in adulterio deprehensam damnat exilio.* Cf. Zonar. lib. X. cp. 35. extr., Senec. Benef. lib. VI. cp. 32., Tacit. Ann. I, 53. Insulam, quae Iuliam exulem recepit, Dionis codices alii *Πανδαταρίαν*, alii *Πανδατερίαν* appellant. Quarum lectionum alteram amplexus est Scaliger, alteram, suadente Tacito, adoptavit Fabricius.

1417) *Ἡρώδου τοῦ Ἰουδαίων βασιλέως*] Prochronismus anni aut biennii. Herodes, auctore Iosepho Antiqq. Iud. lib. XVII. cp. 8, 1, triginta septem annis postquam a Romanis rex creatus fuerat, i. e. 40. a. Chr. [v. not. 1383.] — 36 = 4. a. Chr. Olymp. $\frac{\text{CXCIII,4.}}{\text{CXCIV, 1.}}$, mortem obiit, quum Antipam filium Galilaeae Peraeaeque tetrarcham constituisset, regnum Archelao filio dedisset, Gaulanitidem, Trachonitidem, Batonaeam, Paniadem Philippo filio, Salomae denique sorori suae Iamniam, Azotum, Phasaëlidem attribuisset. Pergit Iosephus cap. 11, 4: *Καῖσαρ δὲ ἀκούσας διαλύει μὲν τὸ συνέδριον, ὀλίγων δὲ ἡμερῶν ὕστερον Ἀρχέλαον βασιλέα μὲν οὐκ ἀποφαίνεται, τοῦ δὲ ἡμίσεως τῆς χώρας, ἧπερ Ἡρώδῃ ὑπετέλει, ἐθνάρχην καθίσταται κτλ.* Itaque in tres Herodis filios regnum ita divisum esse Iosephus tradit, ut Archelaus ethnarcha, non rex Iudaeorum, Philippus et Herodes Antipas tetrarchae essent. Eusebius autem postquam mortem Herodis Olymp. CXCV, 2. [Hieronym., Olymp. CXCV, 4. Mai. Arm. coll. Syncell. pag. 317 B.] ascripsit, ad Olymp. CXCV, 4. [Hieronym., Olymp. CXCVI, 2. Mai. Arm. coll. Sync. pag. 317 D.] haec annotat: *In Herodis locum Archelaus ab Augusto substituitur, et tetrarchae fiunt IV. fratres eius Herodes, Antipater, Lysias et Philippus.* De quo loco conferendus est Scaliger in Animadvv. ad Euseb. n. MMXIX. MMXXI. et Emendat. Tempp. V. p. 463, quamquam quas ibi de Archelai imperio proponit V. D. temporum rationes, eas nobis quidem profitemur minime satisfacere. Vid. not. 1424. coll. Prolegg.

1418) *Δαμάρατος Ἐφέσιος*] Repone *Δημάρατος*, ut Scaliger ipse scripsit Olymp. insequente. Au-

α. *Κυντίλιος Οὔᾶρος μετὰ Σατορνῖνον τὴν Συρίας ἡγεμονίαν διεδέξατο*[1419]).
β.
γ.
δ.
ΟΛ. ΡϘΕ. *Δημάρατος Ἐφέσιος στάδιον τὸ β'*[1420]).
α. *Τιβέριος Γερμανοὺς κατεπολέμησε*[1421]).
β. *Πάλιν Τιβέριος Γερμανοὺς ἐνίκησε*[1422]).
γ.
δ. *Αὔγουστος Τιβέριον υἱοθέτησε*[1423]).
ΟΛ. ΡϘϚ. *Παμμένης Μάγνης ἀπὸ Μαιάνδρου στάδιον*[1424]).
α. *Ἀρχελάου τοῦ Ἰουδαίων ἐθνάρχου εἰς Βίενναν τῆς Γαλατίας ἐξορισθέντος, Κυρίνιος ἀνὴρ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συντελούντων ὑπὸ Αὐγούστου εἰς Ἰουδαίαν ἐπέμφθη δικαιοδότης τοῦ ἔθνους, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος*[1425]).
p. 338 b. β.
γ. *Βάτων Παννονίας βασιλεὺς ὑποχείριος Τιβερίῳ γίνεται*[1426]).

---

ctor African. ap. Euseb. l. l. Nomen stadionicae in Dimatrus abiit apud Interpr. Armen. Auch. P. I. p. 306, scilicet consueta illa *η* et *ι* permutatione.

1419) *Κυντίλιος Οὔᾶρος*] Metachronismus unius minimum anni. Missus est Saturnini successor, Quintilius Varus, ad gubernandam Syriam, brevi tempore ante mortem Herodis, cum is vereri coepisset, ne quid humani sibi mox accideret. Incidit autem sec. Iosephum, uti not. 1417. vidimus, Herodis obitus in Olymp. $\frac{\text{CXCIII, 4.}}{\text{CXCIV, I.}}$ Ergo Varus Syriae provinciae imperium Ol. CXCIII, $\frac{3}{4}$. auspicatus fuerit. Cf. Ioseph. Antiqq. Iud. XV, 5, 1. 2.

1420) *Δημάρατος Ἐφέσιος*] Demaratus iterum stadio vicit eodem ibid. teste Africano.

1421) *Τιβέριος Γερμανοὺς*] Testatur Dio LV, 5. Cf. not. insequent.

1422) *Πάλιν Τιβέριος*] Tradit Dio LV, 5, C. Antonio Gallo, C. Marcio Censorino Coss. a. U. c. 746. a. Chr. 8. Ol. $\frac{\text{CXCII, 4.}}{\text{CXCIII, I.}}$ bello Germanis illato, Augustum ipsum quidem intra fines substitisse, at Tiberium trans Rhenum misisse, cuius vim metuentes barbaros missis legatis pacem impetrasse. Quo facto Tiberium et triumpho ab Augusto ornatum et iterum consulem factum esse. Cf. Vellei. II, 97, 4. Add. Cassiodorus: ***C. Asinius et C. Marcius. His coss. inter Albim et Rhenum Germani omnes Tiberio Neroni dediti.*** Idem cum altero illo consulatu fungeretur, novis in Germania coortis motibus, rursus ad bellum profectus esse ab eodem Dione LV, 8 traditur. Incidunt igitur Tiberii duae adversus Germanos expeditiones in annos potissimum 1. et 2., non tamen Ol. CXCV., sed CXCIII.: proinde ut Scaliger in tempore illis ascribendo totius octennii metachronismum commississe videatur.

1423) *Αὔγουστος Τιβέριον*] Tiberius ab Augusto V. Kal. Iul. adoptatus est Coss. Sex. Aelio Catone, C. Sentio a. U. c. 757. 4. p. Chr. Proinde inter ipsa anni 3. et 4. Olymp. CXCV. confinia. Testis Velleius II. cp. 103. Cf. Dio Cass. LV, 13 et Suet. Tib. cap. 15.

1424) *Παμμένης Μάγνης*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l. Pasenes victoris nomen extat in cod. Armen. ap. Auch. P. I. p. 306.

1425) *Ἀρχελάου τοῦ Ἰουδαίων ἐθνάρχου*] Auctor Iosephus, qui postquam *Archelaum* decimo [*δεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς ἀρχῆς·* Antiqq. Iud. XVII, 13, 2. *βασιλεύοντος Ἀρχελάου τὸ δέκατον·* Id. in Vita cap. 1., sed *ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐνάτῳ·* Idem Bell. Iud. II, 7, 3.] ethnarchiae suae anno, i. e. a. Chr. 4—9 = 6. p. Chr. Olymp. CXCVI, $\frac{1}{2}$., Viennam relegatum esse tradidit, eodem [vid. id. Antiqq. l. l. coll. 14, 1.] *Quirinium* in Iudaeam, iudicem et censorem populi, ab Augusto missum esse Antiqq. XVIII. cp. 1. in. his testatur verbis: *Κυρήνιος δὲ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων ἀνὴρ τάς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας ὕπατος γενέσθαι, τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας, σὺν ὀλίγοις ἐπὶ Συρίας παρῆν, ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος.* Consentit in tempore relegati Archelai Dio Cassius LV, 25. 27: *ἐπὶ Αἰμιλίου Λεπίδου καὶ ἐπὶ Λευκίου Ἀρρουντίου ὑπάτων* i. e. 759. p. Chr. 6. — *ὁ Ἡρώδης* [antiquo errore a. U. c. *Ἡρώδης* editur pro *Ἀρχέλαος*. Vid. Scalig. Animadvv. ad Euseb. p. 180 b.] *ὁ Παλαιστῖνος αἰτίαν τινὰ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν λαβὼν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, καὶ τὸ μέρος τῆς ἀρχῆς ἐδημοσιώθη.* Sed abludit Eusebius ad Olymp. CXCVIII. 1. [Hieronym., Ol. CXCVIII, 2.: Mai. Arm. coll. Syncell. p. 318 C.]: ***Archelaus nono anno regni sui in Viennam urbem*** *Galliae relegatur.* De quo loco vid. Scaliger in Animadvv. ad Euseb. n. MMXXIX. p. 180 b. seq. coll. n. MMXVI. p. 174 b. seq., ubi Archelai imperium Olymp. CXCIV, 4. coepisse, Olymp. CXCVII, 1. desisse affirmat. Vid. not. 1417. coll. Prolegg.

1426) *Βάτων Παννονίας βασιλεὺς*] Biennii vel triennii prochronismus. Bato Dysiatus, Dalmatarum

δ.

ΟΛ. Ρ϶Ζ. Ἀσιατικὸς Ἁλικαρνασσεὺς στάδιον[1427]).

α. Ἡ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων κατὰ τὴν Γερμανίαν μετὰ τοῦ αὐτῶν στρατηγοῦ Κυντιλίου Οὐάρου πανωλεθρία[1428]).

β.

γ.

δ. Τιβέριος κατὰ τῶν Γερμανῶν, Ἰλλυρίων, καὶ Παννόνων ἐθριάμβευσε[1429]). Γάϊος Καλιγόλας ἐγεννήθη[1430]).

ΟΛ. Ρ϶Η. Διοφάνης Προυσαεὺς στάδιον[1431]). Ἀριστέας Στρατονικεύς, ἢ Μαιάνδριος, πάλην καὶ παγκράτιον, ἕβδομος ἀφ' Ἡρακλέους[1432]).

α. Αὔγουστος ἐτελεύτησεν[1433]). Τὰ στρατόπεδα ἐν Παννονίαις στασιάζει[1434]). ἡ σελήνη ἐξέλειψεν[1435]). Ἡ βουλὴ τὸν Αὔγουστον ἀθανατίσασα θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ κατέστησεν[1436]).

β. Γερμανικὸς ὁ υἱὸς Δρούσου μετὰ στρατιᾶς εἰς Γερμανίαν στέλλεται[1437]).

---

rebellium princeps, capto altero Batone, Breucorum, Pannoniae gentis, duce, Tiberio se dedit Coss. P. Cornelio Dolabella, C. Iunio Silano a. U. c. 763. p. Chr. 10. Ol. CXCVII, ½. Auctor Dio LVI, 16. Cf. Suet. Tiber. cap. 20.

1427) *Ἀσιατικὸς Ἁλικαρνασσεὺς*] Africanus apud Euseb. l. l.

1428) *Ἡ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων*] Varus una cum tribus legionibus a Cheruscorum duce Arminio trucidatus est C. Poppaeo Sabino, Q. Sulpicio Camerino a. U. c. 762. p. Chr. 9. Ol. $\frac{\text{CXCVI, 4.}}{\text{CXCVII, 1.}}$ Testis Dio LVI, 18 — 24. Cf. Vellei. II, 117 — 120, Tacit. Ann. I, 68, Flor. IV, 12, 35, Suet. Aug. cap. 23. Tiber. capp. 16. 17., Oros. VI, 21, Strabo VII. p. 201 seq.

1429) *Τιβέριος κατὰ τῶν Γερμανῶν*] Tiberius triumphum sibi, postquam Germaniam pacavit, Illyricum domuit, Pannoniam in ditionem redegit, C. Poppaeo Sabino, Q. Sulpicio a. U. c. 762. p. Chr. 9. Ol. $\frac{\text{CXCVI, 4.}}{\text{CXCVII, 1.}}$ a senatu decretum [v. Dio LVI, 18], ipse maesta tum civitate clade Variana distulit, annoque proximo [v. Suet. Tib. cap. 18.] Germaniam repetiit. Ubi quum biennium [a. p. Chr. 10. et 11.] mansisset, Romam reversus, triumphum, quem dilataverat, egit a. p. Chr. 12. U. c. 765. Olymp. CXCVII, ¾. Auctor Suetonius Tib. cap. 19.: *A Germania in Urbem post biennium regressus triumphum quem distulerat egit, prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat.* Cf. Vellei. II, 121 seq.

1430) *Γάϊος Καλιγόλας*] Suetonius Calig. cap. 8.: *Caesar natus est pridie Kal. Septembres, patre suo* [Germanico] *et C. Fonteio Capitone Coss.* i. e. p. Chr. 12. a. U. c. 765. Ol. CXCVII, 4.

1431) *Διοφάνης Προυσαεὺς*] Africanus apud Euseb. l. l. Post *Προυσαεὺς* verba *πρὸς Ὀλύμπῳ* adiicienda esse docet Interpres Armeniacus.

1432) *Ἀριστέας Στρατονικεὺς ἢ Μαιάνδριος*] Totidem verbis habes apud Africanum in Euseb. *χρον. λογ.* l. l. *Μαιάνδριος* Scaliger de coniectura scripsisse videtur: certe Crameri Anecdota Gr. Par. P. II. p. 151. *Μέανδρος* exhibent. Confirmant autem coniecturam illam Maii Armeniaca. De Aristea Stratonicensi testis est etiam Pausanias V, 21, 5, cui tamen [cf. quae disputavimus ad Ol. CXLII. s. n. 1157.] *ἕκτος* est *ἀφ' Ἡρακλέους πάλης καὶ παγκρατίου* victor.

1433) *Αὔγουστος ἐτελεύτησε*] Anni prochronismus. Obiit Augustus duobus Sextis Pompeio et Apuleio Coss. a. U. c. 767. p. Chr. 14. Kal. Sept. Olymp. CXCVIII, 2. Auctores Suetonius Aug. cap. 100., Tacitus Ann. I, 7, Dio LVI, 29 — 47.

1434) *Τὰ στρατόπεδα ἐν Παννονίαις*] Anni prochronismus. Iisdem Coss., quibus Tiberius imperium auspicatus est, Pannonicas legiones tres gravis seditio incessit. Proinde [v. not. 1433.] a. p. Chr. 14. Ol. CXCVIII, 2. Auctores Dio LVII, 4 et Tacitus Ann. I, 7.

1435) *ἡ σελήνη ἐξέλειψεν*] Milites in Pannonia tumultuantes lunae terret deliquium: de quo testes Dio LVII, 4. et Tacitus Ann. I, 28. Cf. Scaliger Emend. Tempp. lib. V. p. 465. Pertinet haec quoque nota ad Olymp. CXCVIII, 2. Vid. nott. 1433. 1434.

1436) *Ἡ βουλὴ τὸν Αὔγουστον*] Anni rursus prochronismus. Dio LVI, 46 init. Coss. Sexto Pompeio, Sexto Apuleio: *τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ καὶ ἱέρειάν τε τὴν Λιουΐαν, Ἰουλίαν τε, τὴν καὶ Αὐγοῦσταν ἤδη καλουμένην, ἀπέδειξαν.*

1437) *Γερμανικὸς ὁ υἱὸς Δρούσου*] Germanicum Druso Caesare, C. Norbano Coss. a. U. c. 768. p. Chr. 15. Ol. CXCVIII, ⅔. expeditionem in Germaniam suscepisse Tacitus Annal. I, 56 testatur his verbis: *Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, et tumultuarias catervas Germanorum cis Rhenum colentium, Caecinae tradit: totidemque legiones, duplicem sociorum numerum, ipse duxit.* Cf. Dio LVII, 18. Est autem haec altera Germanici in Germaniam expeditio, suscepta eo ipso anno, quo propter

γ. *Βιτέλλιος ὁ μοναρχήσας ἐγεννήθη*[1438]).
δ. *Οἱ μαθηματικοί, καὶ οἱ γόητες τῆς Ἰταλίας ἐκκηρύττονται*[1439]).
ΟΔ. ΡϘΘ. *Αἰσχίνης Μιλήσιος ὁ Γλαυκίας στάδιον*[1440]). *ἀπεδόθη τῶν ἵππων ὁ δρόμος πάλαι κωλυθείς, καὶ ἐνίκα Τιβερίου Καίσαρος τέθριππον*[1441]).
α. *Τιβέριος Ἀρχέλαον τῆς Καππαδοκῶν βασιλείας κατέπαυσε, καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν Ῥωμαίων ἐπαρχία γενομένη ἱππεῖ ἐπετράπη*[1442]). *Γερμανικὸς Καῖσαρ κατὰ Χερούσκων ἐθριάμβευσε*[1443]). *Κατὰ τὴν Κελτικὴν Γερμανικὸς τοὺς βαρβάρους κατὰ τὸ καρτερὸν νικήσας, τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων συνέλεξέ τε καὶ ἔθαψε, καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκτήσατο*[1444]).
β. *Δώδεκα πόλεις κατὰ τὴν Ἀσίαν σεισμῷ κατεβλήθησαν*[1445]).
γ.
δ.

---

priorem, ad quam ab Augusto sene missus fuerat [V. Vellei. II, 123, 1. coll. Oros. VII, 4 et Tacit. Ann. I, 31], triumphum [Cf. Tacit. Annal. I. cp. 55.] acceperat decretum.

1438) *Βιτέλλιος ὁ μοναρχήσας*] Suetonius Vitell. cap. 3.: ***Aulus Vitellius L. filius IMP. natus est octavo Kalend. Octobr., vel ut quidam VII. Idus Septembr. Druso Caesare, Norbano Flacco Coss.*** i. e. a. U. c. 768. p. Chr. 15. Ol. CXCVIII, 3.

1439) *Οἱ μαθηματικοὶ καὶ οἱ γόητες*] Testis Dio LVII, 15. Statilio Sisenna Tauro, L. Libone a. U. c. 769. p. Chr. 15. Ol. CXCVIII, $\frac{3}{4}$.: *καὶ πάντας τοὺς ἄλλους, τούς τε ἀστρολόγους, καὶ τοὺς γόητας, εἴτε τινα ἕτερον καὶ ὁποιονοῦν τρόπον ἐμαντεύετό τις, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε* (*ὁ Τιβέριος*), *τοὺς δὲ πολίτας, ὅσοι καὶ τότε ἔτι, μετὰ τὸ πρότερον δόγμα, δι' οὗ ἀπηγόρευτο μηδὲν τοιοῦτον ἐν τῇ πόλει μεταχειρίζεσθαι, ἐσηγγέλθησαν τῇ τέχνῃ χρώμενοι, ὑπερώρισε.* De mathematicis [v. Suet. Tib. 36.] et magis a Tiberio Italia expulsis auctor est etiam Tacitus Annal. II. cp. 32.

1440) *Αἰσχίνης Μιλήσιος*] Totidem verbis Africanus apud Euseb. l. l. Sed quid sibi vult additum illud *ὁ Γλαυκίας*? Diffindit nodum facili opera Krausius Olymp. p. 238: ***Er wird bei Africanus auch Glaucias genannt.*** Sic Maius quoque: *qui et **Glaucias***, quasi vero scriptum esset: *ὁ καὶ Γλαυκίας.* Ego scribendum censeo *ὁ Γλαυκιᾶς,* quo titulo honoratum puto Aeschinem, tanquam *qui ardentibus oculis inter currendum circumspexerit,* a *γλαυκιάω.* Vid. Olymp. CCXXVII. not. 1512. coll. Olymp. LXVII. not. 242.

1441) *ἀπεδόθη τῶν ἵππων ὁ δρόμος*] Testis idem Africanus l. l.

1442) *Τιβέριος Ἀρχέλαον τῆς Καππαδοκῶν βασιλείας*] Dio LVII, 17 C. Caecilio Rufo, L. Pomponio Flacco Coss. a. U. c. 770. p. Chr. 17. Ol. $\frac{\text{CXCVIII, 4.}}{\text{CXCIX, 1.}}$: *τὸν δὲ δὴ Ἀρχέλαον* [*ὁ Ἀρχέλαος οὗτος πρὸς μὲν πατρὸς ἐκ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀντιπολεμησάντων ἦν, ἐκ δὲ μητρὸς ἑταίρας Γλαφύρας ἐγεγέννητο·* Idem XLIX, 32] *τὸν τῆς Καππαδοκίας βασιλέα δι' ὀργῆς σχὼν . . . . . μετεπέμψατο, ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν . . . . . τότε μὲν οὕτως ὁ Ἀρχέλαος ἐσώθη, ἄλλως δ' οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέθανε. κἀκ τούτου καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο καὶ ἱππεῖ* [*Q. Veranio:* Tac. Ann. II, 56.] *ἐπετράπη.* Idem tradit Tac. Ann. II, 42. Cf. Suet. Tib. 38., Eutrop. VII, 11, Strab. XII, p. 384, 32. XVII. p. 547 extr. Cf. Clint. FF. HH. T. III. Append. X. p. 438.

1443) *Γερμανικὸς Καῖσαρ κατὰ Χερούσκων*] Anni metachronismus. Germanicus Caesar de Cheruscis, Cattisque et Angivariis triumphavit C. Caecilio, L. Pomponio Coss. a. U. c. 770. p. Chr. 17. a. d. VII. Kal. Iun. Olymp. CXCVIII, 4. Auctor Tacitus Ann. II, 41. Cf. Oros. VII, 4.

1444) *Κατὰ τὴν Κελτικὴν Γερμανικὸς*] Dio LVII, 18 iisdem Coss.: *Γερμανικὸς δὲ τῇ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατείᾳ φερόμενος εὖ, μέχρι τε τοῦ Ὠκεανοῦ προεχώρησε, καὶ τοὺς βαρβάρους κατὰ τὸ καρτερὸν νικήσας, τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων συνέλεξέ τε καὶ ἔθαψε, καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκτήσατο.* Duas receptas aquilas memorat etiam Tacitus Ann. I. cp. 60. II. cp. 25. Tertiam aquilam demum recuperatam constat sub Claudio. Cf. nos ad Ol. CCV, 1. s. n. 1480.

1445) *Δώδεκα πόλεις*] Syncellus p. 319 B.: *Ἰγ' πόλεις κατεπτώθησαν Ἔφεσος, Μαγνησία, Σάρδεις, Μοστίνη* [*Μοσθηνοί·* Ptolemaeus. ***Mosthene:*** Euseb. Hieronymi et Maii. ***Mosteni:*** Tacitus. ***Mostene:*** Euseb. Aucheri], *Αἶγαι, Ἱεροκαισάρεια, Φιλαδέλφεια, Τμῶλος, Τῖμος* [***Temnus*** Eusebius Hieronymi et Maii, item Tacitus; ***Temus*** Eusebius Aucheri], *Μύρινα, Κύμη, Ἀπολλωνία, Δία, Ὑρκανία.* Fons Syncelli Eusebius illum terrae motum ad Olymp. CXCIX, 2. annotat. De postremis conf. Scaliger in Animadvv. ad Euseb. p. 183 b.: ***Aut Dia separatim legendum, et ita XIV. urbes erunt, non XIII., aut Dia Hyrcania coniunctim.*** Quartam decimam urbem Cibyram addit Nicephorus Hist. Eccles. I, 17, quam Tacitus Ann. IV, 13 demum C. Asinio, C. Antistio Coss. a. U. c. 776. p. Chr. 23. Ol. CC, $\frac{2}{3}$. labefactatam memorat. Caeteri, qui de hoc terrae tremore loquuntur, Plinius II, 84, Seneca Quaestt. Nat. VI, 1, Solinus cp. 43., duodecim urbes collapsas tradunt, quarum nomina prolaturus Tacitus Ann. II, 47. Coss. Caecilio, L. Pomponio a. U. c. 770. p. Chr. 17. Ol. $\frac{\text{CXCVIII, 4.}}{\text{CXCIX, 1.}}$: ***Asperrima,*** inquit, ***in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiae traxit: nam centies sestertium pollicitus Caesar, et quantum aerario aut fisco pendebant, in quin-***

ΟΛ. Σ. Πολέμων Πετραῖος στάδιον[1446]).
α. Τιβέριος εἰς τὴν Καμπανίαν ἀνεχώρησε[1447]).
β.
γ.
δ. Ὁ κατὰ Λιβύην πόλεμος διὰ Δολοβέλλου τοῦ Τακφαρίναν καταπολεμήσαντος τέλος ἔσχε[1448]).

ΟΛ. ΣΑ. Δαμασίας Κυδωνιάτης στάδιον[1449]).
α. Σαραπίων Ἀλεξανδρεὺς παγκρατιαστὴς ὑπὸ Ἑλλανοδικῶν ἐζημιώθη ἐπὶ δειλίᾳ[1450]).
β. Πάλιν Τιβέριος εἰς τὴν Καμπανίαν ἀνεχώρησε[1451]). Κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τῇ Φιδηνάτων πόλει τοῦ ἀμφιθεάτρου πεσόντος πέντε μυριάδες ἀνθρώπων διεφθάρησαν[1452]).
γ. Ἰουλία Αὐγούστου ἔκγονος διὰ μοιχείαν εἰς νησίδιον ὑπὸ τοῦ πάππου ἐξορισθεῖσα εἰκοστῷ τῆς ἐξορίας ἔτει ἐτελεύτησε[1453]).
δ.

---

quennium remisit. Magnetes a Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Aegeatas, Apollonidenses, quique Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur, et Hierocaesaream, Myrinam, Cymen, Tmolum levari idem in tempus tributis, mittique ex senatu placuit, qui praesentia spectaret foveretque. Tiberii erga has urbes munificentiae meminerunt etiam Dio LVII, 17, Strabo XII. p. 398 seq., Apollonius Grammat. ap. Phleg. de Mirabb. cp. 13., Orosius VII, 5 extr. Vid. Fabric. ad Dion. l. l. et Scal. Animadvv. Euseb. p. 183 a. b.

1446) *Πολέμων Πετραῖος*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l., ubi *Πατρεὺς* pro *Πετραῖος* legi voluit Corsinus F. A. IV. p. 150.

1447) *Τιβέριος εἰς τὴν Καμπανίαν*] Auctor Tacitus Annal. III. cp. 31.: *Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus consulatus* [a. U. c. 774. p. Chr. 21. Olymp. $\frac{\text{CXCIX}, 4.}{\text{CC}, 1}$] *patris atque filii collegio insignis. Nam biennio ante Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo laetus, neque natura tam connexus fuerat. Eius anni principio* [proinde potius Olymp. CXCIX, 4.] *Tiberius, quasi firmandae valetudini, in Campaniam concessit, longam et continuam absentiam paullatim meditans, sive, ut, amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret.* Cf. not. 1451.

1448) *Ὁ κατὰ Λιβύην πόλεμος*] Testis Tacitus Ann. IV, 23: *Is demum annus* [scil. quo consulatum gesserunt Sex. Cornel. Cethegus, L. Visellius Varro, a. U. c. 777. p. Chr. 24. Ol. CC, $\frac{3}{4}$.] *populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit.* Imposuit autem, uti deinceps explicat Tacitus, finem bello P. Dolabella. Tacfarinas captivitatem haud inulta morte effugit. Dolabellae petenti conceditur triumphus.

1449) *Δαμασίας Κυδωνιάτης*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l., ubi tamen *Κυδωνειάτης* exaratum est. Codex Armen. corrupte *Δάμας* pro *Δαμασίας* praebet.

1450) *Σαραπίων Ἀλεξανδρεὺς*] Testis Pausanias V, 21 extr.

1451) *Πάλιν Τιβέριος*] Tacitus Ann. IV, 57: *Inter quae, diu meditato prolatoque saepius consilio, tandem* [i. e. Cn. Lentulo Gaetulico, C. Calvisio Consulibus Ol. CCI, $\frac{1}{2}$. a. U. c. 779. p. Chr. 26.] *Caesar iit Campaniam, specie dedicandi templa, apud Capuam Iovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul urbe degere.* Idem tradit Dio LVIII. limit. Cf. Suet. Tib. 39.

1452) *Κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τῇ Φιδηνάτων πόλει*] Tacitus Annal. IV. cp. 62.: *M. Licinio, L. Calpurnio Coss.* [a. U. c. 780. p. Chr. 27. Ol. CCI, $\frac{2}{3}$.] *ingentium bellorum cladem aequavit malum improvisum. Eius initium simul et finis extitit. Nam coepto apud Fidenam amphitheatro, Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit: ut qui non abundantia pecuniae, nec municipali ambitione, sed in sordida mercede id negotium quaesivisset. Adfluxere avidi talium imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre secus omnis aetas, ob propinquitatem loci effusius: unde gravior pestis fuit, conferta mole, deinde convulsa, dum ruit intus aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabant, praeceps trahit, atque operit . . . . Quinquaginta hominum millia* (cp. 63.) *eo casu debilitata vel obtrita sunt.* In numero caesorum a Tacito discrepant Orosius VII, 4 et Suetonius Tib. 40., qui XX hominum millia ruina illa amphitheatri Fidenatis perisse scribunt. Suetonius etiam tempus variat, Capreas Tiberium petitas iam habuisse dicens quum amphitheatrum illud conciderit. Id quod Tacitus (cp. 67.) ante Tiberii secessum collocat.

1453) *Ἰουλία Αὐγούστου ἔκγονος*] Tacitus Ann. IV, 71: *Per idem tempus* [App. Iunio Silano, P. Silio Nerva Coss. a. U. c. 781. ineunte a. Chr. 28. Ol. CCI, 3.] *Iulia mortem obiit, quam neptem Augustus, convictam adulterii, damnaverat proieceratque in insulam Trimerum, haud procul Apulis litoribus. Illic viginti*

p. 339 a. *ΟΛ. ΣΒ. Ἑρμογένης Περγαμηνὸς στάδιον*[1454]).

α. Τιβέριος διετάξατο μὴ ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τῶν καταψηφισθέντων τινὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς[1455]). *Λιβία, ἡ καὶ Ἰουλία, Τιβερίου μήτηρ, ἐτελεύτησεν*[1456]).

β. Τιβέριος ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε καὶ μηδαμῇ τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξε[1457]).

γ. Σηϊανὸς Δροῦσον, καὶ Λιουΐλλαν τὴν αὐτοῦ γαμετὴν φαρμάκῳ ἀνεῖλε[1458]). *Σηϊανὸς τυραννίδι ἐπιθέμενος πανοικεὶ ἐξωλοθρεύθη*[1459]).

δ. ***ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΑΘΟΣ ΣΩΤΗΡΙΟΝ***[1460]).

---

annis exilium toleravit, Augustae ope sustentata: quae florentes privignos cum per occultum subvertisset, misericordiam erga adflictos palam ostentabat.

1454) *Ἑρμογένης Περγαμηνὸς*] Ex Africano apud Euseb. l. l., ubi tamen ***Περγαμινὸς*** scriptum extare docent Anecdota Crameri Par. Tom. II. p. 151.

1455) *Τιβέριος διετάξατο μὴ ἀποθνήσκειν*] Hoc senatusconsultum errore typographi aut ipsius Scaligeriani calami in hunc locum irrepsit. Factum enim est toto octennio ante hunc, in quo versamur, annum. Tacitus Ann. III, 51. T. Caesare IV., Iulio Druso II. Coss. a. U. c. 774. p. Chr. 21.: *Igitur factum S. C., ne decreta patrum ante diem decimum ad aerarium deferrentur, idque vitae spatium damnatis prorogaretur.* Dio LVII, 20. sub iisdem Coss.: *ὁ οὖν Τιβέριος . . . . ἐπετίμησέ τε αὐτοῖς (τοῖς βουλευταῖς), καὶ δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ' αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα, τὸ ἐπ' αὐτῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι.* Idem hoc decretum etiam commemorat lib. LVIII, 27: *ὅτι γε οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς πρὸ τῶν δέκα ἡμερῶν ἀποθανεῖν* Cf. Suet. Tib. 75.

1456) *Λιβία ἡ καὶ Ἰουλία*] Tacitus Ann. V, 1: ***Rubellio et Fufio Coss.*** [a. U. c. 782. p. Chr. 29. Ol. $\frac{\text{CCI, 4.}}{\text{CCII, 1.}}$] *quorum utrique Geminus cognomentum erat, Iulia Augusta mortem obiit, aetate extrema, nobilitatis per Claudiam familiam, et adoptione Liviorum Iuliorumque clarissimae. Primum ei matrimonium et liberi fuere cum Tiberio Nerone, qui bello Perusino profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumviros pacta, in urbem rediit.* Vixit Livia secundum alios LXXXII., secundum alios LXXXVI. annos. Plinius N. H. XIV, 6.: *Iulia Augusta LXXXII. annos vitae Pucino rettulit acceptos, non alio vino usa.* At Dio lib. LVIII, 2: *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ ἡ Λιουΐα μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα.*

1457) *Τιβέριος ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης*] Hoc D. Haterio Agrippa, C. Sulpicio Galba a. U. c. 775. p. Chr. 22. Olymp. CC, $\frac{1}{2}$. gestum enarrat Dio LVII, 21: *τοὺς δὲ ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε (ὁ Τιβέριος), καὶ μηδαμόθι τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξεν, ὅτι τάς τε γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ στάσεις ἤγειρον.* Tacitus vero Annal. IV, 14 extr. histriones C. Asinio, C. Antistio Coss. a. U. c. 776. p. Chr. 23. Ol. CC, $\frac{2}{3}$. ex Italia expulsos esse testatur. Memorat rem etiam Suetonius Tiber. cap. 37. Scaliger igitur in tempore assignando octo, aut novem annorum metachronismum commisit.

1458) *Σηϊανὸς Δροῦσον καὶ Λιουΐλλαν*] Drusus e Dionis lib. LVII, 22 testimonio D. Haterio Agrippa, C. Sulpicio Galba Coss. a. U. c. 775. p. Chr. 22. Olymp. CC, $\frac{1}{2}$. hoc modo periit: *Σηϊανὸς ἐπί τε τῇ ἰσχύϊ καὶ ἐπὶ τῷ ἀξιώματι ὑπερμαζήσας, τά τε ἄλλα ὑπέρογκος ἦν, καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐτράπετο. καί ποτε πὺξ αὐτῷ [τῷ Σηϊανῷ ὁ Δροῦσος] ἐνέτεινε.* [cf. Tacit. Annal. IV, 3. Dionem non recte intellexit Zonaras Annal. IX, 2. 549.] *φοβηθείς τε ἐκ τούτου καὶ ἐκεῖνον καὶ τὸν Τιβέριον, καὶ ἅμα καὶ προσδοκήσας, ἂν τὸν νεανίσκον ἐκποδὼν ποιήσηται, καὶ τὸν γέροντα ῥᾷστα μεταχειριεῖσθαι, φάρμακόν τι αὐτῷ διά τε τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων καὶ διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἥν τινες Λιουΐλλαν ὀνομάζουσιν, ἔδωκε.* At insequenti anno, quo cum C. Asinio consul fuit C. Antistius, mortem Drusi assignat Tacitus Annal. IV, 8: *Igitur Seianus, maturandum ratus, deligit venenum, quo paullatim inrepente, fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per Lygdum spadonem, ut octo post annos cognitum est.* Scaliger igitur Drusi mortem ei anno ascripsisse videtur, quo qui eius auctor extitisset, apertum est. Aperuit autem hoc Apicata, Seiani uxor, quae libello, quo rem declaraverat, ad Tiberium misso sibi mortem intulit. *Καὶ οὕτως*, ait Dio LVIII, 11, *ὁ Τιβέριος ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ, καὶ διελέγξας τὰ γεγραμμένα, τούς τε ἄλλους πάντας καὶ τὴν Λιουΐλλαν ἀπέκτεινεν*, sese V., Seiano coss. a. U. c. 784. p. Chr. 31. Ol. CCII, $\frac{2}{3}$.

1459) *Σηϊανὸς τυραννίδι ἐπιθέμενος*] L. Aelius Seianus, qui iam dudum Tiberio propter crescentem quotidie potestatem suspectus fuerat [Dio LVIII, 4.], illius iussu raptus in carcerem necatus, corpusque eius in Tiberim deiectum est, consule Tiberio V. solo i. e. 784. a. U. c. p. Chr. 31. Ol. CCII, $\frac{2}{3}$., ut est in lapide Interamnate. Cf. Scal. Animadvv. ad Euseb. MML. p. 188 a.

1460) *ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΑΘΟΣ ΣΩΤΗΡΙΟΝ*] Auctor Phlego ap. Syncellum p. 324 seq. Syncellus rursus sua sumpsit ab Eusebio Hieronymi ad Olymp. CCII, 3. Maii ad Olymp. CIII, 1. Cassiodorus Christum anno U. c. 784. p. Chr. 31. VIII. Kal. Apriles, proinde Olymp. CCII, 2., mortem passum esse refert. Cf. Orosius VII, 4. De verbis vid. Eusebius Scal. p. 78, 11: *πάντα τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι σωτηρίου πάθους καὶ τῆς ζωοποιοῦ ἀναστάσεως ἔτη ͵ΕCΛΒʹ.* Cedrenus 161, 46: *φησὶ δὲ Εὐσέβιος, ὅτι τῷ ιεʹ ἔτει*

ΟΛ. ΣΓ. *Ἀπολλώνιος Ἐπιδαύριος στάδιον*[1461]).

α. *Τιβέριος τό τε πρᾶγμα το κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν, ὥστε αὐτὰς ὑπ᾽ ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτοκεὶ τοῖς δεομένοις εἰς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι*[1462]). *Ἀσίνιον Γάλλον τῇ πατρῴᾳ παρρησίᾳ ἀκαίρως χρησάμενον ὁ Τιβέριος ἀνεῖλε*[1463]).

β. *Ἐν τῇ Ῥώμῃ οἱ ὕπατοι τὴν τῆς Τιβερίου ἀρχῆς δεκετηρίδα δευτέραν ἑώρτασαν*[1464]).

γ. *Ὁ Τίβερις πολλὰ τῆς πόλεως ἐπέκλυσεν, ὥστε πλευσθῆναι, καὶ πυρὶ πολὺ πλείω περί τε τὸν ἱππόδρομον καὶ περὶ τὸν Ἀουεντῖνον διεφθάρη*[1465]). *Ὁ Φοίνιξ ὄρνεον ἐν Αἰγύπτῳ ὤφθη*[1466]).

δ.

ΟΛ. ΣΔ. *Σαραπίων Ἀλεξανδρεὺς στάδιον*[1467]). *Στράτις Ἀργεάτης πάλην παὶ παγκράτιον ὄγδοος ἀφ᾽ Ἡρακλέους, ἔτι παραβραβευόντων Ἀργείων τοὺς δυναμένους*[1468]).

βαπτίζεται ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (συνῳδὰ τῷ εὐαγγελίῳ) καὶ ἐν τῷ ιη΄ τὸ σωτήριον ὑπέστη πάθος ἐν ἔτει τοῦ κόσμου ͵Εφλθ΄. Cf. Scal. Animadvv. p. 185 a.

1461) *Ἀπολλώνιος Ἐπιδαύριος*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1462) *Τιβέριος τό τε πρᾶγμα*] Dio lib. LVIII, 21. Servio Sulpicio Galba, L. Cornelio Sulla Coss. a. U. c. 786. p. Chr. 33. Olymp. $\frac{\text{CCII, 4.}}{\text{CCIII, 1.}}$: *τό τε πρᾶγμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας ναὶ πεντακοσίας μυριάδας τῷ δημοσίῳ ἔδωκεν, ὥστ᾽ αὐτὰς ὑπ᾽ ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτοκεὶ τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι.* Idem tradit Tacitus Annal. VI, 17.

1463) *Ἀσίνιον Γάλλον τῇ πατρῴᾳ παρρησίᾳ*] C. Asinius Gallus, qui ob importunam in dicendo libertatem Tiberii odium contraxerat, in vincula coniectus quum per triennium in carcere habitus esset, tandem supplicio afficitur Coss. Servio Gallo, Cornel. Sulla a. U. c. 786. p. Chr. 33. Olymp. $\frac{\text{CCII, 4.}}{\text{CCIII, 1.}}$ Auctor Dio LVIII, 23 extr. Cf. de *πατρῴᾳ* Galli *παρρησίᾳ* eiusdem lib. LVII, 2. LVIII, 3.

1464) *Ἐν τῇ Ῥώμῃ οἱ ὕπατοι τὴν τοῦ Τιβερίου*] Dio lib. LVIII, 24: *οἱ δ᾽ ὕπατοι Λούκιός τε Οὐετέλλιος καὶ Φάβιος Περσικὸς* [a. U. c. 787. p. Chr. 34. Olymp. CCIII, ½.] *τὴν δεκετηρίδα* [sic Fr. Guil. Sturzius, qui tamen alii Dionis loco LVII, 24 propter ea, quae Lobeckius ad Phryn. Epimetr. p. 407 disputavit, *δεκαετηρίς* restituit] *τὴν δευτέραν ἑώρτασαν·* [*οὕτω γὰρ αὐτήν, ἀλλ᾽ οὐκ εἰκοσετηρίδα ὠνόμαζον*] *ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις αὐτῷ (τῷ Τιβερίῳ) κατὰ τὸν Αὔγουστον διδόντες. τήν τε οὖν ἑορτὴν ἅμα ἐποίουν καὶ ἐκολάζοντο.* Spectatur mos celebrandi decennalia ab Augusto inductus, quamvis eius successores, non, ut Augustus, in decennium tantum, sed in perpetuum imperium essent auspicati. Cf. Dio p. 507 A. Fabric. Initium Tiberii numeratur ab eo tempore, quo Augustum excepit defunctum, a. U. c. 767. p. Chr. 14. Olymp. CXCVIII, 2. duobus Sextis Coss., proinde ut decennalia, quorum mentio fit ap. Dion. LVII, 24 init. a Scaligero omissa, a. U. c. 777. p. Chr. 24. Cornelio Cethego et Visellio Varrone Coss. Ol. CC, 4., vicennalia autem a. U. c. 787. p. Chr. 34. Ol. CCIII, 2. L. Vitellio, Fabio Persico Coss. celebrata sint.

1465) *Ὁ Τίβερις πολλὰ τῆς πόλεως*] Idem auctor Cassius Dio lib. LVIII, 26 extr.: *Σέξτου δὲ δὴ Παπινίου μετὰ Κυΐντου Πλαυτίου ὑπατεύσαντος* [a. U. c. 789. p. Chr. 36. Ol. CCIII, ¾.], *ὅ τε Τίβερις πολλὰ τῆς πόλεως ἐπέκλυσεν, ὥστε πλευσθῆναι, καὶ πυρὶ πολὺ πλείω περί τε τὸν ἱππόδρομον καὶ περὶ τὸν Ἀουεντῖνον ἐφθάρη. ὥστε τὸν Τιβέριον δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τοῖς ζημιωθεῖσί τι ἀπ᾽ αὐτοῦ δοῦναι.* Idem testatur Tacitus Ann. VI, 45.

1466) *Ὁ Φοίνιξ ορνεον*] Dio LVIII, 27 init.: *εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προςήκει, ὁ φοῖνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη*, scil. quo Sex. Papinius, Q. Plautius consulatu fungebantur. Consentit cum Dione Plinius X. 2: *Cornelius Palerianus phoenicem devolasse in Aegyptum tradidit Q. Plautio, Sex. Papinio Coss.* Idem refert Solin. cp. 36. At Tacitus Ann. VI, 28 biennio prius factum tradit: *Paullo Fabio, L. Vitellio Coss. post longum seculorum ambitum avis Phoenix in Aegyptum venit.* Cf. Zonar. Ann. XI, 3. p. 551.

1467) *Σαραπίων Ἀλεξανδρεὺς*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1468) *Στράτις Ἀργεάτης*] *Ἀργείων* pro *Ἠλείων*, quod infestari omnino non debebat, et *Στράτις* pro *Στράτος* de coniectura scripsit Scaliger. Cod. Euseb.: *Στράτος Ἀργεάτης πάλην καὶ παγκράτιον, ὄγδοος ἀφ᾽ Ἡρακλέους, ἔτι παραβραβευόντων τῶν Ἠλείων τοὺς δυναμένους.* Sed verum victoris nomen est *Νικόστρατος*, uti nos docent Maii Armeniaca et Paus. V, 21, 5, quorum tamen alter quod eum septimam ab Hercule luctae et quinquertii palmam accepisse dicit, suo iure fecit, de quo ad Olymp. CXLII. diximus. Attamen mira profecto Eusebiani librarii fortuna fuit, ut quas syllabas [*-νικος*] Olymp. CCIV. victori [*Νικόστρατος*] praeripuerat, easdem athletae nomini, Ol. CXXXVIII. *πάλῃ ὁμοῦ καὶ παγκρατίῳ* coronati [*Στράτων*], affigeret. Praeterea Eusebius victorem nostrum *Ἀργεάτην* appellat. Et hoc falsum

α. *Τιβέριος ἐν Μισηνῷ τῆς Καμπανίας νόσῳ μετήλλαξεν*[1469]. *Ὁ Καλιγόλας Ἀντιόχῳ τε τοῦ Ἀντιόχου τὴν Κομμαγηνήν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, καὶ προςέτι καὶ τὰ παρα θαλάσσια τῆς Κιλικίας δούς, καὶ Ἀγρίππαν τὸν τοῦ Ἡρώδου ἔκγονον λύσας τε (ὑπὸ γὰρ τοῦ Τιβερίου ἐδέδετο) καὶ τῇ τοῦ πάππου ἀρχῇ προςτάξας τὸν ἀδελφόν, ἢ καὶ τὸν υἱὸν οὐχ ὅτι τῶν πατρῴων ἀπεστέρησεν ἀλλὰ καὶ κατέσφαξε*[1470]. *Γάϊος Αὐγούστου ἡρῷον ὡσίωσε*[1471]. *Γάϊος ἔγημε Λολλίαν Παυλίναν αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ*[1472].

β.

γ. *Γάϊος τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀποδέδωκε, καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε*[1473]. *Γάϊος τὸ μεταξὺ τῶν Ποντεόλων τε καὶ Βαύλων*

---

est. Accurate de eius patria sic scribit Paus. l. l.: *Νικόστρατος ἐκ τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ Κιλίκων, οὐδὲν τοῖς Κίλιξιν αὐτοῦ μετόν, εἰ μὴ ὅσα τῷ λόγῳ. τοῦτον τὸν Νικόστρατον νήπιον παῖδα ἔτι ἐκ Πρυμνησσοῦ λῃσταὶ τῆς Φρυγῶν ἥρπασαν, οἰκίας ὄντα οὐκ ἀφανοῦς, κομισθέντα δὲ αὐτὸν ἐς Αἰγέας ὠνήσατο ὅστις δή.* Strabo XIV. p. 465 hanc urbem *Αἰγαίας* appellat. Voluit igitur Eusebius manifesto *Αἰγεάτης*, quo sub nomine sine dubio se victorem renuntiari passus et in fastos relatus ab Eleis est. Cf. Cors. F. A. IV. pag. 151 cum Kraus. Olymp. p. 336. Sed ne sic quidem sana omnia sunt. Pergit enim post *Ἡρακλέους* cod. Arm. interpres Venetus: „post quem nemo extitit ulterius ab Hercule usque ad nos, negligentibus Heliensibus corona donare vel ipsos vi pollentes." Unde liquet, excidisse nonnulla in Graeco textu, quorum partem sic complet Niebuhr. Scriptt. philol. et hist. minor. p. 215: *ὕστερον δὲ οὐδεὶς τοιοῦτος ἀφ' Ἡρακλέους μέχρι ἡμῶν ἐγένετο, παραβραβευόντων* — hinc quae sequuntur perperam ab utroque cod. Haicani interprete intellecta ait. Cf. de Nicostrati robore Tacit. dial. de Oratt. cap. 10, Quint. II, 8, 14, Lucian. *πῶς δεῖ ἱστορίας συγγράφειν.* §. 9.

1469) *Τιβέριος ἐν Μισηνῷ*] Testis Dio lib. LVIII, 28 Cn. Proculo Pontio Nigrino Coss. a. U. c. 790. p. Chr. 37. Ol. $\frac{\text{CCIII, 4.}}{\text{CCIV, 1.}}$ *ἔφθασε γὰρ ἐν Μισηνῷ μεταλλάξας πρίν τι αὐτῶν μαθεῖν . . . . οὕτω δὴ μετήλλαξε τῇ ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ* [*εἰκοστῇ·* Zonar. Ann. XI, 3. 552. XVII. *Kal. Aprilis:* Suet. Tib. 73. et Tacit. Ann. VI, 50.] *τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ.* [rectius igitur Scaliger Ol. CCIII, 4. Tiberii mortem assignasset.] *ἐβίω δὲ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα* [Sic etiam Zonar. Annal. XI, 3. 552. Tiberii aetatem definit. Tacitus Ann. VI, 50 et Suet. Tib. 73. eum simpliciter anno aetatis LXXVIII. obisse tradunt], *ἀφ' ὧν ἔτη μὲν δύο καὶ εἴκοσι, μῆνας δὲ ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐμονάρχησε.* [Suffragatur Dioni Zonar. l. l. Tertullianus contra Iud. cp. 8. pro *ἡμέρας ἑπτὰ* dies XX. exhibet. Iosephus Antiqq. Iud. XVIII, 6, 10 c. Tiberium annos XXII. menses V. dies III. regnasse scribit].

1470) *Καλιγόλας Ἀντιόχῳ — — κατέσφαξε*] Hoc Cn. Proculo et Pontio Nigrino Coss. a. U. c. 790. 37. p. Chr. Olymp. $\frac{\text{CCIII, 4.}}{\text{CCIV, 1.}}$ gestum esse totidem verbis enarrat Dio lib. LIX, 8. Cf. Ios. Antiqq. Iud. XVIII, 8, 9, Philo in Flaccum p. 750, Euseb. Hieron. ad Olymp. CCIV, 1. Mai. Arm. ad Olymp. CCIV, 2. Vid. Scalig. Animadvv. ad Euseb. p. 188 n. MMLIII. Qui vero a Caio Commagenem cum Ciliciae maritimis accepisse traditur Antiochus, filius est eius Antiochi, quem Pompeius, Syria provincia facta, in Commagene regnare iusserat Ol. CLXXIX, 1., quemque Augustus Romam accitum a. U. c. 725. a. Chr. 29. Ol. CLXXIX, $\frac{3}{4}$. occiderat. Dio LII, 43. Ceterum Caius restitutam Antiocho Commagenen iterum ademit, quam tamen Ol. CCV, 1. a. U. c. 794. p. Chr. 41. iterum recuperavit a Claudio. Dio LX, 8.

1471) *Γάϊος Αὐγούστου ἡρῷον*] Auctor Dio LIX, 7 consulibus supra laudatis *ἐκ δὲ τούτου τὸ ἡρῷον τὸ τοῦ Αὐγούστου ὡσίωσε, τὴν ἐπινίκιον στολὴν ἐνδύς.* Cf. Suet. Tib. cp. 47. Calig. c. 21.

1472) *Γάϊος ἔγημε Λολλίαν Παυλίναν*] Hoc Dio LIX. cp. 12. totidem ferme verbis factum enarrat M. Aquillio Iuliano, P. Nonio Asprenate Coss., qui secundum eundem Dionem lib. LIX, 9 et Auctorem Chron. Pasch. Cn. Proculo et Pontio Nigrino Coss., Ol. CCIV, $\frac{1}{2}$. a. U. c. 791. p. Chr. 38. in magistratu successerunt. Scaliger tamen in Eusebio Graeco p. 203 M. Iulianum et P. Nonium Coss. Ol. CCIV, $\frac{2}{3}$. assignat, ante collocatis C. Caesare Caligula II. et L. Opronio Caesiano, quos cum Auctore Chron. Pasch. postponit Dio. Cf. Interpr. ad Suet. Calig. cp. 17. Scaligerum hoc loco Dionis fastos amplexum esse manifestum est. Exponit rem etiam Euseb. Hieron. ad Olymp. CCIV, 3. Mai. Arm. ad Olymp. CCIV, 1. Cf. Scal. Animadvv. ad Euseb. p. 188 b. n. MMLIII.

1473) *Γάϊος τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ*] Testis est Dio, qui lib. LIX. cap. 9.: M. Iuliano P. Nonio Coss. *ὅτι τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀποδέδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ᾠκει. καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε.* Cf. Suet. Calig. cap. 16. Scaliger igitur dissensionem [Cf. not. 1472.], quae de situ Consulum M. Iuliani et P. Nonii est, sic indicavit, ut duarum, quae sub eorum magistratu factae sunt, rerum alteram Olymp. CCIV, $\frac{1}{2}$., alterum Olymp. CCIV, $\frac{2}{3}$. assignaret. De centesima haec addo: Instituta fuerat centesima rerum venalium post bella civilia, teste Tac. Annal. I, 78, quam a. U. c. 768. p. Chr. 15. deprecante populo Tiberius edixit, militare aera-

ἐγεφύρωσε[1474]). *Γάϊος τὰς ἰδίας ἀδελφὰς μοιχεύσας, εἶτα εἰς τὰς Ποντίας νήσους κατέθετο*[1475]).

δ. Γάϊος ὑπὸ Χαιρέου ἀναιρεῖται[1476]).

ΟΛ. ΣΕ. Εὐβουλίδας Λαοδικεὺς στάδιον[1477]).

α. Κλαύδιος τοὺς Ἰουδαίους οὕτω πλεονάσαντας, ὥστε χαλεπὸν εἶναι ἄνευ ταραχῆς αὐτοὺς τῆς πόλεως ἐξελάσαι τῷ, πατρίῳ νόμῳ συναθροίζεσθαι ἐκώλυσε[1478]). *Κλαύδιος τῷ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ συμπράξαντί οἱ τὴν ἡγεμονίαν τήν τε* p. 339 b.
ἀρχὴν προςεπηύξησε, καὶ τιμὰς ὑπατικὰς ἔνειμε, τῷ τε ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἡρώδῃ τό τε στρατηγικὸν ἀξίωμα καὶ δυναστείαν τινὰ ἔδωκε[1479]). *Γάλβας ὁ Σουλπίκιος Χάττους ἐκράτησε, καὶ Πούπλιος Γαβίνιος* Μαυρουσίους νικήσας τά τε ἄλλα εὐδοκίμησε καὶ ἀετὸν στρατιωτικόν, ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν, ἐκομίσατο*[1480]).

β. Κλαύδιος τοὺς Λυκίους στασιάσαντας, ὥς καὶ Ῥωμαίων τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νόμον ἐσέγραψεν[1481]).

γ. Κλαύδιος τὴν Βρετανίαν διὰ Πλαυτίου παρεστήσατο· καὶ δὴ καὶ Βρετανικὸς αὐτός τε καὶ ὁ υἱὸς ἐκλήθησαν[1482]).

---

rium eo subsidio niti. Tacit. l. l. Receptae tamen post Archelai mortem Cappadociae a. U. c. 770. Chr. 17. fructibus levari posse centesimae vectigal ratus, ducentesimam in posterum statuit. Tacitus Annal. II, 42. Quum autem mox Tiberius ad pecuniam fieret attentior, a. U. c. 784. 31. p. Chr. post Seiani mortem pro ducentesima centesimam reduxit. Testis Dio LVIII, 16. Tacet id Tacitus, credo cum Lipsio, quia omnis ea historia extincta. Hanc igitur centesimam penitus sustulit Caligula, uti verbis laudatis auctor est Dio. Sed Suet. Calig. cp. 16.: *Ducentesimam auctionum Italiae remisit.* Verum ibi dudum Cod. Lislaei *centesimam* restituit doctissimus Is. Casaubonus, Comm. ed. Wolf. Tom. IV. p. 82, quod nec in ducentesimam mutare Ernestus, nec mutatum recipere Wolfius debebat.

1474) *Γάϊος τὸ μεταξὺ*] Testis Dio, qui LIX. cp. 17. Caio II., Lucio Apronio ex ipsius sententia Ol. CCIV, $\frac{2}{3}$., a. U. c. 792. Coss.: *Γάϊος δὲ ἐκείνης μὲν τῆς πομπῆς οὐδὲν προετίμησεν (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μέγα τι ἐνόμιζεν εἶναι, ἵππῳ δι' ἠπείρου διελάσαι) διὰ δὲ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ διϊππεῦσαι ἐπεθύμησε, γεφυρώσας τὸ μεταξὺ τῶν τε Ποτιόλων καὶ τῶν Βαύλων.*

1475) *Γάϊος τὰς ἰδίας ἀδελφὰς*] Tradit Dio LIX. cp. 22. Coss. supra laudatis: *τάς τε ἀδελφάς, ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ αὐτοῦ ἐς τὰς ποντίας νήσους διέθετο, πολλὰ περὶ αὐτῶν καὶ ἀσεβῆ καὶ ἀσελγῆ τῷ συνεδρίῳ γράψας.* Cf. Suet. Calig. cp. 15., Eutrop. VII, 12, Oros. VII, 5, Aurel. Vict. de Vitt. et Morr. imper. Roman. III.

1476) *Γάϊος ὑπὸ Χαιρέου*] Caius a Chaerea sese IV., Cn. Sentio Coss. Olympiad. $\frac{\text{CCIV, 4.}}{\text{CCV, 1.}}$ a. U. c. 794. p. Chr. 41. IX. Kal. Febr. [proinde Olymp. CCIV, 4.] postquam triennio et decem mensibus diebusque octo imperitavit (Suet. Calig. 58. 59.) occisus est. Auctor Dio LIX, 29. Alii Caligulae regni menses diesque aliter definiunt, de quibus cf. Io. Fabric. ad Dion. l. l.

1477) *Εὐβουλίδας Λαοδικεὺς*] Africanus ap. Euseb. l. l. tradit.

1478) *Κλαύδιος τοὺς Ἰουδαίους οὕτω πλεονάσαντας*] Testatur Dio, qui lib. LX, 6. Q. Pomponio Secundo Gaio IV. Caesari suffecto, Cn. Sentio Saturnino Ol. CCV, 1. Coss. *τούς τε Ἰουδαίους*, inquit, *πλεονάσαντας αὖθις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς, ἀπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν, τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μέν, τῷ δὲ δὴ πατρίῳ νόμῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναθροίζεσθαι.* Suet. Claud. cp. 25. de eadem re loquens: *Iudaeos,* ait, *impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit.*

1479) *Κλαύδιος τῷ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῳ*] Hoc Coss. iisdem factum esse totidem fere verbis tradit Dio LX, 7. Cf. Ioseph. Antiqq. Iud. XIX, 14.

1480) *Γάλβας ὁ Σουλπίκιος*] Auctor Dio, LX, 8: *καίτοι καὶ τούτῳ τῷ ἔτει* [i. e. Q. Pomponio Secundo, Cn. Sentio Saturnino Coss. Ol. $\frac{\text{CCIV, 4.}}{\text{CCV, 1.}}$] *ὅ τε Γάλβας ὁ Σουλπίκιος Χάττους ἐκράτησε, καὶ Πούπλιος Γαούΐνιος Μαυρουσίους νικήσας, τά τε ἄλλα εὐδοκίμησε, καὶ ἀετὸν στρατιωτικὸν (ὃς μόνος ἔτι παρ' αὐτοῖς ἐκ τῆς τοῦ Οὐάρου συμφορᾶς ἦν·* cf. ad Ol. CXCIX, 1.) *ἐκομίσατο. Μαυρουσίους*, quod Scaliger corruptum ratus asterisco notavit, mutavit in *Καύχους* Leunclavius, propter Suet. Claud. cp. 24., *Χερούσκους* coniecit Palmer. Exercitt. ad Scriptt. Gr. p. 265, suffragante Tac. Ann. XII, 28, *Μάρσους* Io. Fabric. ad Dion. l. l. innuente eodem Tacit. II, 25.

1481) *Κλαύδιος τοὺς Λυκίους στασιάσαντας*] Auctor Dio, qui lib. LX, 17. Claudio III. L. Vitellio II. Coss. a. U. c. 796. p. Chr. 43. ineunte, Ol. CCV, $\frac{2}{3}$. *τούς τε*, inquit, *Λυκίους στασιάσαντας κτλ.* ut supra. Cf. Suet. Claud. cp. 25.

1482) *Κλαύδιος τὴν Βρετανίαν*] Testatur Dio LX. cp. 21., Claudium cum L. Vitellio II. consulem tertium postquam Britannorum partem vicerit reliquosque A. Plautio subigendos mandarit, Romam conten-

δ. Κλαύδιος τὰ Βρεττανικὰ ἐπινίκια κατήγαγε[1483]). Κλαύδιος Μάρκῳ Ἰουλίῳ Κοττίῳ τὴν πατρῴαν ἀρχήν, ἣν ἐπὶ τῶν Ἄλπεων τῶν ὁμωνύμων εἶχε, προςεπηύξησε, βασιλέα αὐτὸν τότε πρῶτον ὀνομάσας[1484]). Κλαύδιος τῶν Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν ἀφείλετο, ὅτι Ῥωμαίων τινὰς ἀνεσκολόπισαν[1485]).

ΟΛ. ΣϚ. Οὐαλέριος Μιτυληναῖος στάδιον[1486]).

α. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ[1487]). Ἀνδρόγυνος ἐγεννήθη[1488]). Ἥλιος ἐξέλειψε[1489]).

β. Παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ ἀνεφάνη νησίδιόν τι οὐκ ὂν πρότερον[1490]).

γ. Δομίτιος Κορβούλων διετάφρευσε πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα, ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναρρέοντες πελαγίζωσιν[1491]).

δ. Μεσσαλίνης, καὶ τοῦ αὐτὴν μοιχεύσαντος Σιλίου φόνος[1492]).

ΟΛ. ΣΖ. Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς στάδιον[1493]).

---

disse, Magno et Silano praemissis victoriae nuntiis. (cp. 22.) *Μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία τὰ κατειργασμένα, Βρεττανικόν τε αὐτὸν ἐπεκάλεσε, καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ πέμψαι ἔδωκε .... τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἐπωνυμίαν ἐπέθεσαν, ὥστε καὶ κυρίως τρόπον τινὰ Βρεττανικὸν ὀνομασθῆναι.* Cf. Suet. Claud. cp. 17.

1483) *Κλαύδιος τὰ Βρεττανικὰ ἐπινίκια*] Tradit Dio LX. cp. 23. his verbis: *Τῆς μὲν οὖν Βρεττανίας οὕτω τότε ἑάλω τινά. μετὰ δὲ ταῦτα, Γαΐου τε Κρίσπου* [sic Inscr. ap. Gruter. p. 1041. n. 10. et Chron. Pasch. p. 232 C. C. Vibium Crispinum appellat Almeloveen. Fast. Consul. p. 118 ad a. U. c. 797. L. Quinctium pro C. Vibio ponit Cuperus in Epist consul. supr. p. 36 n. 15.] *τὸ δεύτερον καὶ Τίτου Στατιλίου* [sic Almeloveen. l. l. Cuperus vero l. l. et Pag. T. I. p. 38 ponunt M. pro T.] *ὑπατευόντων* [a. U. c. 797. p. Chr. 44. Ol. CCV, $\frac{3}{4}$.], *ἦλθέ τε ἐς τὴν Ῥώμην ὁ Κλαύδιος, ἓξ μῆνας ἀποδημήσας (ἀφ' ὧν ἑκκαίδεκα μόνας ἐν τῇ Βρεττανίᾳ ἡμέρας ἐποίησε) καὶ τὰ νικητήρια ἔπεμψε, τά τε ἄλλα κατὰ τὸ νομιζόμενον πράξας, καὶ τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀναβάς, ἀναφερόντων αὐτὸν τῶν γαμβρῶν ἑκατέρωθεν.* Eusebius Hieronymi ad Olymp. CCV, 4.: *Claudius de Britanniis triumphavit.* Quae verba ad Olymp. CCVI, 1. protrahunt Maii Armeniaca coll. Sync. pag. 332 C. Cf. Suet. Claud. cp. 17 et Cassiod. p. 444. ed. Paris. a. 1589. ad Crispini et Tauri Consul.

1484) *Κλαύδιος Μάρκῳ Ἰουλίῳ Κοττίῳ*] Hoc totidem verbis testatur Dio LX. cp. 24. ad a. U. c. 797. p. Chr. 44. Ol. CCV, $\frac{3}{4}$.

1485) *Κλαύδιος τῶν Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν*] Hoc quoque Dio l. l. eidem anno assignat.

1486) *Οὐαλέριος Μιτυληναῖος*] Tradit Africanus ap. Euseb. l. l.

1487) *Ἀντίπατρος*] Archon fuit Athenis Ol. CCVI, 1. Auctore Phlegonte Mirabb. cp. 6.

1488) *Ἀνδρόγυνος ἐγεννήθη*] Refert idem Phlegon l. l.: *καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ ἐγένετο ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀντιπάτρου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Βινικίου καὶ Τίτου Στατιλίου Ταύρου τοῦ Κουρβιλίου ἐπικληθέντος* i. e. a. U. c. 798. p. Chr. 45. Olymp. CCV, 4./CCVI, 1. *Κορβίνου* pro *Κουρβιλίου* Phlegonti restituendum esse viderunt Meursius ad Phleg. l. l. et Corsinus FF. AA. T. IV. p. 153.

1489) *Ἥλιος ἐξέλειψε*] Sol ipsis Claudii nataliciis i. e. Kal. Augustis (Suet. Claud. cap. 2.) defecit M. Vinicio II. T. Statilio Tauro Coss. Auctor Dio LX, 26. Cf. de hac solis eclipsi Petavii Doctrin. Tempp. XI. cp. 9. et Scal. Emend. Tempp. V. p. 466.

1490) *Παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ*] Hoc C. Valerio Asiatico II., M. Valerio Messala Coss. a. U. c. 799. p. Chr. 46. Ol. CCVI, $\frac{1}{2}$. contigisse auctor est Seneca Quaestt. Nat. II, 26. VI, 21. Verba Scaliger a Dione sumpsit, qui rem anno insequenti, quo Claudius Caesar IV., et L. Vitellius III. consulatu functi sunt, assignans lib. LX, 29. *ἀνεφάνη δέ*, inquit, *καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον.* Eusebius Hieronymi Ol. CCV, 4., Maii Olymp. CCVI, 2. insulam istam emersisse e mari tradit. Vid. Syncell. p. 333 B. et Cassiodorus coll. Scal. Animadvv. ad Euseb. MMLX. p. 191 a., Casaub. ad Strab. I, 57., Io. Fabric. ad Dion. l. l., Palmer. ad Plin. H. N. II, 89. et IV, 23.

1491) *Δομίτιος Κορβούλων*] Testis est Dio LX, 30 extr. Claudio Caesare IV. L. Vitellio III. Coss. a. U. c. 800. p. Chr. 47. Ol. CCVI, $\frac{2}{3}$.: *πιστευθεὶς δὲ (ὁ Γναῖος Δομίτιος Κορβούλων) πάλιν τὸ στράτευμα, καὶ οὐδὲν ἧττον ἤσκει αὐτό, καὶ ἐπειδή γε εἰρήνουν, διετάφρευσε δι' αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα, ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναρρέοντες πελαγίζωσιν.* Tacitus Ann. XI. cp. 20. rem anno antecedenti ascribit.

1492) *Μεσσαλίνης καὶ τοῦ αὐτὴν μοιχεύσαντος*] Valeria Messalina, Claudii uxor, libidinosissima mulier, quum tanquam furibunda Caio Silio nupsisset, a Claudio interfecta est A. Vitellio, L. Vipsanio Poplicola Coss. a. U. c. 801. p. Chr. 48. Ol. CCVI, $\frac{3}{4}$. Auctores Dio LX, 31, Tacitus Annal. XI, 27 sqq. 37. 38, Suetonius Claud. cp. 39. Cf. Zon. Ann. XI. cp. 9. p. 563. De Silio, eodem anno cum aliis nobilioribus interfecto, testis est Tac. Annal. XI, 35.

1493) *Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς*] Africanus ap. Euseb. l. l.

α. ΔΕΙΝΟΦΙΛΟΣ[1494]). Ἐν Ῥώμῃ θεράπαινα ἀπεκύησε πίθηκον[1495]). Κλαύδιος τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππίναν ἔγημε τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος μητέρα[1496]). Σενεκᾶς Νέρωνι διδάσκαλος ἐδόθη[1497]). Κλαύδιος τὸν Ἀγριππίνης υἱὸν Νέρωνα εἰςεποιήσατο[1498]).

β.

γ.

δ.

ΟΛ. ΣΗ. Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς στάδιον τὸ δεύτερον[1499]).

α. ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ[1500]). Ἐν Μηουανίᾳ πόλει τῆς Ἰταλίας, ἐν Ἀγριππίνης τῆς σεβαστῆς ἐπαύλει, ἀνδρόγυνος ἐγεννήθη[1501]).

β. Ἀστὴρ κομήτης ἐφαντάσθη[1502]). Κλαύδιος ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης ἐπιβουλευθεὶς φαρμάκῳ μετήλλαξε[1503]).

γ.

δ. ΚΟΝΩΝ[1504]). Ἐν Γερμανίᾳ ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ, δοῦλος στρατιώτου ἔτεκεν[1505]).

1494) *Δεινόφιλος*] Archon Athenis Ol. CCVII, 1. ex Phlegonte Mirabb. cp. 22. Cf. not. seq.

1495) *Ἐν Ῥώμῃ θεράπαινα*] Tradit Phlegon l. l.: *ἐγένετο σημεῖον παράδοξον ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δεινοφίλου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐρατίου* [*Οὐηραννίου* corr. Meurs. *Βερανvίου* exhibet Scal. ad Eus. Olymp. CCVII, 1.] *καὶ Γναίου* [*Γαΐου* emend. Meursio] *Πομπηΐου Γάλλου. Ῥαικίου γὰρ Ταύρου, ἀνδρὸς στρατηγικοῦ, τῆς γυναικὸς θεράπαινα τῶν τετιμημένων ἀπεκύησε πίθηκον.* Atqui Q. Verannius Nepos, C. Pompeius Longinus Gallus a. U. c. 802. p. Chr. 49. Ol. $\frac{\text{CCVI, 4.}}{\text{CCVII, 1.}}$ summum Romae magistratum gesserunt. Posteriori igitur anni semestri factum posuit Scaliger.

1496) *Κλαύδιος τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππίναν*] Testis Dio LX. cp. 31. *καὶ μετ' ὀλίγον* [i. e. paullo post necatam Messalinam] *τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππίναν ἔγημε, τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος ἐπονομασθέντος μητέρα.* Id quo anno factum sit, quum non satis ex mutilo Dionis textu cognoscatur, discimus a Tacito, qui Annal. XII, 5 rem ad Cn. Pompeii et Q. Verannii [*Veranii*: Fast. Capit.] consulatum referendam innuit. Cf. Zon. Ann. lib. XI, 10. p. 564, qui tamen matrimonium illud a Claudio cum Agrippina initum anno antecedenti, quo cum L. Vipsanio consulatum gessit A. Vitellius, ascribi velle videtur.

1497) *Σενεκᾶς Νέρωνι διδάσκαλος*] L. Annaeus Seneca ab exilio, quo Q. Pomponio Secundo, Cn. Sentio Coss. a. U. c. 794. p. Chr. 41. Ol. $\frac{\text{CCIV, 4.}}{\text{CCV, 1.}}$ a. Valeria Messalina multatus fuerat [cf. Dio LX, 8.] post eius mortem, C. Pompeio, Q. Verannio Coss., commendante Agrippina, Romam revocatus ac praetura ornatus, Neroni magister datur, auctore Tacit. Annal. XII, 8. Cf. Dio LX, 32.

1498) *Κλαύδιος τὸν Ἀγριππίνης υἱὸν*] Auctor Dio lib. LX. cp. 33.: *ὅποτε δὲ ὁ Κλαύδιος τὸν Νέρωνα τὸν υἱὸν αὐτῆς (τῆς Ἀγριππίνης) εἰςεποιήσατο κτλ.*: quam ipsam Neronis adoptionem Pallantis libertini auctoritate Claudium festinasse C. Antistio, M. Suilio Rufo Serviliano Coss. a. U. c. 803. p. Chr. 50. Ol. CCVII, ½., testis est Tacitus Ann. XII, 25. Cf. Suet. Claud. cp. 27.

1499) *Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς*] Testis est Africanus ap. Euseb. l. l.

1500) *Διονυσόδωρος*] Praeturam gessit Athenis, quo anno Romae Consules fuerunt D. Iunius Silanus, Q. Haterius Antoninus a. U. c. 806. p. Chr. 53. Ol. $\frac{\text{CCVII, 4.}}{\text{CCVIII, 1.}}$ Testatur Phlegon de Mirabill. cp. 7. Cf. Corp. Inscr. n. 267. Vol. I. p. 369.

1501) *Ἐν Μηουανίᾳ πόλει τῆς Ἰταλίας*] Auctor idem Phlegon l. l.

1502) *Ἀστὴρ κομήτης ἐφαντάσθη*] Stella crinita, testibus Dione LX. cp. 35. et Suetonio Claud. cp. 46., in praesagiis mortis Claudii fuit. Qui quum, ut statim videbimus, M. Asinio Marcello, M'. Acilio Aviola Coss. a. U. c. 807. p. Chr. 54. Olymp. CCVIII, 2. defunctus esset, cometam quoque eodem anno visum esse coniecit Scaliger. Meminerunt eius etiam Seneca Nat. Quaestt. VII, 6. 17. item 21 et 29. ac Plinius N. H. II, 25.

1503) *Κλαύδιος ὑπὸ Ἀγριππίνης*] Claudius Caesar M. Asinio Marcello, M'. Acilio Aviola a. U. c. 807. p. Chr. 54. Coss. III. Id. Octobr. Olymp. CCVIII, 2. quum annos vixisset LXIII., imperasset XIII, mensesque praeterea VIII. dies XX., boleto venenato ab Agrippina interfectus est, teste Dione LX, 34. Cf. Suet. Claud. cp. 45. et Tac. Ann. XII, 65 sq. Recte igitur Eusebius Hieronymi Claudii regnum terminat Olymp. CCVIII, 2, a quo unius anni metachronismo discedunt Maii Armeniaca.

1504) *Κόνων*] Athenis Archon fuit, quo anno Romae Coss. erant Q. Volusius Saturninus, et P. Cornelius Scipio i. e. a. U. c. 809. p. Chr. 56. Ol. CCVIII, ¾. Testis Phlegon Mirabb. cp. 27.

1505) *Ἐν Γερμανίᾳ ἐν τῷ στρατῷ*] Hoc Conone Archonte contigisse idem auctor est Phlegon l. l.

ΟΛ. ΣΘ. Καλλικλῆς Σιδώνιος στάδιον[1506]).

p. 340 a. *α.*

β. Κορβούλων τὰ Ἀρτάξατα τῆς Ἀρμενίας μητρόπολιν ἀκονιτὶ καταλαβὼν κατέσκαψεν· ἃ ὀλίγοις ὕστερον ἔτεσι Τηριδάτης ἀνοικοδομήσας Νερώνεια ἐκάλεσε. Κορβούλων Τιγρανόκερτα ἔλαβεν ἐθελούσια· καὶ τὸν Οὐολόγαισον, καίτοι φοβερὸν ὄντα, εἰς διαλλαγὰς τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι ἁρμοζούσας κατήγαγεν[1507]).

γ. Νέρων τὴν μητέρα Ἀγριππίναν ἀπέκτεινεν[1508]). *Ἥλιος σύμπας ἐξέλειψεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ὀφθῆναι*[1509]). *Κατὰ τῆς Νέρωνος τραπέζης σκηπτὸς ἔπεσε*[1510]).

δ.

ΟΛ. ΣΙ. Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς στάδιον τὸ τρίτον[1511]).

α. ΘΡΑΣΥΛΛΟΣ[1512]). *Παιδίον τετρακέφαλον ἐγεννήθη*[1513]). *Ἐν Βρετανίᾳ δύο*

1506) *Καλλικλῆς Σιδώνιος*] Refert Africanus ap. Euseb. *χρον. λογ.* p. 44.

1507) *Κορβούλων τὰ Ἀρτάξατα τῆς Ἀρμενίας*] Dio LXII, 20: *Οὗτος οὖν ὁ Κορβούλων ἀκονιτὶ τὰ Ἀρτάξατα λαβών, τὴν πόλιν κατέσκαψε. πράξας δὲ τοῦτο, πρὸς τὰ Τιγρανόκερτα ἤλασε, πάσης μὲν τῆς τῶν ἐνδιδόντων σφᾶς χώρας φειδόμενος, πάντα δὲ τὰ τῶν ἀνθισταμένων πορθῶν· καὶ ἔλαβε καὶ ἐκεῖνα ἐθελούσια. ἄλλα τε ἔπραξε λαμπρὰ καὶ ἐπίδοξα. ἐφ' οἷς καὶ τὸν Οὐολόγαισον, καίτοι φοβερὸν ὄντα, ἐς διαλλαγὰς ἁρμοζούσας τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι ὑπηγάγετο.* Accuratiora de expugnatis a Corbulone Artaxatis docet Tacitus Annal. XIII. cp. 34. Vologesem scilicet, pulso Rhadamisto (cp. 6.), Tiridati fratri Armeniam dedisse. At Corbulonem tuendae Armeniae a Nerone praefectum Nerone Claudio Caesare III., M. Valerio Messala Coss. a. U. c. 811. p. Chr. 58. Ol. CCIX, $\frac{1}{2}$. caput gentis Artaxata ad Araxem sita aggressum (cp. 39.) cepisse et incendisse (cp. 41.): Artaxatis autem deletis Tigranocerta eodem aut insequenti anno excidisse. Cf. id. ibid. XIV, 23. Instaurata denique sunt Artaxata Neroniaque cognominata a Teridate fratre Vologaesis Parthi, Armeniae rege, C. Suetonio Paullino, L. Pontio Telesino Coss. a. U. c. 819. p. Chr. 66. Ol. CCXI, $\frac{1}{2}$. Auctor Dio lib. LXIII, 7: *ὁ μὲν δὴ Τηριδάτης τὰ Ἀρτάξατα ἀνοικοδομήσας Νερώνεια προσηγόρευσεν.*

1508) *Νέρων τὴν μητέρα Ἀγριππίνην*] Nero matrem suam Agrippinam interfecit C. Vipstano (Vipsanio) Aproniano (Apronio), C. (L.) Fonteio Capitone Coss. i. e. a. U. c. 812. p. Chr. 59. Ol. CCIX, $\frac{2}{3}$., id quod testantur Tacitus Ann. XIV. exord. et Dio LXI, 13. Quum vero secundum Suetonium Ner. cap. 34. Agrippinae caedes in Quinquatruum tempus i. e. d. XIV. Kal. April. incidat, rectius eam ad Ol. CCIX, 2. ascripsisset Scaliger. Praeivit Scaligero errorem Eusebius Hieronymi ad Olymp. CCIX, 3.: ***Nero Agrippinam matrem suam, et sororem patris interficit.*** Sed maius est peccatum Maii Armeniacorum, quae utriusque obitum Olymp. CCVIII, 4. assignant. Ex Eusebio hausit Syncellus p. 336 C.

1509) *Ἥλιος σύμπας ἐξέλειψεν*] Dio lib. LXI. cp. 16.: *ὁ μέντοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ταῖς ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γενομέναις ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφῆναι* (*ἐκφανῆναι* Leunclav.). Meminit huius eclipseos praeter Tacitum Annal. XIV, 12 ad a. U. c. 812. etiam Plinius N. H. II, 70 his verbis: ***Solis defectum Vipsanio et Fonteio Coss. factum pridie Calendas Maias*** [a. U. c. 812. p. Chr. 59., sed Olymp. CCIX. anno potius 2.] ***Campania hora diei inter septimam et octavam sensit. Corbulo dux in Armenia inter horam dei decimam et undecimam prodidit visum, circuitu globi alia aliis detegente et obscurante.*** Confirmat tempus Eusebius Hieronymi: ***Olymp. CCIX, 2. Terrae motus Romae et solis defectio.*** Sed secundum Philostrati rationes vit. Apoll. IV, 43 p. 183 coll. 40. visa est illa eclipsis Telesino Cos., i. e. a. U. c. 819. p. Chr. 66., quo nihil vanius esse dicit Scaliger Animadvv. ad Euseb. p. 195 a. Consule de hac solis defectione Petavii Doctr. Tempp., qui eam licet satis magnam, totalem tamen non fuisse annotat. Add. Scal. Emend. Tempp. V. p. 468.

1510) *Κατὰ τῆς Νέρωνος τραπέζης*] Hoc Tacitus Ann. XIV. cp. 22. Claudio Nerone IV., Cornelio Cosso Lentulo Coss. a. U. c. 813. Ol. CCIX, $\frac{3}{4}$. accidisse refert, narrans ille, in quinquennali ludicro ad morem Graeci certaminis Romae instituto, cometem, quem et Senec. Quaestt. Nat. VII, 6, 17, 21 visum per semestre tradit, effulsisse, Neronisque apud Simbruina stagna discumbentis mensam atque dapes fulmine disiectas esse: quod quia in finibus Tiburtum acciderit, rumorem populi fuisse, Rubellium Plautum, cui paterna inde origo, deûm numine imperio destinari. Dio LXI, 16, sicut et Philostr. vit. Apollon. lib. IV. p. 184, fulmen hoc cum solis defectione modo memorata coniungens, ad a. U. c. 812. p. Chr. 59. Olymp. CCIX, $\frac{2}{3}$. refert. Meminit Eusebius Hieronymi, sed ad Olymp. CCX, 2.: ***Ante mensam Neronis fulmen cecidit***, adeoque ad Olymp. CCX, 4. Maii Armeniaca coll. Syncell. p. 336 C. Vid. Tzetz. Chil. III. Hist. 60. v. 953.

1511) *Ἀθηνόδωρος Αἰγιεὺς*] Refert Africanus apud Euseb. *χρον. λογ.* p. 44, ubi pro *τὸ δεύτερον* reponendum esse *τὸ τρίτον* recte vidit Scaliger. Prorsus omittit *τὸ δεύτερον* Interpr. Armen. ap. Auch. P. I. p. 308.

1512) *Θρασύλλος*] Archon Atheniensium Ol. CCX, 1. ex Phlegonte Mirabb. cp. 20. Cf. not. inseq.

1513) *Παιδίον τετρακέφαλον*] Auctor Phlegon l. l.: *παιδίον πρὸς Νέρωνα ἐκομίσθη τετρακέφαλον, ἀνάλογα ἔχον καὶ τὰ ἄλλα μέλη, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θρασύλλου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Ποπλίου* [*Γαΐου* rescribente Meursio] ***Πετρωνίου τοῦ Σπαλιανοῦ*** [*Τουρπιλιανοῦ* corr. Meurs.] *καὶ* ***Κεσεννίου Πέττου*** [***Παί-***

πόλεις ἐξεπορθήθησαν, καὶ μυριάδος ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἀνῃρέθησαν· καὶ ἡ νῆσος τῶν Ῥωμαίων ἠλλοτριώθη[1514]).
β. Νέρων τὴν γαμετὴν Ὀκταβίαν ἀπέκτεινε[1515]).
γ. Νέρων Ῥώμην ἐνέπρησε[1516]).
δ.
ΟΛ. ΣΙΑ. Ξενόδαμος Ἀντικυρεὺς ἐν ἀνδράσι παγκράτιον[1517]). ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα ἀναβάλλεσθαι εἰς τὴν αὐτοῦ εἰς τὴν Ἑλλάδα παρουσίαν προςέταξεν ὁ Νέρων[1518]). αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι παρεῖται μόνη πασῶν ἡ Ὀλυμπιάς[1519]).
α. ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣ[1520]). Ἐπὶ Ῥώμης Κορνηλίου Γαλλικανοῦ ἡ γυνὴ παιδίον ἔτεκε κεφαλὴν ἔχον Ἀνούβιδος[1521]). Σενεκᾶς τὰς φλέβας ἐντεμὼν ἐτελεύτησεν[1522]). Ἀστὴρ κομήτης ἐφάνη[1523]).

του emend. Meurs.] i. e. Ol. $\frac{\text{CCIX, 4.}}{\text{CCX, 1.}}$ a. U. c. 814. p. Chr. 61., quo anno C. Caesonium Paetum et C. Petronium Turpilianum Romae consulatu functos esse constat.

1514) Ἐν Βρετανίᾳ δύο πόλεις] Dio lib. LXII. init.: Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπαίζετο, πάθος ἐν Βρεττανίᾳ δεινὸν συνηνέχθη· δύο τε γὰρ πόλεις (Camalodunum colonia, et Verolamium municipium ex Tac. Ann. XIV, 31) ἐπορθήθησαν, καὶ μυριάδες ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἐφθάρησαν, ἥ τε νῆσος ἠλλωτριώθη: quae clades, tradente Tacito XIV, 29, in Britannia accepta est Caesonio Paeto, Petronio. Coss. a. U. c. 814. p. Chr. 61. Ol. $\frac{\text{CCIX, 4.}}{\text{CCX, 1.}}$ Cf. Suet. Ner. cp. 39.

1515) Νέρων τὴν γαμετὴν] Nero Octaviam, primo ut sterilem dimissam, mox propter obiectum ei adulterium in Campaniam addita militari custodia pulsam [V. Tac. Ann. XIV, 60 et Suet. Ner. 35.], deinde ob indignationem plebis magna cum laetitia eius revocatam, tum sub specie adulterii cum Aniceto, classi apud Misenum praefecto, exerciti Pandataria insula clausam [V. Tacit. Ann. XIV, 62—63.], tandem mori iussit P. Mario Celso, L. Asinio Gallo Coss. a. U. c. 815. p. Chr. 62. Ol. CCX, ½. Octavia igitur, exsolutis venis, praefervidi balnei vapore mortem sibi conscivit. Testis Tacitus Annal. XIV, 60 seq. Cf. Dio LXII, 13 et Zon. Ann. lib. XI. p. 569 sqq. Errat igitur Eusebius, qui Octaviae mortem sec. Hieronymum Olymp. CCXI, 3., secundum Maii Armen. Olymp. CCXI, 1. assignat.

1516) Νέρων Ῥώμην ἐνέπρησε] Nero Romam incendit, Ilii interea excidium cantans ad citharam. Experta hanc cladem Urbs est C. Lecanio Basso, M. Licinio Crasso Coss. a. U. c. 817. p. Chr. 64. Orta est, ut nonnulli tradunt, d. XIV. Kal. Sextil. eadem, qua Senones quondam captam Romam inflammaverant, demumque sexta die apud imas Esquilias finem sumpsit. Testis Tacitus Ann. XV. cpp. 38. 40. 41. coll. Dion. LXII, 16 sq., Suet. Ner. cp. 38., Cassiodoro. Rectius igitur Romae incendium Olymp. CCX, 4. ascripsisset Scaliger. Quem ipsum annum confirmat Hieronymus: *Olymp. CCX, 4.: Nero ut similitudinem Troiae ardentis inspiceret, plurimam partem Romanae urbis incendit.*

1517) Ξενόδαμος Ἀντικυρεὺς] De Xenodami Anticyrensis victoria pancratio parta testis est Pausanias X, 36, 4, cuius verba, quum non libera sint ab omni difficultate, ascribam. Φησὶ δὲ ἐπ' αὐτῷ τὸ ἐπίγραμμα, Ξενόδαμον παγκρατιαστὴν Ἀντικυρέα ἐν ἀνδράσιν Ὀλυμπικὴν ἀνῃρῆσθαι νίκην. εἰ δὲ ἀληθεύοι τὸ ἐπίγραμμα, Ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας φαίνοιτο ἂν τὸν κότινον ὁ Ξενόδαμος εἰληφώς· αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι παρεῖται μόνη πασῶν ἡ Ὀλυμπιάς, i. e. ὧν ἔθεσαν αὐτοὶ οἱ Ἠλεῖοι. Omiserunt enim Elei praeter illam etiam alias Olympiades, v. c. VIII. XXXIV. CIV., sed has, occupato aut Argivis aut Pisaeis aut Arcadibus ludorum praesidio, non ipsi condiderant. [cf. Paus. VI, 22, 1. 2; 4, 2.] Caussam, cur Ol. CCXI. in fastos referre dedignati sint, a Pausania non declaratam, aperit Africanus p. 44. ΟΛ. ΣΙΑ. οὐκ ἤχθη, Νέρωνος ἀναβαλλομένου εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν. Μετὰ δὲ ἔτη δύο ἀχθείσης αὐτῆς, στάδιον μὲν . . . . ἐνίκα κτλ. Cf. praeterea Dio Cass. LXIII, 10. 14. ibique Reimar., Zonar. Annal. XI, 44, Suet. Neron. cap. 24., Philostr. Apoll. vit. IV, 8, 24. V, 2, 7. Ergo, quia non legitimo tempore, i. e. ineunte, sed, iubente Nerone, media fere Olympiade celebrati fuerant ludi, Olympiadem ipsam praeterierunt Elei. Scaliger, quippe nimis urgens Pausaniae verba: „εἰ δὲ ἀληθεύοι τὸ ἐπίγραμμα", Xenodami victoriam supra [correcto scilicet ἑκατὸν pro διακοσίας] Olymp. CXI., hic Ol. CCXI. anno primo intulit, quum deberet huius ipsius Olympiadis assignare tertio anno. Vid. nos ad Olymp. CXI. et ad Ol. CCXI, 3.

1518) ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα] Auctor Africanus apud Euseb. l. l.: οὐκ ἤχθη Νέρωνος ἀναβαλλομένου εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν. Vid. Eusebius ad Olymp. CCXI, 1. coll. Sync. p. 340 A.

1519) αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι] Tradit Pausanias X, 36, 4: αὕτη δὲ ἐν τοῖς Ἠλείων γράμμασι παρεῖται μόνη πασῶν ἡ Ὀλυμπιάς. Vid. Reim. ad Dion. LXIII, 10. coll. not. 1517.

1520) Δημόστρατος] Archon fuit Athenis Ol. CCXI, 1. ex Phlegonte Mirabb. cp. 23. Cf. not. inseq.

1521) Ἐπὶ Ῥώμης Κορνηλίου Γαλλικανοῦ] Refert Phlegon l. l.: Κορνηλίου Γαλλικανοῦ ἡ γυνὴ

β. Θρασέας καὶ Σωρανὸς ὑπὸ Νέρωνος ἐθανατώθησαν[1524]). Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐξωρίσθη[1525]). Νέρων ἐν τοῖς τραγῳδοῖς ἠγωνίσατο[1526]). Τηριδάτης Ἀρμενίων βασιλεὺς εἰς τὴν Ἰταλίαν παρεγένετο, ᾧ Νέρων τῆς Ἀρμενίας διάδημα ἐπέθηκεν[1527]). Οὐίνδιξ καὶ Γάλβας ἀπὸ Νέρωνος ἀπεστάτησαν[1528]).

γ. Ἡ σιά Ὀλυμπιὰς ἤχθη. Τρύφων Φιλαδελφεὺς στάδιον ἐνίκα, Νέρων δὲ κηρύκων ἀγῶνα ἐστεφανοῦτο τραγῳδούς, κιθαρῳδούς, ἅρμα πωλικόν, καὶ τὸ τέλειον καὶ [τὸ] δεκάπωλον[1529]). Νέρων Ἀνναῖον Κορνοῦτον ἐπὶ παιδείᾳ εὐδοκιμοῦντα ἐς νῆσον ἐνέβαλε[1530]).

παιδίον ἔτεκε, κεφαλὴν ἔχον Ἀνούβιδος ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δημοστράτου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου Λουκιννίου Νερούα Σιλανιανοῦ, καὶ Μάρκου Οὐεστίνου Ἀττίκου. Consules dicit sine dubio a. U. c. 818. p. Chr. 65. Olymp. $\frac{CCX, 4.}{CCXI, 1.}$, qui alias M. Silius Nerva, et C. Iulius Atticus audiunt. Cf. Pag. crit. Baron. p. 50.

1522) *Σενεκᾶς τὰς φλέβας*] Seneca quum coniurationis contra principem factae consors videretur, ad vitae finiendae necessitatem a Nerone coactus, sectis venis una cum uxore Paulina mortem sibi conscivit, Silio Nerva et Attico Vestino Coss. a. U. c. 818. p. Chr. 65. Olymp. $\frac{CCX, 4.}{CCXI, 1.}$ Auctores Tacitus Ann. XV, 60 sqq., Dio LXII, 25, Hieronymus ad Ol. CCXI, 1.: *L. Annaeus Seneca, Cordubensis, praeceptor Neronis et patruus Lucani poetae, incisione venarum et veneno hausto periit.* Cf. Suet. Ner. cp. 35.

1523) *Ἀστὴρ κομήτης ἐφάνη*] Auctor Suetonius Ner. cp. 25., ubi de coniuratione Silio Nerva, C. Iulio Attico Coss. [Cf. Tacit. Ann. XV, 49.] contra Neronem inita disserens: *Stella*, inquit, *crinita, quae summis potestatibus exitium portendere vulgo putabatur, per continuas noctes oriri coeperat.*

1524) *Θρασέας καὶ Σωρανὸς*] P. Thraseam Paetum et Baream Soranum propter coniurationis adversus Caesarem factae consortionem C. Suetonio Paulino, L. Pontio Telesino a. U. c. 819. p. Chr. 66. Ol. CCXI, ½. Coss. morte multatos esse testatur Tacitus Ann. XVI. cp. 22. Cf. Dio LXII, 26 de utriusque et Suet. Ner. cp. 37. de Paeti caede.

1525) *Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος*] Rufus Musonius, philosophus Stoicus, e Volsinia Tyrrhenorum oriundus, a Nerone propter nominis celebritatem, philosophiae studiis partam, teste Tac. Ann. XV, 71, in exilium actus est Silio Nerva, Attico Vestino Coss. a. U. c. 818. p. Chr. 65. Ol. $\frac{CCX, 4.}{CCXI, 1.}$ ad quem ipsum annum notam illam Scaligerianam arbitror esse retrahendam. Cf. Dio LXII, 27. Floruit Olymp. CCXI, 4. secundum Eusebium [Hieronymi, Olymp. CCXI, 2. Mai. Armen. coll. Chron. Pasch. p. 240 D.].

1526) *Νέρων ἐν τοῖς τραγῳδοῖς*] Dio lib. LXIII. init.: *Ἐπὶ δὲ Γαΐου Τελεσίνου καὶ ἐπὶ Σουετωνίου Παυλίνου ὑπάτων* [a. U. c. 819. p. Chr. 66. Olymp. CCXI, ½.] *εὐδοξότατόν τε ἅμα ἔργον καὶ ἕτερον αἴσχιστον ἐγένετο. ὅ τε γὰρ Νέρων ἐν τοῖς κιθαρῳδοῖς ἠγωνίσατο καὶ νικητήρια αὐτῷ μὲν ἐκρότουν* [*αὐτῷ Μενεκράτους* coniiciente Reimaro], *τοῦ τῆς κιθαρῳδίας διδασκάλου, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος, ἡνιόχησε.* Vid. Eusebius Hieronymi ad Olymp. CCXII, 2. Mai. Olymp. CCXI, 3. coll. Sync. p. 340.

1527) *Τηριδάτης Ἀρμενίων βασιλεὺς*] Tiridati, cum suis et Vologaesis, Pacori, Monobazi filiis, pompa paene triumphali inde ab Euphrate ad Italiam profecto, Puteolis ludos gladiatorios fecit Romamque deducto diadema imposuit Nero, L. Telesino, C. Suetonio Coss. a. U. c. 819. p. Chr. 66. Olymp. CCXI, ½. Testis Dio LXIII, 1 et 3.

1528) *Οὐίνδιξ καὶ Γάλβας*] Anni prochronismus. Nero quum e Graecia, ubi Olymp. CCXI, 3. ludis Olympicis coronam meruerat, in Italiam reversus esset, primum Neapoli de motu Galliae, auctore C. Iulio Vindice [qui *Οὐίνδιξ* Plutarcho Galb., *Βίνδιξ* Dioni est] praefecto tumultuantis, cognovit eo ipso die, quo matrem quondam ceciderat suam. Testis Suet. Ner. 40. Atqui interfecerat Agrippinam, tradentibus Tacito Ann. XIV, 4 et Suetonio Ner. cp. 34., Quinquatruum tempore, quae sollennia Minervae sacra, quum XIV. Kal. April. celebrarentur, motum hunc Vindicis C. Silio Italico, M. Galerio Trachalo Coss. circa d. XIX. m. Martii initio anni p. Chr. 68. a. U. c. 821. Ol. CCXI, 3. contigisse apparet. Cf. Dio LXIII, 22. Eodem fere tempore etiam Servius Sulpicius Galba descivit [cf. Suet. Ner. 42.], cui Vindex, parandi scilicet principatus minime studiosus, imperium deferendum iudicavit. Auctor Dio LXIII, 23. Cf. Suet. Galb. 9. et Zonar. Ann. lib. XI. cp. 13. p. 570.

1529) *Ἡ σιά Ὀλυμπιὰς ἤχθη*] Testis Africanus apud Euseb. Scal. *χρον. λογ.* p. 44: *μετὰ δὲ ἔτη δύο ἀχθείσης αὐτῆς* (scil. *τῆς Ὀλυμπιάδος σιά*) *στάδιον μὲν Τρύφων Φιλαδελφεὺς ἐνίκα κτλ.* ut supra. Codex tamen Armen. e vers. Venet. pro *κηρύκων ἀγῶνα* scribendum significat *ὑπὸ κηρύκων*. Cf. Nieb. l. l. p. 216. Crameri Anecd. Par. II. p. 151 *ἐστεφανοῦ* pro *ἐστεφανοῦτο* praebent, itemque *τὸ* ante *δεκάπωλον* omittunt. Secundum Dionem lib. LXIII, 14. Nero in Olympiis licet e curru decidisset, nihilominus coronatus est L. Fonteio Capitone, C. Iulio Rufo Coss. Ol. CCXI, ⅔. a. U. c. 820. p. Chr. 67. Cf. de Nerone, omnium sacrorum certaminum victore, eiusd. lib. LXIII, 10, Philostr. vit. Apoll. IV, 23. 24, Eusebius ad Olymp. CCXI, 2., Syncell. p. 340 A. coll. iis, quae ad Ol. CCXI. diximus.

1530) *Νέρων Ἀνναῖον Κορνοῦτον*] Cornutum philosophum, Persii praeceptorem, Ol. CCXI, 3. in exi-

δ. Νέρων ἑαυτὸν διεχρήσατο[1531]. *Γάλβας αὐτοκράτωρ ἀπεδείχθη*[1532]. *Ἐν Ῥώμῃ ἡμίονος ἔτεκεν*[1533]. *Ἐν ταῖς Συρακούσαις γυνὴ τῶν οὐκ ἀφανῶν τέρας ἀπεκύησεν, οἷον οὔπω ἐμαιεύθη. Τρεῖς γὰρ τῷ βρέφει κεφαλαὶ ἦσαν, ἐξ οἰκείας ἑκάστη δέρης. τὰ δ' ἐπ' αὐτῷ ἑνὸς πάντα*[1534].

ΟΛ. ΣΙΒ. Πολίτης Κεραμίτης στάδιον[1535]. *Ἀρτεμίδωρος Τραλλιανὸς παγκράτιον*[1536].

α. Κατὰ τὴν Γερμανίαν οἱ στρατιῶται τῷ Γάλβᾳ ἐπανίστανται, αὐτοκράτορα Βιτέλλιον προστησάμενοι[1537]. *Γάλβας τὸν Πείσωνα νεανίσκον εὐγενῆ Καίσαρα* p. 340 b. *ἀπέδειξεν*[1538]. *Ὄθων Σίλβιος παρὰ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἀρχὴν ἐπρίατο*[1539].

---

lium missum esse tradit Eusebius Hieronymi. Ab Hieronymo biennii prochronismo abludit codex Armeniacus ad Olymp. CCXI, 1. *Ex narratione Dionis colligas, contigisse ante Telesinum consulem a. U. c. 819. Chr. 66., nempe post quinquennale ludicrum anni* 818. *Chr.* 65. [*i. e. Ol. CCXI,* 1.]: Reimarus ad Dion. lib. LXII, 29. Dio l. l.: *καὶ περί γε τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτῶν συνθεῖναι, ἐσκέψατο, παραλαβὼν ἄλλους τε καὶ Ἀνναῖον Κορνοῦτον, εὐδοκιμοῦντα τότε γε ἐπὶ παιδείᾳ. καὶ αὐτὸν ὀλίγου μὲν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐς νῆσον δ' οὖν ἐνέβαλεν, ὅτι τινῶν τετρακόσια ἀξιούντων αὐτὸν βιβλία γράψαι, πολλά τε αὐτὰ εἶναι ἔφη, καὶ μηδένα αὐτὰ ἀναγνώσεσθαι.*

1531) *Νέρων ἑαυτὸν διεχρήσατο*] Nero sibi manus Ol. CCXI, 4. intulit teste Eusebio [Hieron. Ol. CCXII, 1. Mai. Arm.]. Dio LXVI, 17 a morte Neronis ad initium imperii Vespasiani Kal. Iul. [Tac. Hist. II, 79] a. U. c. 822. Chr. 69. Ol. CCXII. ineunt. interesse ann. 1. et dies XXII. scribit, unde mors Neronis in diem IX. Iun. a. U. c. 821. Chr. 68. Ol. CCXI, 3. exeunt. inciderit. Vid. Id. LXIII, 28 seq. coll. Reimar. §. 160. p. 1048, qui aliorum de annis imperii Neronis sententias accurate perlustrat.

1532] *Γάλβας αὐτοκράτωρ*] Testis Dio lib. LXIV. init.: *Οὕτω μὲν οὖν ὁ Γάλβας αὐτοκράτωρ ἀπεδείχθη,* ubi vid. Reimarus.

1533) *Ἐν Ῥώμῃ ἡμίονος*] Dio lib. LXIV. init. in signis futuri Galbae principatus memorat: *ἡμίονός τε ἔτεκεν,* idque portentum editum vult sub adventum Galbae in Hispaniam, Silio Italico, Galerio Trachalo Coss. a. U. c. 821. p. Chr. 68. Olymp. CCXI, $\frac{3}{4}$. Meminit etiam Suetonius Galb. cap. 4.

1534) *Ἐν ταῖς Συρακούσαις*] Testis est Philostratus vit. Apoll. V. cp. 4. p. 219 ed. Morell. Paris. a. 1608.: *ἀφικομένων δὲ αὐτῶν εἰς τὰς Συρακούσας, γυνὴ τῶν οὐκ ἀφανῶν τέρας ἀπεκύησεν οἷον οὔπω ἐμαιεύθη. τρεῖς γὰρ τῷ βρέφει κεφαλαὶ ἦσαν, ἐξ οἰκείας ἑκάστη δέρης, τὰ δ' ἐπ' αὐτῷ ἑνὸς πάντα.* Quod quidem monstrum quum alii aliter interpretarentur, Apollonius *τρεῖς ἔφη Ῥωμαίων αὐτοκράτορες, οὓς ἐγὼ πρώην Θηβαίους ἔφην. τελειώσει δὲ οὐδεὶς τὸ ἄρχειν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, οἱ δὲ περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ῥώμῃ δυνηθέντες, ἀπολοῦνται θᾶττον μεταβαλόντες τὸ προσωπεῖον, ἢ οἱ τῶν τραγῳδῶν τύραννοι·* id quod statim (*αὐτίκα*) cognitum esse addit Philostratus, quandoquidem intra anni spatium Galba regno potitus in ipsa urbe interierit, itemque Otho et Vitellius. Incidit igitur monstri illius natalis in quartum hunc Ol. CCXI. annum.

1535) *Πολίτης Κεραμίτης*] Auctor Africanus ap. Euseb. l. l. Meminit huius Politae etiam Pausanias VI, 13, 2, qui eum non stadio solum, sed dolicho et diaulo eadem die palmam meruisse testatur. Sed locus iste Pausaniae est inter difficillimos. Satis sit lectores ad eos interpretes relegasse, quos affert Kraus. Olymp. p. 359 s. v. Polites.

1536) *Ἀρτεμίδωρος Τραλλιανὸς*] Testis Pausanias VI, 14, 1.

1537) *Κατὰ τὴν Γερμανίαν*] Anni metachronismus. Milites, qui in Germania erant, ira gravius incensi, quod nullum a Galba beneficium accepissent, ad A. Vitellium deficiunt eumque principem sumunt, Imp. Serv. Sulpicio Galba II. T. Vinio Rufo Coss. a. U. c. 822. p. Chr. 69. Ol. $\frac{\text{CCXI, 4.}}{\text{CCXII, 1.}}$ Auctor Dio LXIV, 4. Cf. Suet. Vitell. 8. Secundum Tacit. Hist. I, 55—57 factum hoc est Kal. Ian. 822. a. U. c., quum Hordeonius Flaccus inferioris Germaniae legiones sacramento pro Galba adigere vellet. Tum enim deiectis Galbae imaginibus in verba senatus tantum populique Romani iurare voluerunt. Qua re nuntiata Vitellius primum ab Agrippinensibus IV. Non. Ian. Imperator renuntiatus est: atque postridie superior exercitus eidem accessit. Proinde potius Ol. CCXI, 4.

1538) *Γάλβας τὸν Πείσωνα*] Dio LXIV, 5: *Ὁ οὖν Γάλβας τὴν ἐπανάστασιν αὐτοῦ* [*τοῦ Βιτελλίου*] *πυθόμενος, Λούκιον Πείσωνα, νεανίσκον εὐγενῆ, ἐπιεικῆ, φρόνιμον, ἐποιήσατο, καὶ Καίσαρα ἀπέδειξεν.* Ad quem locum de Pisone haec annotavit Reimarus: *L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus, patre M. Licinio Crasso, Consule A. U. C.* 780, *qui a Claudio interfectus est, matre Scribonia, nepti Sexti Pompeii M. itidem caesa a Claudio.* Ascitus est IV. Id. Ian. a. U. c. 822. Ergo Olymp. CCXI, 4. Cf. Tacit. Hist. I, 12 seqq., Plut. Galb. p. 1063 B. C., Suet. Oth. capp. 4. 5. Galb. cap. 17.

1539) *Ὄθων Σίλβιος παρὰ τῶν στρατιωτῶν*] Pergit Dio l. l.: *ὁ δὲ δὴ Ὄθων ὁ Μάρκος ὁ Σαλούϊος . . . . ὑπό τινων στρατιωτῶν ὀλίγων, οἱ συνωμόκεσαν αὐτῷ, ἐς τὸ τεῖχος ἐσήχθη, κἀνταῦθα καὶ τούς ἄλλους, ἅτε καὶ ἀχθομένους τῷ Γάλβᾳ, προσαναπείσας, μᾶλλον δὲ ἐκπριάμενος, παρά τε ἐκείνων τὴν ἀρχὴν παραχρῆμα ἔλαβε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἄλλων.* Cf. Plut. Galb. p. 1062 B. 1064 A., Suet. Oth. cp. 5., Tac. Hist. I, 23 seq., Zonar. Ann. lib. XI. p. 572 A. Caeterum etiam Othonis auspicia rectius Ol. CCXI, 4. ascribi, vix est, quod moneam.

Γάλβας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐκόπη ἄρξας μῆνας θ'[1540]). *Μάχης πρὸς τῇ Κρεμώνῃ γενομένης τοῖς περὶ Βιτέλλιον πρὸς τοὺς περὶ Ὄθωνα, ἔπεσον ἑκατέρωθεν μυριάδες ἀνδρῶν τέσσαρες*[1541]). *Ὄθων ἑαυτὸν διεχρήσατο, ἄρξας ἡμέρας ἐνενήκοντα*[1542]). *Βιτέλλιος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατεκόπη*[1543]). *Τὸ Καπετώλιον ἐνεπρήσθη*[1544]).

β. Τὰ Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Τίτου κατεσκάφη[1545]). *Τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τοὺς τὰ πά-*

1540) *Γάλβας ἐν τῇ ἀγορᾷ*] Redit idem anni metachronismus. Dio lib. LXIV. cp. 6.: *αὐτὸς δὲ [ὁ Γάλβας] ἐς τὸ Καπιτώλιον, ὡς καὶ θύσων, ὥρμησε· καὶ αὐτῷ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ἀπαντήσαντες ἱππεῖς καὶ πεζοί, ἐνταῦθα τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν αὐτοκράτορα, πολλῶν μὲν βουλευτῶν, παμπόλλων δὲ δημοτῶν παρόντων, κατέκοψαν.* Factum id XVIII. Kal. Februar. a. U. c. 822. p. Chr. 69. Ol. CCXI, 4, teste Tacito Hist. I, 27. De percussoris nomine non satis constat, quippe qui aliis Terentius, evocatus, aliis Lecanius, aliis Arcadius, aliis Fabius Fabulus, plurimis tamen Camurius, XV. legionis miles tradatur. V. Tacitus Hist. I, 41 et Plut. Galb. p. 1065 C. De Galbae et vitae et imperii annis haec tradit Dio l. l. cp. 6. extr.: *ἔζησε δὲ Γάλβας ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ἀφ' ὧν ἦρξε μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας δεκατρεῖς.* Eosdem numeros habet Zonaras Ann. XI, 14 extr. Scaliger dies neglexit. Iosephus Bell. Iud. IV, 9, 2. Galbae regno septem menses totidemque dies tribuit: quae computatio mirifice congruit cum calculo supra significato, quo Neronem IX. Iun. a. U. c. 821. Ol. CCXI, 3. exeunt., Galbam vero XV. Ian. a. U. c. 822. Ol. CCXI, 4. extinctum esse vidimus. Vid. aliorum de annis Galbae principatus sententias a Reimaro ad Dion. l. l. diligenter collectas.

1541) *Μάχης πρὸς τῇ Κρεμώνῃ*] Anni rursus metachronismus. Otho quum Vitellium ad principatus communionem frustra cohortatus esset, armis statuit litem dirimere. *Ἔπεσον δέ*, ait Dio LXVIII, 10, *τέσσαρες ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τῇ Κρεμώνῃ γενομέναις.* Caeteri scriptores ad *Bedriacum* [*Betriacum*: Suet. Oth. cap. 9. *Betriacensi* victoria: Id. Vitell. cap. 10. init.] pugnatum esse tradunt, quod tamen oppidum *πλησίον Κρεμώνῃ* esse testatur Plutarchus Oth. p. 1070 B., inter Veronam et Cremonam situm dicit Tacitus Hist. II, 23 et 49. Accidit autem pugna, eodem teste Tacito Hist. II, 55, Cerealium ludorum tempore anni U. c. 822., i. e. die mensis April. inter XII. et XIX. Ol. CCXI, 4. Caeterum in textu perperam *περὶ τοὺς περὶ Ὄθωνα* pro *πρὸς τοὺς περὶ Ὄθωνα* expressum erat.

1542) *Ὄθων ἑαυτὸν διεχρήσατο*] Dio LXIV, 15: *Ταῦτ' εἰπών, ἔς τε τὸ δωμάτιον ἀνεχώρησε, καί τι ξιφίδιον λαβών, ἑαυτὸν διεχρήσατο. καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ στρατιῶται ἀνείλοντο πενθοῦντες, καὶ ἔθαψαν, καί τινες ἑαυτοὺς ἐπέσφαξαν αὐτῷ. τοῦτο τὸ τέλος Ὄθωνι ἐγένετο, ζήσαντι μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη, ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα, ἄρξαντι δὲ ἡμέρας ἐνενήκοντα. κάκιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε.* XC. dies sive III. menses imperasse Otho etiam a Zonara Annal. lib. XI. cp. 15. extr. et a Plutarcho Oth. p. 1075 A. traditur. At calculum Iosephi, qui Bell. Iud. IV. cp. 9. §. 9. regno Othonis menses III. diesque II. i. e. XCII. dies attribuit, accuratissimum esse diemque eius extremum d. XVI. April. mens. assignandum esse demonstravit Henr. Noris. de Epoch. Syro-Maced. I, 3. p. 56 seq. Cf. Tac. Ann. II, 49, Suet. Oth. 11., qui eum XCV^to imperii die exanimatum ait. Pertinet igitur etiam Othonis obitus ad Ol. CCXI, 4. exeunt.

1543) *Βιτέλλιος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν*] Haec Vitellii caedes revera in Ol. CCXII, 1. incidit. Est enim Vitellius, teste Dione LXV, 21 sq., ad scalas Gemonias ab iratis militibus suis detruncatus, postquam annum unum demtis diebus X. regnavit. Quum vero IV. Non. Ian. a. U. c. 822. p. Chr. 69. Ol. CCXI, 4. miles utriusque Germaniae imperium ei detulisset, usque ad XXII. vel XXIII. diem m. Decembr. a. U. c. 822. Ol. CCXII, 1. regnarit, necesse est. Vid. Tacit. Hist. III, 85 seq. et Suet. Vitell. cp. 17. coll. Reimar. ad Dion. l. l.

1544) *Τὸ Καπετώλιον ἐνεπρήσθη*] Capitolium, quod Flavius Sabinus praefectus urbis [cf. Tac. Hist. III, 65 et Suet. Vespas. 1. Vitell. 25.], frater Vespasiani [V. Ios. Bell. Iud. IV, 10, 3 et 11, 4, Eutrop. VII, 18 al.], postquam Vitellium ad deponendum imperium frustra cohortatus est, repulsus ab eo cum suis XV. Kal. Ian. [v. Tac. Hist. III, 67] petierat, una die post i. e. XIX. Decembr. a. U. c. 822. p. Chr. 69. Ol. CCXII, 1. ab obsidentibus Vitellianis incensum est. Certe Vitellianis exusti Capitolii culpam tribuunt Iosephus Bell. Iud. IV, 11, 4 et Dio LXV, 17. At Tacitus Hist. III, 71, licet ambigi dicat, ignem tectis oppugnatores iniecerint, an obsessi, hanc tamen crebriorem famam esse pronuntiat. Cf. Suet. Vitell. cap. 15., Eutrop. VII, 18, Philostr. vit. Apoll. V, 30.

1545) *Τὰ Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Τίτου*] Hierosolyma, d. XIV. Hanthici [Nisan] seu Aprilis [cf. Ios. Bell. Iud. IV, 13, 7] obsideri coepta, tandem die VIII. m. Gorpiaei [Elul] seu die II. m. Septembris a Tito capta sunt, Imp. T. Flavio Vespasiano II., T. Vespasiano Coss. a. U. c. 823. p. Chr. 70. Ol. CCXII, 2. Vid. Ioseph. Bell. Iud. VI, 10, Dio LXVI, 4—7, Tacitus Hist. V, 9, Suetonius Tit. cap. 5., Frontinus Strateg. II, 1, 17, Eusebius Hieronymi ad Olymp. CCXII, 3. [Mai. Arm. ad Ol. CCXII, 1. coll. Syncell. p. 342 A. et Chron. Pasch. p. 247 A. B.] coll. Noris. Ep. Syro-Maced. I, 3. p. 52 seq. Templum iam antea die X. Loi mensis exustum erat [v. Ioseph. Bell. Iud. VI, 4. §. 5.], hoc est die X. quinti Iudaeorum mensis Ab, die V. Augusti Romanorum.

τρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας ἐτάχθη τῷ Καπετωλίῳ Διῒ κατ' ἔτος δίδραχμον ἀποφέρειν[1546]). Οὐεσπασιανὸς τὸ Καπετώλιον ἀνακτίζειν ἤρξατο[1547]).

γ.

δ.

ΟΛ. ΣΙΓ. Ῥόδων Κυμαῖος, ἢ Θεόδοτος, στάδιον[1548]).

α.

β. Τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος καθιερώθη, ὅ τε Κολοσσὸς ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύνθη, ἔχων ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, ἔχων τε καὶ εἶδος τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου[1549]).

γ.

δ. Ἁδριανὸς ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας ἐγεννήθη[1550]).

ΟΛ. ΣΙΔ. Στράτων Ἀλεξανδρεὺς στάδιον[1551]).

α.

β.

γ. Ἀστὴρ κομήτης ἐπιπολὺ ἐφαντάσθη[1552]). Οὐεσπασιανὸς νοσήσας μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις, μοναρχήσας ἔτη ι'[1553]).

1546) *Τοὺς Ἰουδαίους καὶ τοὺς τὰ πάτρια*] Auctor Dio LXVI, 7. Imp. T. Flavio Vespasiano II., T. Vespasiano Coss.: *καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη, τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας τῷ Καπιτωλίῳ* [*Καπετωλίῳ·* Ios. Bell. Iud. VII, 6, 6.] *Διῒ κατ' ἔτος ἀποφέρειν.* Cf. Ios. l. l.

1547) *Οὐεσπασιανὸς τὸ Καπετώλιον*] Tradit Dio LXVI, 10: *τόν τε νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο,* Coss. supra laudatis. Idem prima Capitolii fundamenta iacta indicat Vespasiano Romae praesente. Hic vero si, durante obsidione Hierosolymorum [ab XIV. April. usque ad II. Septembr. a. U. c. 823. V. not. 1545.], Rhodum omnesque, quas praeternavigavit, civitates invisit, in Graeciam transiit, eque Corcyra Iapygiam delatus terrestri deinde itinere Romam venit, ab omnibus civitatibus cum honore exceptus [cf. Ios. Bell. Iud. VII, 2, 1. et Tacit. Hist. IV, 81.]: efficitur, ut exeunte demum aestate a. U. c. 823. in Urbem venisse videatur. Quapropter XI. Kal. Iul. eiusdem anni, quo die cura restituendi Capitolii in L. Vestinum, equestris ordinis virum, et Helvidium Priscum praetorem delata, area templi secundum Tacitum Hist. IV, 81 lustrata est, nondum Romae praesens affuerit Vespasianus. Vid. Eusebius ad Olymp. CCXII, 4. qui biennii metachronismo peccavit, coll. Sync. p. 342 B. et Cassiodoro.

1548) *Ῥόδων Κυμαῖος, ἢ Θεόδοτος*] Africanus apud Euseb. l. l. Interpres tamen Armen. ***Theodorus*** exhibet.

1549) *Τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος*] Dio LXVI, cp. 15.: *Ἐπὶ δὲ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον καὶ ἐπὶ τοῦ Τίτου τέταρτον ἀρχόντων* [i. e. a. U. c. 828. p. Chr. 75. ineunt. Ol. CCXIII, 2.] *τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος καθιερώθη, ὅτε κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. φασὶ δὲ αὐτὸν τό τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν.* Vid. de hoc Pacis templo Sueton. Vespas. cp. 8., de eius ornamentis Ios. Bell. Iud. VII, 5, 7. et Plin. XXXVI, 5, 7, 25. XXXIV, 8. XLV, 10. de colosso, non novo, sed Neronis [Suet. Ner. cap. 31. Plin. H. N. XXXIV, 7.] refecto, Suet. Vespas. cp. 18, Euseb. Hieronym. ad Olymp. CCXIII, 3. Mai. Arm. CCXIII, 4, Sync. p. 342 B., Cassiodorum coll. Scaligero Animadvv. p. 200 a. n. MMXCI. et Reimaro ad Dionis l. l.

